

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Cet aileur grec docteur famosat
il n'agit pas l'Empire
de Trajan il a vécu 90 ans
Judas dit, qu'il a été
vechi se parlez chien.

Auct. Gr. Metz 16. p. 723.
C. 5

LVCIANI SAMOSA-

TENSIS DIALOGI ALIQVOT

Des. Erasmo Roter. & Thoma Moro in
interpretibus. Quorum elencum se-
quens pagella complectitur.



BASILEAE IN OFFICINA FROBIS,
M D XXXIII

R. h. 10.

2

**ELENCHVS OPVSCVLORVM
Luciani, interprete Erasmo.**

<i>Saturnalia.</i>	pagina 4
<i>Cronofolon, id est, Saturnalium legum lator,</i>	11
<i>Epistole Saturnales.</i>	17
<i>De Iactu,</i>	30
<i>Abdicatus,</i>	52
<i>Icaromenippus seu Hypernepheles,</i>	62
<i>Toxaris sive amicitia,</i>	68
<i>Alexander seu Pseudomantis,</i>	138
<i>Gallus seu Somnium,</i>	178
<i>Timon seu Misanthropus,</i>	210
<i>Pro tyrannicida declamatio,</i>	248
<i>R R A S M : declamatio, Lucianicae respondens,</i>	256
<i>De ijs qui mercede conduxi degunt,</i>	333
<i>Dialogi X V I I I .</i>	373
<i>Hercules Gallicus,</i>	404
<i>Eunuchus seu Pamphilus,</i>	408
<i>De sacrificijs,</i>	415
<i>Coniuinum seu Lapithe,</i>	428
<i>De Astrologia,</i>	452
<i>Aliquot item ex eodem commentatorij, Thoma More interprete,</i>	456
<i>Oratio Luciani, Calumnia non esse temere credendū, interprete Philip. Mel.</i>	559
	Erasmus

9 :
S E R A S M V S R O T E

RODAMVS REVERE MD ISSI,

*mo In Christo patri, D . Guilielmo ar,
chiepiscopo Cantharicensi, to,
tius Anglie primati,*

S. D.

ITTO ad te Dialogos aliquot Luciani,
partim nuper à me traductos, partim re-
cognitos. Nugae, inquis, mittis. Nugae sa-
nè, sed literatas, nimirum ut rideas, si tamen unquam ri-
dere potes, homo tot curis distractus, tot negotiorum
fluctibus obrutus. Sed cui potius mittam, quicquid fuc-
rit illud, seu ludicum, seu serium, quod mea Camæna
produxerint, quam tibi unico meo Mecornati? qui for-
lus et addis animum Erasmo, et alis ingenium, et
ocium suppeditas, et ornas studia. Benc
uale. Londini, tertio Calen-
das Maias. Anno

M. D. XII.

4 2 Saturnalia

SATVRNALIA LVCIA-

NI, DES. ERASMO RO-
TERODAMO interprete

PERSONAE

SACERDOS ET SATVRNVS

SACERDOS

I C mibi Saturne, quando tu quidē
hoc tempore regnare uideris, tibiq;
et sacrificatum, et litatum est à no-
bis, quid potissimum abs te pro im-
molatis bofisijs postulare debeam,
quod postulatum fcam? s A T. Istud quidem teipsum
perpendere oportuit, quid tibi foret optandum, nisi qui
princeps sit, cundē et uatem esse uis, ut norit, quid max-
ime collubitum sit animo tuo petere. Ceterum ego,
quantum facultas feret, non abnuam uotis tuis. S A C.
Quin istud iam olim mibi perpēsum est: desidero enim
vulgaria ista, ac paſim obvia, uidelicet opes, multam
auri uim, utq; uiris imperē, utq; multa posseidam man-
cipia, uestes splendidas ac delicatas, tum argentum et
ebur, breuiter, si quid est preterea rerum preciosarū.
Hec igitur mibi da optime Saturne, ut ex ipse nōnihil
emolumenti ex tuo sentiam imperio, nēc solus per om-
nem uitam earum rerum sim expers. S A T. Illud uide.
Iam postulas, quod non est meae potestatis, neque enim
mearum partiū est ista distribuere. Quare ne graniter
feras

feras, si que petis, non assequeris. Quin magis ista à Iosepho postulato, quum ad eum imperij uices redierint, id quod breui futurum est. Nam ipse prescriptis conditiōnibus, rerum administrationem ab illo suscipio. Est autē uniuersum imperium meum, septem duntaxat dierum, quorum si ius excesserit, illico priuatus reddor, ac uelut unusquilibet de plebeia multitudine. Nec tamen in his ipsis septem diebus scrium quippiam, aut publicum tractare mihi permissum est. Verum potare, incibriari, uociferari, ludere, certare tessera, creare reges, famulos in conuiuium adhibere, canere nudum, lasciuo corporis motu saltitare, nonunquam et in gelidam aquam dare precipitem, facie fuligine oblita. Hec uti faciam permisum est. Ceterū magna illa, puta diuitias et aurum, Iuppiter ipse dilargitur, quibus illi uisum fuerit. S A C. Imò ne ille quidem Saturne admodum facile, ac lubens id facit, adeo ut me iam uox defecerit, magno clamore hec ab illo flagitantem. At is nihil prorsus audit, uerum etidem obuibrans, ac fulmen intentans, toruumq; obtuens, pauefacit instantes. Quod si quando etiam annuerit alicui, diuitemq; reddiderit, mirum quā id nullo delectu facit, ut aliquoties præteritis probis, ac sapiētibus uiris, sceleratis ac stultis hominibus opes offundat, uerberonibus atque effeminatis, cuiusmodi sunt isti pleriq;. Quanquam equidem cupio cognoscere, quā sint ista tuae potestati permissa. S A T. Haud quaquam parua, neq; omnino contemnenda, si quis uni

uersi imperij vim expendat, nisi forte tibi paruum esse
videtur, ut in tesserae ludo vincas, cumq; ceteris deca
in unionem volvatur, tibi senionem semper in summo
latere ostendat. Nam binc sibi pleriq; uitam parant,
uel ad saturitatem usque, quibus propitia ac secunda
aspirari tessera. Rursum alij nudi enatarunt, naue cli-
sa, fracta ad tam minutum scopulum, puta aleam. Adde
bis, potando quam maxime bilarescere, ac modulatius
alio uideri canere in convivio. Præterea reliquias mini-
stris in aquam præcipitatis (nam ea pœna est parum
dextre ministranti) te & uictorem pronunciari, atque
ei quem uiceris, præmia præcipere. Vides nimisrum
quam ingens sit bonum. Quemadmodum & illud, quin
talo uictor solus omnibus rex præficeris, ut non solum
ipse non ferat illa ridicula imperata, uerum etiam ipse
possi alijs imperare: huic ut turpe quiddam de seipso
nociferetur: illi ut saltet nudus, utq; sublata in humeros
tibicina, ter domum obambulet. An non hæc quoique
munificentia meæ non exiguae sunt argumenta? Quæcum
si causaberis regnum hoc nec uerum esse, nec stabile, im-
scite feceris, quum uides meipsum, qui ista dilatio or-
exigui temporis imperium tenere. Ex his igitur que
meæ facultatis est præstare, Nempe de taxillis, de rei
gnando, de canendo, deq; reliquis, que modo recessui,
audacter que uolcs petito, nihil ueritas, ne te aegide
aut fulmine territem. S A C. Atqui istis nihil mibi est
opus Titanum optime. Tu tam̄ illud mibi responderes
uelutim

uelim, quod maxime cupieba cognoscere. Quod si mihi dixeris, satis magnam gratiam pro sacro persolveris, quin et reliquum tempus que debueris, condono.
 S A T. Rogamodo, e quidem respondebo, si forte quod rogaris sciero. S A C. Illud in primis. Num uera sunt ista, que de te audimus? Quemadmodum deuoraris liberos tibi ex Rhea natos, utq; clam illa, subducto loue, saxum infantis loco suppositum, tibi deuorandum tras diderit. Deinde puer adulcus, te regno expulerit, bello superatū, mox arreptū in tartarū precipitarit, vinculis iniectis, tum tibi, tum omnibus copijs auxiliaribus, que tecū in acie steterant. S A T. Quid dixti? Nisi festum celebraremus, essetq; licitum inebriari, atque in dominos impune conuicia iacere, intelligeres profecto mihi permisum esse irasci, qui quidē istiusmodi roges, nihil reueritus adeo canum ac senem deum. S A C. At ego bæc Saturne, non ex meipso dico, Quin et Hesiodus et Homerus, nolo enim dicere reliqui propè mortales omnes, adē de te credunt. S A T. An tu putas uel pastorem illū, uel hunc ampullosum, uere quippiam de me scisse? Rem ad hunc cōsidera modū. Est ne quisq; homo, nō dicam deus, adeo durus, ut possit ipse uolēs suos deuorare liberos? nisi si quis esset Thyestes, q ab impiο circūuētus fratre comedeleret. Sed finge esse q possit, qui fiat, ut ignoret se se saxum edere uice pueri? nisi forte dētib. sit huiusmodi, ut dolere nō queāt. Imō neq; bello cōfliximus, neq; Iupiter p uim imperiū occupauit, sed

9 LUCIANI SATURNALIA

ego illi uolens & ultra rerum administrationem tradi-
di, cefsiq;: Porro neq; uinctum esse me, neq; in tartaro
esse, uel ipse uides opinor, nisi prorsus oculis captus es,
quemadmodum Homerus. s A C. Sed quid tibi accidit
Saturne, ut imperium deponeres? S A T. Ego tibi di-
cam. In summa, senex iam & podagrosus quum essem
ob etatem (unde etiam factum est, ut pleriq; mihi com-
pedes esse finixerint) impar erā viribus ad tam multa
huius etatis facinora punienda: nam erat aſidue mibi
furſam ac deorum curſitandum obarmato fulmine,
quo sacrilegos, periuros, ac raptores exurcerem. Erat/
que negotium plenum laboris, quodq; iuuenem deſide-
raret. Itaque mibi consulens, loui locum dedi. Quan-
quam & alioqui recte fakturus mibi uidebar, si parti-
tas filijs (nam erant) imperium, ipſe pleramque uitam
conuiujs per ocium traducetem, nihil neceſſe habens,
neque nota facientibus operam dare, nec ab ijs qui
contraria petunt, molestia affici, neque tonare, neque
fulminare, neque grandinem aliquoties immittere. Sed
senilem hanc, ac iucundissimam dego uitam, meracius
bibens nectar, atque interim cum Iapeto, reliquisq; &
qualibus dijs confabulans. At regnat quidem ille mille
districtus negotijs, niſi quod hos pauculos quos dixi,
dies mibi uisum eſt excipere, in quibus recipio prin-
cipatum, ut mortalibus in memoriam reducam, cuiusmo-
di fuerit me regnante uita, quū citra ſementem, citraq;
erationem cuncta illa pronenirent. Haud tam quidem
aristæ

aristæ, sed panis paratus, carnes appareatæ, ac uinum
 fluminum instar fluebat, tum fontes mellis, lactisq; pro
 pterea quod mortales omnes probi essent, & aurci.
 Hæc, inquam, mibi causa fuit, cur exigui temporis im-
 perium geram, atque ob id undique plausus, cantio-
 nes, lusus, æqualitas omnibus seruis eque ac liberis, ne-
 que enim me regnante quisquam erat seruus. S A C.
 At ego Saturne coniecturam istam ad seruos, & eos
 qui boias terunt, referebam, quasi ob eam causam tibi
 fabula tribueret erga hos humanitatem, quod memor
 te ipsum aliquando seruitutem seruisse, ac gestasse com-
 pedes, eos magnifaceres, qui simili essent fortuna. S A
 T V R . Num tu desines istiusmodi nugari nugas? S A
 C E R . Bene mones, itaq; desino. Quin illud etiam mi-
 bi responde, talis ludere, in usu fuit tui quoque seculi
 mortalibus? S A T . Erat sane. At non depositis talen-
 tis, ac decem nummū milibus, quemadmodum uos fa-
 citis, uerum ut plurimo nucibus, ne uidelicet discrucia-
 retur qui uictus esset, ne uicem semper ploraret sese unum
 omnium non habere quod ederet. S A C . Et recte qui
 dem illi. Nam quo tandem præmio certassent ipsi tar-
 lis, quum ipsi toti essent aurei? Itaque te loquente, ta-
 le quiddam mihi uenit in mentem, si quis unū aliquem
 ex aurcis illis uiris, in hanc nostram etatē adductum
 uulgo ostenderet, quid illi tandem eueniret? Nempe
 miserum (sat scio) discerperent, haud aliter incurfan-
 ges, quam in Pentheum Menades, aut in Orpheum for-

50 LVCIANI CRONO SOLON

mine Tbracie, aut in Aetere canes, interq; se se deterrarent, quantum quisq; maximā posset portionem auferre, ut qui ne in festo celebrādo, à lucri studio temperent, quim ipso etiam festo ad lucri abutuntur incrementum. Itaq; alij quidem tibi primitias immolat, amicos in conuiuio deprædantes. Alij uero tibi conuiciantur, cum nihil ad rem pertincent, tum ipsae comminus sunt tesserae, perinde quasi illis sit imputandum, quod illi suapte sponte faciūt. Sed dic mibi & illud, quid tandem cause fuit, ut deus usq; adeo imbecillis, ac senex, tempus in amoenissimum delegerit, cum iam nix omnia occupat, plurimus scutit Boreas, cumq; nihil non gelu concretum est, arant arbores nudæ decubitis frondibus, squalent, borrentq; vacua floribus prata, cum incurvi, cōtracti q; mortales, perinde quasi extremo confessi senio, ad focum fermè defident, interea tu festum diem agis? neq; enim accommodum seni tempus, neq; satis idonum genio indulgentibus. S A T. Sed beus tu permulta quidem à me sciscitaris, cum potare iam oporteat. Itaq; non exiguam temporis portionem tuis rogationibus mibi de festo perdidisti, dum ista mecum philosopharis, non admodum ad rem pertinentia. quare nunc ictis tandem omib; conuiuium agitemus, plaudamus, ac liberam agamus uitam. Deinde prisco more depositis nucibus, ludamus tesseras, ac reges susfragijs creemus, ipsisq; ultro pareamus. Siquidem ad eum modū effecrimus, ut uerum uideatur prouerbiū,

quod

quod dicunt: senes repuerascere. S A C . Imò cui ista quæ dicas, non probātur Saturne, precor ut ei nec tum bibere liceat, cum sit. Itaq; bibamus, quandoquidem ut primo colloquio satis à te responsum est. Proinde ui deor mibi recte facturus, si nostram banc confabulatio nem, & quæ ipse interrogarim, & quæ tu propitius responderis, literis prodita, tradam amicis legenda, si qui sunt digni, qui tua dicta accipient.

C R O N O S O L O N , id est, S A T V R N A L I /
um Legum lator, Erasmo interprete.

A E C ait Cronosolon sacrificus, & idem
H uates Saturni, earumq; legum conditor,
que quidem ad festum pertinent. Quid
pauperes facere oporteat, id alio misso libro illis ipsis
præscripsi, Neque dubito quin eas leges seruent, alio/
qui obnoxij futuri pœnis, que gravissime decreta sunt
in eos, qui minus paruerint. Vos autem diuites, uidete
ne bac mandata prætergrediamini, neque negligatis.
Nam si quis secus fecerit, is sciatur se non me neglectus
rum legis latorem, sed ipsum potius Saturnum, qui me
condendis festi sui legibus delegit. Haud ille quidem
in somnis uisus, sed nuper cum uigilante palam con/
gressus. Erat autem neq; compedibus uinctus, neq; fatus
obsitus, qualē cum pictores fingunt, exemplar à deliris
poetis mutuati, uerū falcam quidē tenebat preacutā.
Cetera uero & hilaris erat, & ualidus, regioq; appar/
atu. Atq; bac quidē specie mibi uisus est. Ceterū quæ
locutus

locutas est, plane diuinis sunt, et in his haec digna, que
nobis prius exponam. Nam ubi me uidit animo moestum
inambulantem, mox intellectus, quippe deus, quenam
esset molestie causa, uidelicet grauiter me ferre pau-
pertatem, ut qui non pro temporis ratione unicam ue-
stem haberem, cum iam esset gelu, multusque flaret Bor-
reas, glacies ac nix, aduersus que ego minime commu-
nitus eram. Multo magis autem, quod cum festum in-
flaret iam proxime, reliquos uidetem apparates, que
ad uictimas, quecumque ad conuicia requirebantur, mihi ue-
ro ipsi res non admodum ad festum instructas esse. Iam
autem accedens, auctusque prebenfa, ac uellicata (Nam
hac specie se se mihi confuerit ostendere) Quid istud si-
bi uult (inquit) Cronosolon? uidere mihi sollicitus. An
non eque inquam beret cum impios ac scelestos ho-
mines opibus superfluere, et felos delitijs frui uideam,
ipse uero, necumque complures alij docti, cum inopia
summaque rerum penuria uitam degimus? Ne tu quidem
beres, cur as his rebus finem imponere, et ad equalita-
tem reuocare. Tum ille. Cetera quidem, inquit, haud
facile fuerit innouare, que uobis a Clotone, reliquisque
Parcis accidunt. Porro paupertatis malum uobis cor-
rigam, quatenus ad festum attinet. Sit autem haec cor-
rigendi ratio. Abi Cronosolon, ac mihi leges aliquot
conscrifito, ostendens quid obseruandum sit in festo,
uti ne diuites inter se festum celebrent, sed uobis sua
bona impertiant. At non noui, inquam, leges conscri-
bere

bere. Quin ego, inquit, docebo te. Moxq; ingressus, or-
dine me docuit. Deinde cum cuncta perdidicissem: Et
illud, inquit, illis dicito, nisi scravarint hæc, tum ego pro-
feto sine causa falcem hanc acutam circumfero. Alior
qui ridiculus sim, si cum patrem Cælum execucrim,
non item castraro diuites istos, quicunque leges mem-
uiolauerint, ut iam euirati, Cybeli matri scse adiungat
cum tibijs ac cymbalis. Hæc ille minabatur. Quare re-
etc facietis, si leges non prætergrediamini. Lex prima.
Ne quis quid intra festi tempus agito, neq; publicum,
neq; priuatum nisi que ad lusum, ad uoluptatem, ani-
miq; oblationem pertinebunt. Opsoniorum et bel-
lriorum artifices soli in opere sunt. Aequalitas om-
nibus esto, seruis, liberis, pauperibus, diuitibus. Irasci,
indignari, minari ne cui liceat. Rationem exigere
ab ihs, qui res curant Saturnalitas, ne id quidē fas esto.
Ne quis argentum, uestimenta expendito, néue inscribi-
to solennitatis tempore, ne quis exerceatur, néue lite-
ris operam dato, aut recitato, nisi si que sint urbana
lepidaq; que dicacitatem respiant, ac iocum. Lex se-
cunda. Multo ante festum diuites singulorum amico-
rum nomina in tabella scribunto. Porro pecuniam pa-
ratam habento, ad decimam partem annorum fructu-
um. Præterea quicquid illis superest uestium, et quic-
quid est cultus pinguioris, quam ut ipsis conueniat. Ad
hæc argenteorum uim non modicā. Atq; hæc quidem
in promptu sunt. Cæterum ante solennitatē porcellus
circum

circumagitor, atq; ex edibus ejciuntor fordes, auari-
 tia et questus, et si quæ id genus alia sunt plerisque
 dimitum domestica. Deinde ubi domum perpurgarint,
 tum rem diuinam faciunto Ioui diuitiarum largitori,
 ac Mercurio munifico, atq; Apollini magna donanti.
 Deinde circa uesperam tabulam illam, amicorum no-
 mina tenentem relegunto. Distributis autem pro cu-
 iusq; dignitate muneribus, ante solis occasum amicis
 mittunto. Porro qui deferant, ne plures tribus, quatu-
 orue sunt, atq; hi certissima ex famulis fide, iamq; na-
 tu grandes. Ascribatur autem in literis, et quid mittas-
 tur, et quantum, ut ne utriq; suspectos habere possint
 eos, qui perferunt. Atq; ipsi ministri unico quisq; calis-
 ce epoto, domum recessante, neq; preterea quicquam
 ab eis postulanto. Doctis omnia dupla mittuntur. Nam
 bos equum est geminam accipere portionem. De mu-
 neribus quam modestissime simul, et quam paucifor-
 ma herba fiunto, neq; graue quicquam in literis quis-
 quam ascribito, nec odiose laudato que mittuntur. Di-
 uiti diuīs ne quid mittito. Neq; locuples Saturnalibus
 equali sorte quempiā conuiuio accipito. Ne quid corū
 que in hoc deprompta fuerint, ut mittantur, seruanto.
 Nēne cui muncriis pœnitentia subito. Quid si quis an-
 no superiori peregrc fuit, eaq; causa munerum expers
 fuit, et illa accipito. Quintam pro tenuibus amicis
 et alienum diuītes soluunto, atq; etiam conductarunt
 eodium præcium, si qui forte et hoc debent, neq; sunt
 soluēdo

soluendo. In summa uero, multo ante illud illis esto curae, ut cognoscant, quare maxime sit opus. Rursum quod accipiunt, ne de misis donis ut exiguis queruntur, et quicquid mittetur, qualemque fuerit, id magni ducumento. Vini cadus, aut lepus, aut pinguis avis, inter munera ra Saturnalia ne habentor. Necne Saturnalia dona insrisum uertunto. Remittito uicissim diuiti pauper: Si doctus est, libellum aliquem ueterem, aut si quid ipse conscripsit, quod fausti sit ominis, et conuiujs accommodum, qualemque potuerit. Atque id diuus leto admordum, bilarique uultu accipito. Acceptum protinus per legito. Quod si recusarit, reieceritue, sciat se se ihs que de falce minatus sum, obnoxium esse, etiam si miserit, quicquid alioqui mittendum erat. Porro reliqui, coronae aliij, aliij turis frustula mittunto. Quod si pauper, aut uester, aut argentum, aut aurum, supra facultatem diuiti miserit, id quidem, quod missum fuerit, publicam esto, cōflatumque in Saturni thesaurū infertor. Ipse uero pauper postridie plagas à diuite, manibus ferule superpositis accipito, nō pauciores quinquaginta supra ducentas. Leges cōuiniales. Lauādū est, ubi linea sex crit pedam. Ante lauandū, nucibus ac talis lufitandū. Vbi cunq; casus cuique locū dederit, ibi accumbito. Dignitas aut genus, aut diuitiae, parū momenti habēto, ut prius alicui ministretur. Eodē de uino oēs bibunto. Neque proficit diuiti, si causetur uel stomachi, uel capitis dolorē, ut ideo bibat de meliore. Carniū omnibus aqua portio.

Mimistri

Ministri ne cui quid fauore danto, neq; cōtantor, neq;
 pratermittunto, donec ipsis uisum fuerit, que tollenda
 erunt. Neque huic quidem magna, illi uero per exigua
 apponunto. Nēue huic coxa suis, illi maxilla apponi-
 tor, sed in omnibus equalitas esto. Pocillator, acutis o-
 culis unumquemq; obseruato, minus tamen herū. Acu-
 tius etiam exaudito. Calices omnis generis sunt. Ad
 potandum imitare si quis uoluerit, ius esto. Omnes om-
 nibus præbibunto, si libeat, ubi præbiberit diues. Neq;
 quisquam bibere compellitor, qui non ualeat ad com-
 potationem. Ne liceat ipsis, neq; saltatorem, neq; citba-
 rœdū inducere, nisi qui nup discere cōperit. Quod si
 cui libeat dictarijs uti, liceat, sed hactenus ad bibeatur
 modus, ut ne sint molesta. Super omnia, pro nucibus
 ludunto talis. Si quis deposita pecunia talis lufserit, in
 posterum usq; diem ieiunato. Et maneto quisq; abi-
 to cum uoluerit. Porro cum diues famulos suos cōiuicio
 accipiet, tum amici quoq; una cum ipso ministranto.
 Leges basce singuli diuites, erēe columnæ inscriptas,
 in aule meditullio habento, ac legunto. Atque id qui-
 dem sciendum est, quo ad ea columnna manebit, neq; fu-
 mes, neque pestilentia, neque incendium, neq; quicquā
 alioqui molestum, in illorum domum subibit. Quod
 si quando (id quod dij probibeant) tollatur,
 abominanda sunt, que illis
 tum euentura.

EPISTOLAE SATURNALIAE.

Ego Saturno salutem.

QVID E M C antea tibi scripsi, su-
gnificans quoniam in statu essem, C
quemadmodum ob inopiam mihi per-
culum esset, ne solus omnium, expers
relinqueret solennitatis, quam indixi
sti. Addidi C illud (nam memini) iniquissimum esse, si
nostrum alij opibus ac delicijs superfluerent, nihil ex
suis facultatibus impertientes pauperioribus, alij rur-
sum fame contabescerent, atque id quidem instantibus
Saturnalibus. Verum quoniam tum ad meas literas nre
bilis respondisti, operae preclum existimauis, te denuo ijs-
dem de rebus commonefacere. Tuum erat optimus Sa-
turne, sublata hac rerum inegalitate, bonisq; in me-
dio depositis, postea celebrandum festum edicere. Nam
uti nunc res habent, formica camelus, quemadmodum
aiunt proverbio. Quin magis tragœdie histriōnē ani-
mo concipe, qui altero pede præaltis cothurnis subli-
mis insistat, cuiusmodi sunt Tragica calceamenta, alte-
rouero sit in calceatus. Is si ad hunc modum instructus
ingrediatur, uides necessario futurum, ut nunc excelsi-
sus sit, nunc humilis, prout hunc aut illum pedem uicissi-
sim promouerit. Nec minor est in uita nostra ineqaul-
tas, dum illi cothurnis fulti, adornante fortuna, Tragœ-
dias in nos agunt. Contra magna pars pedibus, atq; bū

L V C . b mi inv

18 LVC. EPIST. SATURNALES

mi ingredimur; quum & ipsi, scias uellem, nihil deterritus illis fabulam agere possimus, atq; ingredi, si quis nos quoq; ad eundem istum modum adornarit. Atqui ex poëtis audio, nihil haram rerum inter homines fuisse olim, quū tu solus adhuc imperium teneres. Vrbum tellus illis citra serendi, arandiq; laborem bona profigebat, scenam, unicuiq; paratam, uel ad satietatem usque. Porro flumina partim uinum, partim lac, erant auctem & que mel manabant. Quodq; est omniam maxima, aiunt illos ipsoſ homines aureos fuisse. Ceterum paupertatem omnino procul ab illis abfuisse. Nos contra non satis idonei sumus, qui uel plumbū uideri possumus, aut si quid etiam plumbo uilius, ut quorum ples risq; uictus labore queritur, ac paſsim pauperes, egestas, ac desperatio, et illud: Hei mihi, & unde inueniam, & ô fortunam, atq; id genus alia permulta, apud nos semper pauperes abundant: quanquam his de rebus leuis discruciaremur, nisi diuites conspiceremus tanta fruentes felicitate. Qui quidem quum tantum auri, tam argenti conditum babeant, tantum uestium possideant, tot mancipia, tot currus, familias, agros, atq; barum rerum omnium magnam uim teneant, tamē adeo nobis nihil unquam de eis impertinet, ut plebeios homines ne affectu quidem dignentur. Hæc inquam, sunt Saturne, quæ nos enecant maxime, planeq; remittens literandam arbitramur, hunc in purpura accumbentem, tanis opū delicijs affluere, ruſtantem interim, & apud plaudentes.

plaudentibus amicis, perpetuo festū diem agere: me uero, meiq; similes, somniorū conjecturas interpretari, si cunde forte quatuor oboli contingent, quo uidelicet pāne polentāue expleti dormire queamus, nasturtiū, aut porrū, cepásue alliūmue opsonij uice arrodentes. Aut bæc igitur Saturne ad æquabilitatem uitæ mutes corrigitq; necesse est, aut quod est postremum, illis ipsis interdicas diuitibus, ne soli bonis fruantur, uerū ē modijs auri tam multis uel heminam in omniis nos dispergāt. Porrò ex uestibus, si quas iam à tineis exesas, citra suū incommodum dare possint, malintq; hæc prorsus uestis statē situq; peritura, nobis dare qui induamur, quām sene ut in cubilibus ac scrinijs multa carie computrefiant. Præterea ut cœnent singuli, nunc quaternis, nunc quinis pauperibus ad conuiuum adhibitis. Haud isto quidem pacto, quo his temporibus conuiua peraguntur, uerum popularius, ut æqua sit omnium portio, neque ut bic opsonijs ingurgitet se se, famulo interim absente atque operiente, donec berus uorando præfocetur. Ceterum ubi ad nos uenerit, quum uix etiam aparauerimus admouere manū, protinus ad alios transforatur, patina tantum ostensa, uel si quid de placenta reliquum est. Neq; illatum aprum ita partiatur, ut dominō tñlum dimidium apponat, unā cum capite, reliquis autē ossatea apponat. Utq; premoneantur pincernæ, ne contentur donec unusquisq; nostrum septies poscat bibere, sed semel iussi protinus infundant, ex inv.

20. LVC. EPIST. SATURNALES.

gentem calicem impletū tradant eque atq; ipsi domis
no, utq; unum & idem uinum coniuis sic omnibus.
Alioqui ubi nam ista lex scripta fuit, aut receptus mos,
ut hic uino odorato generosoq; temulentus sit, mihi cō-
tra musto disrumpatur alius? Hæc si correxeris noua-
risq; Saturne, tū demū effeceris, ut uita uere uita sit. se-
stū uere festū: sin minus, illi quidē epulētur, nos aut in-
terim sedentes precabimur, ut simul atq; loti uenerint,
puer subuersam amphoram rumpat, utq; coquus ius-
adurat, ac per obliuionem muriam piscium in lenticem
infundat, utq; canis in domum irruens, opsoniorum arti-
ficiibus, alibi intentis, exta deuoret uniuersa, preterea
placent et dimidium: utq; sus ac cervus, neq; non sucale.
inter assandū idem faciant, quod Homerus de solis bor-
bus commemorat: immò uti non serpent solum, uerum etiā
am una cum ipsis ueribus in montem abripiant se se fū-
giantq;: utq; ipse etiā aues pinguis, iam ademptis plus
mis, & ad coquendum appareat, uolatu ausigant, ne
soli illis fruantur: quodq; futurum est illis grauissimū:
ut formicæ tales, quales feruntur Indicæ, aurum è the-
sauris effossum, noctu in publicū efferant: utq; uestis cui-
vatorum indiligentia ita ab optimis muribus perfora-
tur, ut cribrum uideri possit, nihilq; differat à casse ues-
titorio: utq; formosi illorū comatiq; pueri quos Hyd-
eintbos, aut Achilles, aut Narcissos appellare solent)
dum ipsis poculum porrigunt, subito desuente coma
calui fiant, & acutam edant barbam, cuiusmodi in cor-
madijs

ancedijs induci solēt Sphénopogones, quibus à cuncta
barba nomen inuentum est: utq; uertex illis asperis ac
pungētibus pilis sit hirtus, reliqua capitis parte nuda.
Hec atq; his etiam plura illis imprecabimur, nisi desir-
mant usque adeo suis priuatim studere commodis, uel
untq; in commune diuites esse, nobis quoque quantum
equum est impatiētes.

SATVRNVS MIHI CHARIS,
SIMO SALVTEM.

VID tu, obsecro, nūges istas ad me,
ac de rebus būiusmodi scribis, jubesq;
ut de integro bonorum faciam parti-
tionem? quod quidem alterius munus
fuerit, penes quem nunc est imperiū.

Et enim dēmiror te, si solus om̄ium ignoras, quemad-
modum iam pridē regnare destiterim, ac priuatus esse
cōspicis, liberis partitus imperiū: quanquam lupi-
ter praecipue rerum istiusmodi curam agit. Porrò mea
potestas non nisi ad taxillos usque, saltationes, cantio-
nes, &c ebrietatem ualeat, idq; septem non amplius die-
bus. Itaq; grauioribus in causis, de quibus scribis, uide-
licet de tollenda rerum inæqualitate, utq; ex aequo
omnes aut opibus abundant aut egeant, Iupiter uobis
operam dabit. Quid si quid in hijs que ad festum per-
tinent, uel fraude detractum est alicui, uel additum, id
crit mecum partium iudicare. Iamq; scribo diuitibus

de cœnis, deq; auri bimina, neq; non de uestibus, ut uox
bis quoque ad celebrandum festum nonnihil mittant.
Quandoquidē aqua sunt ista, decetq; illos facere quem
admodum prædicatis, nisi forte habent isti, quod pro
babiliter ad hæc reffondeant. In summa tamē illud scis
tote pauperes, uos longe falli, neq; recte iudicare de di
uitibus. Siquidem illos felices arbitramini, solosq; suam
uem uitam uiuere, propterea quod illis licet opipare
cœnare, uino suaui inebriari, formosis frui mulieribus,
uestibus uti delicatis, uerum istam felicitatem cuiusmo
di sit ignoratis: siquidem hæres non mediocribus curis
eos distorquent, sed singulis inuigilare coguntur, ne
quid rerum domesticarū dispensator fraudet, aut claus
culum suffuretur, ne uinum aceſcat, ne frumentum ueri
mibus corrumpatur, ne latro tollat pocula, ne populus
credat calumniatoribus, si illum dixerint affectare rer
num. At qui hæc quidē quota pars est eorū, que istos
discruciant? Quid si nosſetis metus & curus, quibus ob
noxij sunt, planè fugiendas uobis esse diuitias existima
retis. Alioqui creditis uel meipsum usq; adeo insanum,
ut si præclara res effet opulentia, aut regnum, depositus
rus hæc, alijsq; ea cœſſuris fuerim, patererq; ut nūc pri
uatus alieno parerem imperio? Quin potius quum non
effem ignarus huiusmodi malorum que plurima diuiti
bus ac regibus adſint necesse est, imperium deposui, idq;
sapienter. Nam quod tu nunc apud me deos obtestans
deplorabas, illos apriſ ac placentis expleri, uos cōtra
naſturtianas

nasturtium, potrūmūe aut cepe per festi tempus; opſoſ
nij loco arrodere, cuiusmodi ſit conſidera. Etenim in
præſens quidem utrunq; dulce eſt illis, minimeq; moleſ
tum. At poſtea reſ inuertitur. Quandoquidem uobis
deinde non accidit, ut poſtridie ſurgatis, capitis dolore
grauati ob temulentiam, que madmodū illi, neq; ob im‐
modicam ingurgitationem graue olen tem, & acrem
ſpiritū ruſtatis. At illi hoc quoq; fructus ferunt, ut quo‐
niā magnam noctis partem uario coitu pro libidinis
arbitrio transigunt, facile ſibi, uel tabem uel tuſim, uel
morbum intercutē, ex intemperato uoluptatū uſu cole‐
ligant. Alioqui quotumquenq; potes oſtendere, qui nō
planè palliat, ac faciē cadauerofam prafce ferat? Quo‐
tumquenq; autem, qui cum ad ſenectutem peruenecrit,
ſuis ipliis pedibus ingrediatur, ac nō potius à quatuor
baiulis geſtetur? foris quidē totus aureus, intus putris,
ac pannosus, cuiusmodi ſunt Tragica indumenta, ex
pannis admodum uilibus cofarcinata. Vos autem quā
moleſtum eſt, quod de pifcibus guſtare non liceat, quod
intedia laboratis, nō illud item cogitatis, eosdem et po‐
dagre, & tuſis expertes eſſe, aut ſi quid aliud aliam
ob cauſam illis incommodi contingit. Quanquam nec
illis ipliis & que dulce eſt, quotidie, ſupraq; ſatietate iſtis
neſei. Quin potius uideas eos nōnunquam ita bolus ac
lupinum appetere, ut tu nō & que leporem appetas, aut
aprū. Ut de reliquis interim ſileam, que illos diſ‐
cruciant, puta ſi filius fit luxuriosus, ſi uxor uel amās,

LVC. EPIST. SATURNALES
vel amata à famulo, coacta magis quā ex animo cū
illo dormiat. In summa multa alia sunt, que nos igno-
rantes, tantum aurum illorum ac purpuram uidetis,
Tum si quando uidetis eos albo prouchi curru, inhiatis
et adoratis. Quod si illos contemneritis, negligere-
tisq; neq; ad argenteū currum oculos haberetis inten-
tos, neq; inter colloquendum, smaragdum annulo ins-
clusum respectaretis, neq; uestes obiter contrectantes
mollicē admiraremini, sed sineretis eos ipsos sibi diuini-
tes esse, baud dubie futurum sit, ut ipſi uos ultro adi-
rent, ad coenam rogarent, nimirum ut uobis ostendere
possint lectos, mensas, ac pocula. Quarum rerum nulla
sit utilitas, si sine teste possideantur. Certe reperiretis
pleraq; haec illos uestra causa parare, non quo utantur
ipſi, sed uti uos admiraremini. Haec ad consolandoſ uos
scribo, utrang; uitam cognitam habens. Conuenitq; ita
festum agere, ut cogitetis omnibus brevi decadendum
ēuita, et illis, depositis opibus, et uobis, relicta pauper-
itate. Quanquam et illis scribam, sicuti sum pollicitus.
Eccl̄tum scio eos non neglecturos literas meas.

S A T V R N V S D I V I T I B V S, S.

A V P E R E S nuper ad me datis li-
teris incusarūt uos, qui nihil ipsis ex
facultatibus quas possidetis, imperti-
mini: atq; omnino postularunt, ut one-
mia bona faciem omnibus cōmuniā,
ut ad

ut ad singulos illorum sua pars rediret. Aequum enim esse, ut rerū aequalitas constituatur, neq; decere, ut bu-
ic supersit, ille nullo modo sit particeps soluptatum.
Ego uero respondi, hisce de rebus rectius Iouem con-
sideraturum. Ceterum de presenti negocio, deq; iniur-
ijs, quibus se se per festos dies affici putant, videbant
mei officij esse sententiam ferre, sumq; pollicitus me uo-
bis scripturum. Sunt autem quæ postulant hæc, ut mihi
quidem uidetur, æqua. Nam quo pacto, inquit, tanto
frigore horrētes, tantæq; obnoxij cœuritioni, postea di-
em etiam festum celebrare possumus? Quare si uellēmo-
us illos festi participes esse, postularunt ut cogere-
nos, ut et de uestibus illis impertiamini, si quæ super-
sunt pinguiores, quam quæ uobis conueniant, utq; de
auro nonnullas guttulas in illos destilletis. Quod si ista
ficeritis, inquit, non erit amplius disceptatio inter nos
de bonis apud Iouem. Sin minus, minitantur se se ad no-
nam rerum partitionem prouocaturos, ut primū lar-
piter pro tribunali sedere cœperit. Atq; hæc quidem
facere uobis nequaquam graue fuerit, impetrari nonni-
bil de tantis opibus, quas possidetis, et recte possidetis.
Quin de coenis quoq; ut uobiscū cœnarent, et hoc
alteris addendum putarunt, quemadmodum uos in pre-
sentia scribus occlusis, soli delicijs frueremini. Quod si
quando uobis uisum fuerit, et illorum quempiam post
longum tempus conuiuio adhibere, plus esse molestias
in coena, quam uoluptatis, multaq; illuc in pauperum

contumeliam fieri: uelut illud, cum non eodem de uino
 bibant, Dij boni, quām illiberalē: plane dignum, in quo
 & illi debeant accusari, qui non surgant potius, aber-
 entq; toto conuiuio uobis solis relicto. Quanquam ne
 gant se etiam ad satietatē ex illo qualicunq; uino bi-
 bere. Propterea quod uestri pincerne, aures habeant
 cera obturatas, quemadmodū olim vlyssis socij. Por-
 tò reliqua usq; adeo sunt turpia ut pigeat commemo-
 rare, que de carnium partitione criminantur, dcq; mi-
 stris, qui cum uobis affistant, donec plusquam ad ple-
 num expleamini, ipsos pretereurrunt, aliaq; buius ge-
 neris permulta sordida, minimeq; digna miris ingenii
 ī. Proinde aequalitas res est omnīū iucundissima, mas-
 zimeq; conuiuīs congruens. Atq; bac de causa, uobis
 equis ille partitor in conuiuīs preficitur, ut aquam
 omnes habeant portionem. Videte igitur ne post bac-
 nos iterū accusare possint. Quim potius honorabunt
 nos, & amabūt, si paucula ista à uobis acceperint, quo-
 rum impendiū à uobis nec sentiretur quidē, penes illos
 munieris in tempore dati memoria semper mansura est.
 Præterea nec Remp. administrare possitis, ni pauper-
 res unā uobiscum in ea uersentur, milleq; modis felici-
 tam uestram adiuuent, Neq; enim habituri estis, qui
 diuitias uestras suspiciant, si soli atq; apud uosipos in
 tenebris eas possideatis. Videat igitur uulgas, mire-
 turq; uestrum argentū, mensas, & quemadmodū præ-
 bidentes ad potandū insitctis. Dein illi inter bibendum
 poculum

poculum; undiq; cōtemplentur, ac pondus expendant,
 manu librantes. Tum argumenti absolutā cēlaturam.
 Tum auri uim, uicissim artem condecorantis. Nam in
 istam modum, non solū illi uos probos uiros & bumas
 nos predicabunt, uerum etiam inuidiam illorū effugie-
 tis. Quis enim inuidat impertiēti, dantiq; quod & equū
 est? Quis non potius optet, ut quām diutissime uiuens,
 bonis suis fruatur? Verū ut nunc res uobis habent, &
 felicitas nostra teste caret, & diuitiae inuidiosae, & in-
 suauis uita. Neq; enim perinde iuuat, opinor, si quis for-
 lus expleatur, quemadmodum aiunt leones facere, &
 ex luporū genere, quos solitarios uocant, quām si cum
 lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis,
 conuiuatis. Qui primū non sinent conuiuium surdum
 aut mutum esse, uerum consuetudine sua fabulas conui-
 uis aptas, dicteriaq; minime molesta, uariasp; uolupta-
 tes adferent. Quibus rebus tempus iucūdissime transi-
 gitur. Idq; gratum est Baccho, gratū Veneri, gratum
 etiam Gratijs. Deinde postero die, dum comitatem uer-
 stram referunt, bencuolentiam uobis conciliant. Hæc
 etiam magno fuerat emenda. Nam illud à uobis sciscis-
 tabor, si pauperes abeāt taciti, sic enim fingamus, nō ha-
 ne uos cares ueret, cum non haberetis, quibus ostend-
 taretis purpureas uestes, comitum multitudinem, ambi-
 lorum magnitudinem? Neque iam libet referre, nec es-
 fario futurum ut pauperum insidiae atque odia in uos
 oriantur, si soli delicijs frui felicitis. Nam qua minoratur
 uobis

28 LVC. EPIST. SATURNALES

scobis imprecatuos se se, prorsus abominanda sunt. Ad
dij prohibeant, ne unquam ad eiusmodi imprecationes
venire cogantur. Quandoquidem si id fiat, neq; intesti-
na postbac gustabitis, neq; placentam, nisi si quid cas-
gis reliquum fecerit. Preterea lenticula sacerda liqua-
men uobis habebit. Porro sus aut cerasus interim dum
affantur, e uerni in motes aufugere parabunt. Tum aues
quoq; pinguis absq; alis fugam molientes, ad pauper-
res auolabunt. Deniq; quod est omnium gravissimum,
pocillatores formosissimi repete uobis calui sient, idq;
etiam fracta ampbora. Super his rebus consulite, que
et festo sint digna, et uobis quam maxime tuta, atq;
illis paupertatis onus subleuare, exigno uctigall illos
atricos habituri, nec utiquam malos.

DIVITES SATVRNO. S.

V M putas Saturne, de rebus istis ad
te solū scripsisse pauperes? Quin po-
tius Iouis ipstius aures iam obsurde-
runt illorū querelis, dum biec eadem
nociferantur, ac nouam rerum parti-
tionem flagitant, ac simul et fatum incusant, quod non
equaliter distribuerit, et nos, quod nihil ipsis uelimus
impertiri. Verum nouit ille, quippe cum sit Iupiter, pe-
nies quos sit culpa, coq; illos plerunq; obaudit. Nibilo-
minus tamen purgabimus nos tibi, quādoquidem hoc
ecce tempore princeps noster es. Nos enim omnia ista
que

que scribis, ob oculos habentes quām sit honestam da
magna rerū copia opitulari ijs, qui indigent, quantoq;
fir iucundius, simul cum pauperibus uersari. Et conniu
niū agitare, ad cum modum aſidue facimus, adeoq;
in ratione uite nos & quamuis, ut nihil poſſit incusare
is, quem ad cōuictum admittimus. Verum illi primū
auunt ſibi paucis opus eſſe. Deinde ubi ſemel illis foras
aperuerimus, nunquam definiunt alia ſuper alia postu
late. Quod niſi protinus omnia, ſimulq; cum dicto ac
ceperint, mox paratum odium, in promptu conuita,
etiam ſi quid de nobis fit mentiendum. Porro qui audi
unt, fidem illis habent, rati uidelicet illos probe ſcire
que dicunt, propter ea quod nobiscum conuictus
babuerint. Ita fit, ut in alterutrum incidamus, ut aut fe
nibil demus, illos prorsus habeamus hostes, aut proſu
ſis omnibus, ipſi protinus egeamus, iamq; in pauperū
gregem ueniamus. At cetera quidem utcunq; ferenda
ſunt, uerum inter caenas ipſas non ſatis habent ingre
gitari cibis, atq; aluum explere, ſed ijdem ubi plus ſar
tis adbibent, tum uel puellæ formosæ cyathum porrè
genus manum uellunt, aut cōcubinam, uxorēmū ſol
licitant. Postremo conuomito conuiuio, posterò die no
bis obrectant, narrantes quemadmodum ſit iuris, eſſe
pierintq;. Quod ſi hec aduersus illos mētiri uideamus,
ueſter ille parofitus Ixion in memoriam redeat, qui ad
cōmuniſis menſe honorem admissus, ac nobis dignitas
te & quiparatus, iam ebrius uir ille egregius, lūnonem
adortus

adortus est. Hæc atq; huiusmodi sunt, propter quæ
posterū statuimus, quo res nostræ sint in tuto, ne post
bac illis in domum aditum præbeamus. Quid si te au-
tore, pacto recipiant, se se moderate petituros, quemad-
modum nunc aiunt, neq; quicquam flagitiose in com-
potationibus admissuros, age, conuiuant nobiscum, si-
mulq; cœnent bonis auibus. Ac de tunicis, sicuti iubes,
mittemus, et de auro, quantū facultas patietur, ac sum-
ptus augbimus: in summa, nihil omittemus officij no-
strj, modo uicissim desinant ipsi arte nobiscum uiuere,
sintq; pro parasitis et adulatorib. amici. Ita nihil erit,
quod in nobis defideres, si ipsi quoq; suo fungi uolent
officio. Luciani Saturnalium Finis.

LVCIANVS DE LVCTV,

ERASMO INTERP.

PER AEPRECV M sanè facit
obseruare ea, que in luctu uulgo tunc
dicantur, tum fiant, item que dicantur
ab ijs, qui eos cōsolantur scilicet,
quamq; non ferenda putent lugentes
ea que sibi acciderunt, et sibi ipsi, et ijs quos flent:
cum haud quaquam pernoverint mala ne sint ista, ac
dolenda, an cōtra iucundiora meliora q; ijs quibus acci-
idunt. sed ex more et consuetudine dolorem accer-
sunt. Itaq; cum mortuus fuerit aliquis, faciunt ad hunc
modum. Quin prius uolo tibi narrare, quas habeat de
morte

morte ipsa opiniones. Sic enim palam fiet, qua gratis superuacanca ista moliantur. Vulgi quidem hominum multitudo, quos sapientes isti uocant idiotas, Homero, Hesiodo, reliquisq; fabularum autoribus, super his fidem habentes, et illorum poesim pro lege ducentes, locum quendam subter terram profundū esse putant, quem tartarum uocant. Eum existimant magnum et spaciosum esse, caliginosum atq; opacū, qui tamen istis haud scio quo pacto illustrari uidetur, quo singula que illic sunt, introspiciant. Tum regnare in hoc specie Iouis fratrem, cui nomen Plutoni, ut mihi retulit quidam harum rerum mire peritus, ob id co uocabulo honestatum, quod mortuorū copia diues esset. Porro Plutonem huic inferorū rempublicam, et manum uitam constituisse in hanc formam. Nam sorte obtigisse huic, ut uita defunctis imperaret. Quos ubi demissos recesserit, arreptos uinculis ineffugibilibus coercet, nulli prorsus permittens, ut ad superos redeat, preterquam admodum paucis ex uniuerso aeo, idq; grauiſſimi de causis. Interluitur autē regio illius, fluijs et magnis et horrendis, uel solo nomine. Siquidem Cocytus, Phleggetōtes atq; huiusmodi uocabulis appellatur. Quodq; est grauiſſimum, praeiacet Acherontica palus, qua prima excipit obuios, quam nō possis neq; transmittere, neq; transire sine vectore. Nā et profundior est, quam ut pedibus transiri posset, et spacioſior, quam ut traxari queat. In summa huiusmodi est, ut nec aurium mar-

nes poſſent eam trāſuolare. In ipſo uero deſcenſa, por-
taq[ue], que quidem eſt adamantina, Acaſus eſt regis pa-
truelis, cui mandata eſt cuſtodia, iuxtaq[ue] hunc canis
triceps, ſeuius admodum. Is aduenientes ſatis amice, pa-
cateq[ue] intuetur. Ceterum ſi quis conetur auſufere, la-
trat, territosq[ue] in ſpecum redigit. Iam qui transmiſſa
palude ingreſſi ſunt, eos excipit pratū ingens, Aſpho/
deſo conſitum, ac fluuius memorie hostis, eoq[ue] Lethe
nomen eſt imditum. Nam haec uidelicet priſcis illis mor-
talibus narrarunt, qui illinc redierāt. Nempe Alceſtis
et Proteſilaus, Thessalus uterq[ue], neque non Tbescus
Aegeo prognatus, et Homericus Vlyſces, teſtes admo-
dum graues, digniq[ue] quibus habeatur fides, qui mihi
non uidetur ē fonte illo bibiſſe, alioqui nō meminiffent
borum. Itaq[ue] Pluto et Proſerpina, ut aiebant illi, rem
publicam adminiſtrant, rerumq[ue] omnium dominatum
obtinent. Sed inſeruiunt hiſ, et in adminiſtrando prin-
cipatu adiuuant ingens turba, Furiæ, Pæne, Tertores,
ac Mercurius, quanquam is ſane non adeſt perpetuo.
Prefecti autem et ſatrapæ et iudices ſedent duo, Mi-
nos et Rhadamanthus, uterq[ue] Cretensis, uterq[ue] Iouis
filius. Atq[ue] hi quidem bonos ac iuſtos uiros, qui cū uir-
tute uitam peregiſſent, ubi iam multi collecti fuerint,
uelut in coloniam quandam emittunt in campum Ely-
ſium, uitam optimā inibi uicturos. Quod ſi malos ali
quos ceperint, hos Furijſ traditos, in impiorū locuſe
cūciunt, pro ratione malefactorum puniendos. Q[uo]d
quidem

quidem in loco, quid tandem mali non patiuntur? torri, exusti, à vulturibus arrosi, rota circunacti, saxa sursum uolentes. Nam Tantalus ipse ad paludem stat in periculum adductus, ne siti moriatur infelix. Rursum alij mediocris uitæ, sunt autem hi complures, uagati in prato sine corporibus iam umbræ facti, et ad tactū eeu fumis cuanescentes, Aluntur autem uidelicet nostris libationibus inferijsq; que sepulcbris inferuntur. Adeo ut si cui nullus sit in terra reliquis amicus aut cognatus, hic mortuus, jejunus ac famelicus inter illos ueretur. Hæc usq; adeo ualide uulgi animos peruerserunt, ut simulatq; familiaris quispiam mortuus fuerit, primum obolum illi in os imponant, traictionis mercedem, quam uectori daturus sit, nec illud prius expendunt, cuiusmodi nomisma legitimū sit: ambuletq; apud inferos, et apud illos ualeat, Atticus, an Macedonicus, an Aeginensis obolus. At ne id quidem cogitant, multo satius esse non posse nauium reddere. Sic enim fiet, ut non recipiente portitorc, postliminio redeant in uitam. Post hæc lotos eos, perinde quasi tartarea palus non satis sit idonea lauandis his, qui illic degūt, et unguentis optimis uncto corpore, iamq; uicta graueolentia, tum coronatos pulcherrimis floribus proponunt splendide uestitos: ne uidelicet algeant per viam, nē uidi confpiciantur à Cerbero. Accedunt ad hæc mulierum ciulatus, omnium certe lachrymæ, pectorū planitus, come dilaniatio, genarum cruentatio. Alijs au-

tem & uestis discerpitur, & puluis capiti inspergitur,
 adeo ut uiuentes miserabiliores sint mortuo. Nam illi
 humi uolutantur se penumcro, capita solo allidunt. Hic
 uero decorus ac formosus, ac diligētissime coronatus,
 sublimis propositus est, & excelsus, uelut ad pompam
 adornatus. Deinde mater, atq; adeo pater quoq; ex me
 dijs cognatis progressus, ac mortuo circumfusus (Nam
 finge iuuenem aliquem, ac formosum propositum esse,
 quo magis in hunc competit actio fabulae) absurdas ac
 stultas uoces emittit. Ad quas mortuus ipse responsu-
 rus sit, si contingat uocem recipere. Ait enim pater,
 flebili quadam uoce uerbū unumquodq; producens in
 longum: Fili iucūdissime, peristi mibi, mortuus es, ante
 diem praeceptus es, me super hæc misero solo relitto.
 Non duxisti uxorem, non parasti liberos, nō militasti,
 non coluisti agros, non ad senectam peruenisti, non co-
 messaberis posthac, non amabis fili, neq; cum æquali-
 bus in compotatione incibriaberis. Porro hæc atque id
 genus alia dicet, quasi putet filium adbuc rebus his
 egere post obitum, ac desiderare quidem, uerum poti-
 ri non posse. Sed quid hæc loquor? Quot enim sunt qui
 equos ac concubinas, rursum alij, qui pincernas etiam
 in funere mactarunt, qui uestem, reliquumq; mundum
 pariter in rogum incitum exafferunt, aut una cum
 cadavere sepelierunt, perinde quasi illic sit usurus,
 & apud inferos fruiturus? At senex iste luctum agens,
 hoc omnia atque his etiam plura, que dicit, neque filij
 causa

causa iactare uidetur, ut quem sciat non auditurum,
 etiam si Stentorem clamore vincat, neque rursum sua
 ipsius gratia. Satis enim erat illi, cogitare & cognos-
 cere, uel sine uoce. Nihil enim opus est, ut quis apud
 se se clamet. Superest igitur, ut ad hunc modum deli-
 ret ob eos qui adsunt, cum ne sciat neq; quid acciderit
 ipsi filio, neq; quo concesserit: imò cum ne suam quis-
 dem ipsius uitā, cuiusmodi sit perpendere. Neq; enim
 alioqui ceu rem acerbam grauerter ferret, illum ex hac
 demigrasse. Filius igitur huic ita responderit, exorau-
 to Aeaco atq; Orco, quo licet tantisper ē specu pro-
 ferre caput, dum patrem infantem compescat. Hor-
 mo infelix quid clamas? Quid mibi molestus es? Defi-
 ne uellucare comam, ac uultus etiam cutem lacerare.
 Cur mibi conuitum facis, ac miserum appellas, & im-
 fortunatum, qui iam sim te multo tam melior, tam fa-
 dicior? Aut quid acerbi mibi putas accidisset? An quia
 non sim factus senex talis, qualis es tu, capite calvo, fa-
 cie rugosa, incuruus genibus, segnis, in summa, totus
 etate putris, multis expletis Triacadibus & Olym-
 piadibus, denique ad istum modum delirans apud ter-
 restem multos? O demens, quid tibi uidetur in uita
 boni, quo post hac non simus potituri? Nimirum com-
 potationes dicis, ac coēdas, uestemq; & concubitus,
 eoq; metuis, ne rerū harum inopia peream. Non cogi-
 tas autem, longe bellius esse, non sitire, quam bibere,
 nō csurire, q̄ cdere, nō algere, quam uestibus abūdere.

Age igitur, quandoquidem ignarus uideris, docebo te
lūgere uerius. Iamq; denuo incepto luctu, clama. Fili
miser, non amplius furies, non amplius efuries, non am-
plius algibes. Peristi mibi infelix, quod morbos effus-
geris, qui febrem iam non timeas, non hostem, non ty-
rannum: non amor discriuabit te, nō auocabit coitus;
neq; huius rei causa bis aut ter quotidie perdes imper-
fam. Heu calamitatem. Neq; cōtemneris factus senex,
neq; molestus eris iuuenibus, si quando conficiaris.
Hec si dixeris pater, an non putas te multo ueriora;
magisq; ridicula dicturum, quam ista que modo? At
uide ne illud te male habeat, dum nocte, que apud nos
est, magnamq; cogitas caliginem: proinde metuis, ne
tibi prefocer, conclusus in monumento. Verū in bis il-
lud oportebat perpēdere, oculis putrefactis, atq; adeo
exustis (si quidem paulopost exurere me decreuistis)
nihil opus erit, nec ad tenebras, nec ad lumen inspicien-
dum. Atq; ista fortassis utcunq; ferenda. Verum ciuita-
tus iste uester quid mibi consert? aut quid ista pectoi-
rum ad tibi e modos percussio? aut quid mulierum im-
modica lamentatio? Quid autem saxum, quod sepul-
chro imponitur, coronis ornatū? Aut quid ualeat, quod
merum infunditis? Num putatis illud ad nos destillatu-
rum, & ad Orcum usq; permeaturum? Nam de paren-
talibus ipsi quoq; ni fallor, uidetis, quod ex apparatu
potissimum ad nos redire debuerat, id fumo corruptū,
sursum in cœlum abire, neq; quicquam iuuare nos, qui
inferne

inferne agimus. Porro quod super est, puluis est inutis
lis, nisi creditis nos cinere uesci. Non est usq; adeo ster-
ile, neq; in frugiferum Plutonis regnum, neq; nos desti-
xerit Asphodelus, ut à uobis cibos huc deportemus. Ita
que iuro per Tisiphonem, iam pridem mihi libebat ue-
bementer exclamare super his, que eū faciebatis, eū
dicebatis, sed uetabat luctum ac lance, quibus mihi fau-
ces obligasti.

Atq; ita profato, mors ultima lumina clausit.
Sed dico per Iouem, si conuersus ad eos mortuus ille
loquatur haec, cubito innitens, an non uidebitur rectis,
sime dicturus? Attamen uerba isti uociferantur, eū
accersito quo piam lamentorū artifice, qui multas an-
tiquas calamitates in unum congerat, certaminis ad/
iutore, eū amentiae chorago abutuntur, ubi cunq; co/
perit ille, ipsi ad melos ciulatu respondentes. Verum
quantum ad lamentationes attinet, omnibus eadem est
inceptiendi consuetudo. At deinceps sepulturæ ratio/
nem in uarios diuidunt modos. Nam Græcus exurit,
Persa defodit, Indus adipe suillo oblinit, Scytha decuo/
rat, muria condit Aegyptius. Atq; hic quidem (rem à
me uisam narro) desiccatum cadauer, coniuā eū com/
potorem adhibet: fit autem frequenter, ut Aegyptium
aliquem indigentem pecuniaē, leuēt egestate pignus
frater aut pater in tempore factus. Nam libationes, py/
ramides, columnæ, tituli, ad breue tempus duratura,
an non superuacanca, eū iudicris simillima? Sunt uero

qui ludos quoq; constituant ad sepulchrum, ac funeris
ores orationes habeant, perinde quasi patrocinentur,
ac testimonium perhibeant defuncto apud inferos iuri-
dices. Post hæc omnia, superest exequialis ecclæsa. Iamq;
ad sunt necessarij, ut defuncti parentes consolentur, sua-
dentesq; uti cibum capiant, quanquam illi per louem
non illibentes ad id compelluntur, quippe perpetuum
iam triduum encæti fame. Et quo usq; quo se flebitus.
Sine quiescant Plutonis manes. Quod si tibi delibera-
tum est omnino flere, uel ob hoc ipsum cibus est capi-
endus, quo tāto luctui par esse possit. Tum deniq; tum
ex omnibus contexuntur duo uersus Homerici.

Nam caput meminisse cibi Niobe auricapilla.

Tum illud.

Vita defunctos flere baud sinit alius Achiuos.
At capiunt quidem illi, sed initio pudibundi, ueren-
tesq; ne post cbarissimorum obitum uideantur adhuc
affectionis humanis commouiri. Hec atq; his longe ma-
gis ridicula reperiatur, quisquis obseruarit ea, qua fiunt
in luctu, propterea quod uulgo existiment mortem
summum esse malum.

Abdicatus.

ABDICATVS LVCI

ANI, D E S . ERASMO ROTERO /
DAMO INTERPRETE.

*Quidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem insania
laborantem, reliquis medicis desperantibus, dato pharmaco
cum sanasset, denuo receptus est in familiam. Post bœc nouer-
eas insanias correptam sanare nesus, abdicatur.*

A V D quaquam nouas sunt hec iudic-
ces, neq; miranda, que in presentia fa-
cit pater, neq; nunc primum ad hunc
irascitur modum, uerum hec lex illi
facilis est, & assuetus ad hanc causam
accedit. Verū illud mihi novo calamitatis genere ac-
cidit, quod cum nullum proprium sit crimen, quod mis-
hi possit imponi, tamen in periculum uacor, ne poenas
dem artis nomine, nisi huic iubenti per omnia parere
possit. Qua quidem re quid fieri possit absurdius? uti
curem ex prescripto, nō iam quatenus ars ualeat, sed
patris arbitratu. Quare optarim equidem ut medico-
rum ars, eiusmodi quoq; remedium aliquod haberet,
quod non modo laborantes insanias uerum etiam præ-
ter equum irascentes liberare possit, nimirum quo lis-
ceat & patris iracundiae mederi. Nunc autē ipsa quis-
dem insania leuatus est, ceterum iracundia magis eti-
am exasperatur. Quodq; est omnium grauiſſimū, erga
ceteros omnes sanus est, in me unū insanit, à quo mor-

bo fuit liberatus. Videtis igitur cuiusmodi mercedem
curationis feram, cum rursum ab illo abdicor, iterum
alienor à familia, cœu ob id ipsum ad breue tempus re-
ceptus, ut maiore infamia sèpius ejaceret domo. At
ego quidē in his que præstare queam, ne expecto qui-
dem patris iussum, ut qui pridem nō accersitus ad opus
tulandum accesserim. Verum ubi res est eiusmodi, ut
nulla omnino spes sit, tum nec aggredi uelim. Porro im-
bac muliere multo etiam minus ausim, neq; id temere.
Siquidē reputo que in me facturus sit pater, si res non
successerit, cum iam abdicet nondum aggressum cura-
tionem. Quare dolco iudices, nouercae uicem, graui-
ter laborantis. Erat enim proba. Deinde patris nomi-
ne, quem buius morbus excruciat. Maxim tamē mea
ipsius causa, qui uidear immorigerus patri, cum non
possim que iubeor præstare, partim ob morbi magni-
tudinem, partim ob artis imbecillitatem. At sanè non
arbitror equum esse ut abdicer, si quod efficere non
queam, id ne recipiam quidem. Itaq; quibus de causis
prius abdicarit me, facile fuerit ex hoc negocio coni-
cere. Quanq; ad illas, opinor, satis respondi, ipsa post
acta uita. Ad hæc autē que nunc obijcit, pro uirili sum
responsurus, si prius de statu meo pauca uobis expo-
suero. Ego intractabilis ille, & immorigerus, patrem
dedecorans, & indigna genere meo patrans, id quidē
temporis multa id genus uociferanti, ac sine fine occla-
manti, paucis contradicendū esse duxi. Verum domo
cedens

cedens, existimauit mihi grauiissimi iudicij instar fore,
uerumq; calculū ita actam deinde uitam, ut appareret
me à paternis illis criminibus quam longissime abesse,
sed potius honestissimis studijs dedisse operam, cumq;
optimis viris habuisse consuetudinē. Iam vero & cius-
modi quiddam proficiebam, ac sufficabar fore, ut alii
quando pater, qui non admodum animo constaret, mis-
bi sine causa succensret, falsaq; in filium criminis truc-
ret. Neque decrant qui ista morbi initium interpretar-
entur, minoq; ac tela paulo post irruituri mali. Nem-
pe odium absq; causa, mores asperos, conuitia parata,
censuram scueram, clamorem, iracundiam, in summa,
omnia plena bilis, unde usi uenturum credebam, ut mi-
bi aliquando arte medicinae foret opus. Proinde foras
profectus, ac probatissimorum, quos in peregrinis re-
gionibus nancisci potui, medicorum usus doctrina, plus
rimo labore, uebementiāq; animi studio artem perdidis-
ci. Porro domum reuersus, offendō patrem manifeste-
ram insania laborantem, & ab huius loci medicis despe-
xantibus destitutum, qui non altius introspiciunt, nec
admodum exacte morbos dijudicant. At ego sane sicut
par erat facere frugi filium, neq; superioris abdica-
tionis iniuriam recordabar, neq; ut accerferer operie-
bar. Neq; enim erat quicquam, quod illi proprio impu-
tare possem. Verū peccata illa omnia fuerant aliena.
Nempe quemadmodum modo dicebam, ipsius morbi.
Ergo cum inuocatus accessisset, nō sum equidem pro-

tinus medicatus, neque enim hic nobis mos est, neque id
 precipit ars, uerum illud omnium primū iubemur ab/
 feruare, sanabilis ne sit morbus, an insanabilis, atq; ar/
 tis terminos prætergressus. Actum si eiusmodi fuerit
 malum, ut commode possumus aggredi, aggredimur, to/
 toq; admitemur studio, ut egrotum seruemus. Quod si
 uiderimus iam inualuisse, superasseq; nec manum ad/
 molimur omnino, idq; uetus tam quandam legem corū,
 qui primi medicinæ prodiderunt artem, secuti: qui ne/
 gent tentandos esse morbos, qui iam inualuerunt. Itaq;
 cum patrem adhuc intra spem esse perspicerem, neque
 malum supra artis uires esse, diu obseruatis ac pensitas
 eis singulis, ita demum aggrediebar, ac pharmacum fi/
 denti animo porrexi. Multi sanè corum qui tum adcer/
 rant, suspectam habebant administrationem pharma/
 ci, calumniantes curationem meam: iamq; parabant in/
 ius uocare me. Aderat autem & nouerca pauida atq;
 diffidens, non id quidem odio mei, sed quod metueret,
 utpote probe sciens illum grauiter laborare. Nam sola
 nouerat omnia, quippe familiaris & assidue conuiuens
 egrotanti. Attamen ego nihil his rebus deterritus, scie/
 bam enim futurū ut mihi signa nō mentirentur, neq; fal/
 leret ars, adhibui curam, obseruato tempore idoneo.
 Quanquam erant amici nonnulli, qui mihi consilium
 darent, ne fiderem, ne forte si res male successisset, ma/
 torem aliquam calumniam mihi accuserem, quasi pa/
 trem ueneno ultus essem, memor iniuriarū, quibus me
 afficerat

efficerat. In summa, ille protinus connaluit, pristine
 redditus sanitati, cognouitq; omnia. Familiares admir-
 abantur: deniq; laudabat & nouerca, ac palam omni-
 bus utriusq; nomine gaudebat, tum mibi laudem affec-
 to, tum illi ad sanam mentem reuerso. Atque hic qui-
 dem, nam illud de eo testari possum, neq; cōstat, neq;
 quopiam his de rebus in consilium adhibito, simulat-
 que rem omnem ē familiaribus cognouit, irritam fecit.
 abdicationem, ac denuo me filium fecit, scrutatorem ac
 beneficium appellans, confitens sese certum experimen-
 tum mei cepisse, deq; illis ante factis semet excusans. Id
 factum compluribus attulit uoluptatem, nimirum quot-
 quot aderant probi. Ceterum urebat eos, quibus abdi-
 catio filij iucundior fuerat revocatione. Proinde nider-
 bam tum non eodem modo care gaudentes omnes,
 sed erat cuius & colorem illico uerti sensi, & oculos
 turbari, & uultum iracundum, quemadmodum ex in-
 uidia, odioq; solet accidere. Nos igitur ut est consentas-
 neum, in complexibus & animi gaudijs uersabamur,
 ut pote utroq; alteri reddito. Ceterum nouerca paulo
 post agrotare protinus caput, morbo, judices, graui, et
 impotenti. Nam statim obseruabam, ut nascebatur mar-
 tum. Neq; enim simplex erat, aut leuis insaniae species,
 quin potius uetus quidam morbus, qui iam pridem deli-
 cuerat in animi domicilio, erupit, uictorq; in apertum
 prodijt. Sunt autē nobis cum alia multa signa, insanabi-
 li laborantis insanias, tū illud cōmune in hac obseruau-
 muliere

muliere. In ceteros placatior est, ac mitis, atq; illis pre-
sentibus conquiescit morbus. Quod si quem conspexer-
xit medicum, imò si uel audierit tantum de medico, in
hunc supra modum incenditur. Quod & ipsum argu-
mento est, illam gravi ex insanabili teneri malo. Hec
cum perspicere, equidem acerbe ferebam, miserebar
que mulieris, ut debui, præter meritum tanto laborans
tis infortunio. Pater uero ob imperitiam, neq; enim no-
uit, uel originem mali, quo tenetur, uel causam, uel mor-
bi magnitudinem, iusfit uti medicarer, ac simile phar-
macum exhiberem: arbitratus idem esse insanæ ges-
tus, eundem morbum, eandem agnationem, que simi-
lem curandi rationem admitteret. Verum ubi id quod
erat ucriſſimum dico, fieri nullo pacto posse, ut mulier
scructur, fateorq; me morbo imparem esse, indignatur,
ac succenset, aitq; me studio detrectare, ac mulierem de-
stituere, mihi criminis uertens artis imbecillitatem. At
que huic quidem accedit, quod solet ijs qui dolent. Suc-
censent enim omnes ijs, qui libere uerum loquuntur.
Tamen ego sane pro uiribus illi respondebo, tum meo
ipſius nomine, tum artis. Ac primum quidem à lege su-
mam initium, per quam hic me parat abdicare, ut intel-
ligat sibi non esse postbac eandem abdicandi facultas
tem, que prius fuit. Neq; enim legislator omnibus, p̄ pa-
ter, istam potestatem permittit, neq; uti quoslibet fi-
lios, neq; quoties libuerit, abdicet, neq; quibuslibet de-
causis: Verum quemadmodum patribus concepit, cer-
tis de

tis de causis irasci, ita prospexit & liberis, ne id imme
 rentibus accidat. Eaq; gratia iussit, ne libera esset, ac ei
 tra iudicium vindicta: sed ad iudices uocat, estimato
 res constituit, qui neq; per iracundiam, neq; per calun
 niā, quod iustum sit iudicent. Non erat enim frequen
 ter accidere multis, ut ob causas iniquas ad iram com
 mouerentur: hic quidem alicui false calumniæ credens:
 ille famulo fidem habens, aut uxori cui piam inimicæ.
Quare noluit rem iniudicatam agi, neq; indefensa calo
sa liberos statim capi, uinciq; uerum & aquam infun
dit, & ratio redditur, & nihil inexcussum relinquitur.
Quandoquidem solum hoc autoritatis datur patri, ut
ad iudices uocet: uerum iudicandi autoritas, an merito
accusat, id penes uos, qui iudicio præsidetis. ac nondum
spectate crimen, quod mihi imponit, cuiusq; gratia nūc
indignatur: uerum illud prius expendite, num post hac
illi ius sit abdicādi, qui semel abdicauerit, iamq; sit usus
facultate, quam lex concedit, atq; banc paternam potè
statem expluerit, deinde rursum in familiam receper
rit, ac superiorem abdicationem irritam fecerit. Nam
ego certe iniustissimum istud esse dico, ut liberoru quod
que sint infinitæ poenæ, ut multæ condemnationes, ac
metus perpetuus: utq; lex nunc irato inserviat max de
inde faciat irritum, quod dictum est: rursum ut eodem
modo uileat: in summa, ut ius sursum ac deorsum tor
 queatur, utcunq; patribus pro tempore uisum facit.
Verum initio quidem æquū erat uti concederet, cumq;
indis

indignante pariter indignarctur, ac puniendi ius faceret ei, qui genuisset. Porro ubi semel potestatem absun-
perit, ac lege sit abusus, iracundiam expluerit, post
hac rursum in familiam receperit, & in banc opinio-
nem discesserit, ut frugi putet, in his perseveret necessa-
ritas, neq; postea resiliendum, aut retractanda sententia,
neq; rescindendum iudicium. Neq; enim scire poterat,
opinor, is qui natus fuerat frugi nc, an contra esset eua-
surus. Atq; banc ob causam permisum est, ut genere in-
dignos abdicent, quos cum educabant, cuiusmodi essent
futuri nesciebant. Ceterum ubi non coactus, sed suapte-
sponte atq; autoritate ex se comprobatus recipit, qua
deinde ratione posse mutare factū aut quis legis usus
superest? Etenim ipse legislator hunc ad modū tecum
egerit. Hic si improbus erat, dignusq; quem abdicares,
quid accidit uti reuocares? Cur denuo in familiam re-
duxisti? Cur legē irritam fecisti? Nam liber eras, tibi q;
in manu erat ista non facere. Neq; enim tibi concedens
dum est, ut legibus tuo arbitratu abutaris, utq; iudicia
utq; mutatus sit animus tuus, eō trahantur. Neq; uti
nunc irritentur leges, nunc rursum valeant, judices in-
terim testes sedciant, uel ut rectius dicam, ministri tue
uoluntatis, modo punientes, modo absoluentes, quando-
sung; tibi uisum fuerit. Semel genuisti, semel educasti,
pro his semel itē abdicare potes, atq; ita potes, si istud
merito facere uidearis: uerū ut hoc fiat sine fine, ut per
petuo, ut frequenter, ut facile, id uero supra patris ius
est

est. Quare per Iouem iudices, ne permittatis huic, ut
qui sua sponte reperit, superioris iudicij sententiam
irritarit, iram damnarit, rursum ad eandem prouocet
paenam, & ad patriam recurrat potestatem, cuius tem-
pus iam excessit, cuanuitq; priuilegium, nec huic unius
quicquam ualens, quippe antehac consumpta. Etenim
illud considerate, quemadmodum in reliquis iudicijs, ubi
iudices fortibus ferunt sententiam, si quis perperans
pronunciatiū existimat, permittitur alios adire iudices.
Porro si qui ipsi suapte sponte iudices constituerint, de
lectisq; arbitris causam commiserint, posthac nō idem
licet. Etenim si quis, quorum sententijs initio stare non
cogebatur, boso sponte delegerit, iam equum est bonē
consulere quae statuerint. Itidem sanè tu quoque, quens
antea liberum erat non recipere, nisi dignus maioribus
uideretur, hunc si probum arbitratus esse, denuo rece-
pisti, jam deinde non erit abdicandi ius. Si quidem indis-
ignum esse in quem ista denuo fiant, ipse testatus es, iam
de integro frugi filiū esse confessus. Itaq; non conuenit
paenitcre receptionis, sed firma reconciliatio sit opore
tet, nimirū post toties pronunciata sententiam, ac rem
bis iudicatam, primū cum abdicares, iterum, cum ipse
mutasti consiliū, meq; in familiā reuocasti, resciſſis des-
eretis superioribus, cōfirmans illa quae postea sunt plau-
cita. Proinde persevera in his quae proxime statuisti,
tuumq; ipsius iudiciū serua. Pater sis oportet, quando
quidem id abs te decretum, id probasti, id ratum fecisti.

Ego

Ego quidem si natura non essem filius, sed adoptatum abdicare uelles, ne tum quidem existimari tibi licet. Quod enim initio liberum erat non facere, id semel factum, iniquum est rescindere. Porro cum qui primus natura sit filius, postea iudicio, sententiaq; accersitus, queso num par est rursum expellere, et eadem familiariitate priuare sepius? Age quid si forte seruus essem, ac tu quidem primum improbum esse ratus, in uincula conieciisses, deinde ubi cognitum est me nihil peccasse, manumisisses, num tibi liceret, ut cunq; contigerit trasci, rursus in eandem reuocare seruitutem? Minime liceret. Istiusmodi igitur acta, leges firma uolunt esse, ac perpetuo ualere. Ego cū pluribus etiam argumētis docere possum, non esse ius huic abdicare denuo, quē semel abdicatum, sponte sua receperit, tamen finem fieriā. Nunc spectate cuiusmodi filium parat abdicare. Atq; illud nondum dicam, me tum imperitum abdicatum fuisse, nūc abdicari medicū nihil enim mihi in hac causa suffragetur ars) tum iuuenem, nunc etate prouestum, ut etas etiam ipsa fidem faciat, me nihil peccasse. Nam leue fortassis hoc quoque: uerum tum quidem, etiam si nullo commisso peccato, ut ego quidem dixerim, sed nec benemeritus, alienabar à familia. Nūc porro cum nuper salutē dederim, ac beneficus extiterim, exigor. Quare quid fieri potest ingratius? ut me a servatus opera, tantoq; elapsus à discrimine, protinus separationem illam huīusmodi factis penset, nulla meritorū habita

habita ratione, sed usque adeo facile mandarit obliuio-
 ni, atq; in solitudinem abigat eum, qui iure sit obsecu-
 tur, cum præter ius ejaceretur, neq; solum non meminer-
 rit iniuriae, uerum etiam et salutem attulerit, et sane-
 menti restituerit? Neq; enim exiguo iudices, neq; uulgari
 in hunc collato beneficio, tamen huiusmodi malis
 nunc uideor dignus. Porro quanquam hic ignorat, quo
 in statu tunc fuerit, nos tamen omnes nostis, quid faci-
 entem hunc, simul et patientem, et quibus affectu mor-
 dis, ego curandū suscepimus, ac medicis reliquis despe-
 rantibus, fugientibus familiaribus, nec propius accede-
 re audentibus, talem reddidi, ut etiam accusare posset,
 ut de legibus differere. Quin magis si exemplum quer-
 ris pater, cum propemodum talis esses, qualis nunc est
 uxor, ad pristinam sanitatem renocavi. Quare non est
 equum, ut pro his officijs, huiusmodi mihi gratia repos-
 natur, utq; in me unum tantummodo sanus sis. Etenim
 te non mediocribus à me beneficijs effectum esse, uel ex
 his ipsis liquet, quibus me criminaris. Nam quē ob hoc
 odio persequeris, quod uxorem extremo laborantem
 periculo, grauiſſimeq; affectam nō sanē, qui fit, ut eum
 dem non multo potius charißimum habeas, quum simi-
 li morbo liberarim? non gratias agas, tam acerbis etre-
 ptus malis? At tu, quod quidem est ingratiſſimū, simul
 atq; ad te redisti, protinus in ius trahis: salute donatus,
 punis, et ad uetus recurris odium, eandem recitas le-
 gem. Egregiam igitur mercedē persoluis arti, dignām

que pro remedij*s* refers gratiam, qui quidem aduersus medicum tantum sanus es. Vos autem iudices, huic concedetis, ut de benemerito pœnas sumat, ut salutis autorum expellat, ut cum qui sanitati restituerit, oderit, ut per quem renixit, ulciscatur. Haud profecto concedetis, si quidem quod æquum est, facietis. Etenim si maximum aliquod flagitium in præsentia cōmissem, tamen superioris beneficij nomine non mediocriter mihi debebat: cuius respectu, memoriaq; conueniebat hunc præsentem iniuriam negligere, & ob illa priora facile igit noscere: maxime si tam ingens sit beneficium, ut omnia supereret, quæ postea possint accidere. Quid cōquidem mihi in hunc competere puto, quæ seruauit, qui mibi totius uitæ debitor est: cui præstigi ut sit, ut sapiat, ut intelligat: præfertim cū ceteri omnes iam desperarent, seq; morbo impares esse faterentur. Nam & illud, opis nor. ad meriti mei cumulum accedit, quod cum id temporis filius nō esset, cū nibil esset cause, quæ me cogeret curationem suscipere, uerum cum liber esset, atq; alienus, à naturali causa solutus, tamen haud dissimulauit, sed ultroneus, inuocatus, iniussus adij, succurri, admisus sum, sanaui, restitui, mecum ipsius patrem seruauit, de abdicatione me purgauit, iram benevolentia sedauit, legem pietate sustuli, magnoq; beneficio redditum in familiam emi, atq; in tempore adeo periculoſo fidē erga patrem demonstrauit, meq; ipsum artis auxilio insinuauit, ac tristibus in rebus legitimus filius apparui. Quām multa

multa enim me fuisse passum arbitramini, quantum ex
exhausisse laborū: dum adsidco, dum obseruo, dum op
portunitates capto, nūc cedens patris uchementie, nūc
artem admouens ad breue tempus concedente morbo.
Est autem hoc omnium quæ sunt in arte medicorū per
riculosi, simum, buiusmodi medicari, ac propius accede
re ad hos, qui ad eum sunt affecti modum. Fīt enim non
raro, ut exæstuante malo, rabiem in proximos exercer
ant. Me tamen nihil horum piguit, neq; grauatus sum,
acrum aderam, modis omnibus cum morbo luctans, por
stremo superauī pharmando. Ne uero quisquām hoc au
dito, protinus apud se cogitet. Quis aut quantus labor
miscere pharmacū. Etenim multa prius sunt facienda,
præstruenda uia dando pharmando, præparandū cor
pus, quo fācilius recipiat medicationē, deq; omni corpo
ris habitu sollicitus sit medicus oportet, manens, exten
tuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod cōdu
xit, Somnos accersendi rationes excogitās, solitudines
arte reperies. Quibus in rebus ægroti ceteri facile pa
reant. At qui laborat insania, ob animi libertatē intra
stabiles sunt, ac gubernatu difficiles, ipsiq; medico peri
culosi, neq; qui facile cura expugnentur. Proinde sēpe
numero cū effecerimus, ut iam speremus proxime ad
esse mārbi finem, leue aliquod erratū incident, renoun
to malo, cūcta illa superiora facile subuertit, curationē
impedit, artē fallit. Eū igitur q; hæc omnia sustinuerit,
q; cū morbo tā graui sit luctatus, q; malū malorū omnīū

d 2 expugnatū

expugnatū difficillimum uiccrīt, huic ut iterū abdicet
permittetis, utq; leges in benemeritum interpretetur
suo arbitratu concedetis, atq; cum cum ipsa natura bel
lum gerere finetis? Ego naturae parēs iudices, patrem
mibi ipsi seruo, custodioq;, etiam si hic quidem iniuria
me afficiat. Quod si filiū benemeritum, leges, ut ait, se-
cutus, perdit, & à familia alienat: hic nimirū liberorū
os for erit: ego pius in patrē. Ego naturam amplector.
Iste, naturam contemnit, fasq; & ius violat. O patrem
iniuste prosequentem odio. O filiū iniustius amantem.
Nam mihi ipsi uitio uerto, patre cōpellente, quod odio
habitus, cum prēter causam amo, & magis amo quam
oporteat. At qui natura comparatū est, ut patres libe-
ros ament magis, quam liberi parentes. Verū hic stu-
dio tum leges contemnit, quæ filios nibil cōmeritos fa-
miliae scruant, tum naturam, quæ parentes ad uebecmēs
natorū desiderium incitat. Non solū enim cum plurcs
habedat in me benevolentie causas, maiorē, uti debebat,
benevolentiam nō adiungit atq; addit, aut quod est mi-
nus, me saltē imitatur, meumq; emulatur amorē: sed
ō calamitatē, quin insuper odit amantē, charitate pros-
sequentem expellit, benemerentem lēdit, complectens
tem abdicat, legesq; liberis fauentes, cū liberis infens
sūt, in me torquere conatur. O bellum, quod contra nos
curam legibus moues pater. Non sunt ista, non sunt in-
quam, quemadmodum tu uis: leges bene conditas, male
interpretaris pater. Non pugnat natura cū lege, in bīc
que

que ad bencuolentiam pertinent. Hic inter se se consen-
tiunt, & altera utriq; auxilio est ad delendas iniurias.
Cōtumelia afficis benemeritū. Offendis naturam. Cur
legibus quoq; simul cum natura facis iniuriam? Que
cum honestæ, justæ, liberorū amantes esse cupiant, non
pateris esse: quippe quas aduersus unum filiū, tanq; ad
uersus multos səpius tētes. Nec sīnis in supplicijs quies-
cēm inuenire, que uelint in bencuolētia liberorū erga
parentes conquiescere: quanq; alioqui ne positas qui-
dem aduersus eos, qui nihil peccarint. At sanè leges in
gratitudinis actionem cōcedunt in eos, qui benemeris-
tis nō retulerint gratiam. At qui nō solū nō refert gra-
tiam, uerum etiam punire conatur ob ea ipsa, quibus ad
iutus est beneficio, considerate num quicq; facere possit
iniquius? Itaq; nō posse hunc iam abdicare denuo, qui
paternam potestatē semel expleuerit, ac lege sit usus:
præterea nō esse æquū, eum qui tanta præstiterit bene-
ficia, expellere, familiaq; exigere, satis opinor demon-
stratum. Nunc aut ad ipsam abdicationis causam uenia-
mus, & crimen cuiusmodi sit expendamus. At rursum
ad mentē eius qui legem condidit, recurramus necesse
est. Etenim ut istud tibi donemus ad breue tempus, lice-
re quotiescūq; uelis abdicare, utq; præterea potestatē
istam tibi largiamur, etiam aduersus benemeritū, haud
tamē simpliciter, opinor, neq; quibuslibet de causis ab-
dicabis. Neq; hoc dicit legis conditor: Quicquid utcun-
que criminatus fuerit pater abdicato, ut satis sit tantū

uoluisse queri. Nam si id esset, quid opus erat iudicio? Verum uos istud expendere iubet iudices, num grauius ac iustis de causis irascatur pater, nec ne. Hoc igitur in presentia considerate. Exordiar autem ab ijs, que protinus buius insaniam sunt consecuta. Iam primum omnium quod fecit sanæ menti redditus, illud erat: Rescidiit abdicationem. Ego seruator, beneficu, breuiter omnia eram. In his nisi fallor, nihil adhuc esse poterat, quod cum crimine uideretur esse coniunctum. Deinde quid est omniū quod accusat? Quod obsequium, quam curam filio dignam pretermisi? Quando foris cubui? quas intempestivas potationes, quas concessiones obiiceris? Qui luxus? Quis leno pulsatus est? Quis accusaruit? Nemo profecto. At qui haec sunt, ob quæ precipue lex permittit abdicare. Cæterū cœpit ægrotare nouera. Quid istud mihi uertis criminis morbiq; poenā à me reposcis? Nō reposco, inquit. Sed quid? Quod eam curare iussus recusas, ob hoc dignus fueris qui abdicaris, quippe immorigeris patri. Ast ego quidem cuiusmodi sint ista quæ iubet, in quibus quia nō possum obsequiri, uideor immorigeris, paulisper differam. Sed illud prius in totū dico. Neque ego quidem in omnibus omnino parere. Quædā enim mandata sunt huiusmodi, ut si nō parueris, nō sis obnoxius poena. Quædam id genus, ut nisi ob temperaris, ira, supplicioq; sis dignus: ueluti si ægrotas ipse, et ego nō curem. Si quid rerū domesticarū curarū

dum

dom sit, et ego negligā. Si quid rem rusticam curandā mandes, atq; ego recusem. Hec omnia atq; id genus alia, probabiles adferūt causas paternae querelæ. Porro cetera nostri sunt arbitrij, nempe quæ ad artes, et artiam usum pertinent: Maxime si nulla in re fiat iniuria patri. Iam si cui pictori præcipiat pater. Hec pingere filii, illa nequaq;. Rursum musico, hanc pulsa harmoniā il lam ne pulsa: Tum fabro ærario: Ista cuide, illa ne cuide: num quisq; hunc patietur abdicare filium proptercaq; nō ex ipsis arbitrio arte exerceat? Nemo opinor. At qui medendi ars, quanto est honoratior, ut aq; cōducibilior, tanto cōuenit esse liberiores qui hac utuntur ac iustum est, ut ars aliquo gaudet priuilegio in exercens di facultate, ut neq; cogatur usq;, neq; ferat imperium, res sacra, deorū doctrina, uirorū eruditoru cura: neq; in seruitutem trahatur legis: neq; timori, paenisq; tri bunalium, neq; calculis, ae patris minis, et in docti hominis iræ sic obnoxia. Proinde si tibi palam ac simpliciter ad hunc modū respondissim: Nolo curare cum pos sim, sed artem foli mihi didici, ac patri, cæteris omnibus imperitus esse uolo: quis est tyrannus usque adeo ferox, ut cogat etiam nolentem uti arte? Siquidē istiusmodi officia blanditijs, precibusq; ni fallor, nō legibus, ira, iudicijs, conuenit elicere: persuadere medico oportet, non iubere, ut uelit, non ut metuat: neque ad sanandum adigendus est, sed ultiro ac lubens accedat oportet, immunis à cōpulsione patris. Immunis est ars ipsa,

d 4 quandoqui/

quandoquidē ciuitates quoq; publicitus bonores, prae
 minentias, immunitates, privilegia medicis tribuunt.
 Hęc igitur in genere poteram artis nomine respondere,
 etiam si tu me illam docuisses, si multū studij, multū
 pecuniarū insumpsiſſes, ut discerem, et unam hanc cura-
 rationē, etiam si ciuſmodi eſſet, ut pŕestare possem, re-
 cuſaſſem. Nunc illud cogita, quām rem modis omnibus
 ingratam et iniquam facias, qui nō ſinas me, à meipſo
 mibi partis libere uti. Hęc ego artem tum cū nō eſſem
 filius tuus, perdidici, neq; tuis ſubiectus legibus. Atque
 hanc tamē tibi didici. Huius fructū primus ſenſisti, cum
 nihil adiumenti cōtuleris ad eius cognitionem. Quem
 preceptorē mercede conduxisti? Quem pŕarmacor-
 rum apparatus comparasti? Nullū omnino. Verū in-
 ops, ac rerū necessariarū indigēs, à preceptorib. mihi
 misertis ſum edoctus. Nam ab te patre buiñſmodi mihi
 dabatur ad diſcendum uiaticū, moleſtia, ſolitudo, exge-
 ſta, familiarium odium, cognatorū auerſatio. Pro iſtis
 itaq; factis poſtulas uti arte mea, uisq; carū rerum eſſe
 dominus, quas mihi parauitum cum mihi nō eſſes domi-
 nus. Boni conſule, ſiquid antehac ultro, nullo prouoca-
 tus officio, bene de te ſum meritus, cum nullo nomine ul-
 lam ab te gratiam poſſem repoſcere. Ceterum nō con-
 uenit ſanē, ut meum beneficium mihi in reliquum tem-
 pus pariat neceſſitatem: ut quod uolens beneficio iuxi,
 uertatur in occaſionem, ut poſtea nolenti precipiat:
 iamq; in confuſitudinē trabatur, ut qui ſemel ſanauerit
 aliquem

aliquē, semper deinde curet omnes quoscunq; uoluerit
is, qui sanatus est. Etenim ad istū modū fieret, ut quos
curaremus, eos dominos nobis creauerimus, nōsque
metipso illis tradiderimus, mercedis loco seruitutem
accepturi, & ad omnia que iussent obtineremus.
Quare quid esse potest iniquius? Quoniam te graui-
ter adeo laborantē restituī, ob id existimas tibi ius esse
arte utendi mea? Atq; hæc quidem dicere poteram: si
mibi hic imperasset ea, que mē sint facultatis, atque
ego non omnino modis omnibus, uel in iustis obtin-
erem. At nunc tandem perpendite, cuiusmodi sint his
ius imperata. Quandoquidem, inquit, me laborantes
insania sanasti: infanit autem & uxor, eodemq; tene-
tur morbo (sic enim opinatur) & à ceteris medicis ad
eundem modū destituta est: tuq; potes omnia, id quod
re demonstrasti: sanato hanc quoq; , ac morbo leuato.
Id si quis simpliciter ad hunc audiat modum, uebemen-
ter aequum uideatur, præsertim illiterato, artisq; medi-
cinae imperito. Sin autem me auscultetis artis nomine
respondentem, intelligetis nimirum nec omnia esse nos-
træ facultatis, neq; consimiles morborum natura, nec
candem medendi rationem, nec eadem remedia in om-
nibus efficacia. Ac tum palam fiet, quantum interficit,
nolis quippiam, an non posis. Vos interim patienter
auscultate me, hisce de rebus philosophantem: existi-
mantes nec inclegantem fore, nec extra causam, nec
alienam à re, nec intempestivā de his disputationem.

d s iam

Iam primum naturae corporū, ac temperaturae, bant
quaquam cædem sunt: tametsi maxime in confesso est,
hisdem ex elementis constare. Verum alia de his, alia
de illis magis aut minus participat: idq; loquor abhuc
de corporibus uirorum, quæ neq; similia sunt omnibus,
neq; cadem temperatura, neq; cadem constitutione.
Vnde necessario consequitur, ut morbi quoq; tum mai-
gnitudine, tum specie differentes, his accident: utq; alia
sanatu sint facilita, atq; ad curationem sponte propens-
a: alia rursum prorsus desperata: ut que et facillime
corripiantur, et grauiſſime à morbis prehendantur.
Proinde si quis existimet, quālibet febrim, aut quam-
vis tabem, aut peripneumoniam, aut insaniam, quolibet
in corpore unam atq; eandem esse genere: is non uidea-
tur ponendus inter sobrios: neq; doctos: neq; inter eos,
qui in rebus huiusmodi exquirendis elaborarūt. Quin
idem malum in hoc corpore facile sanabitur, in hoc mi-
nime. Quemadmodum uidelicet triticum, si idem in di-
uersos ejicias agros: aliter pueniet in plano solo, pro-
fando, irriguo, aprico, uentis salubribus exposito, ex-
ulto, nimirū ubere, lato, copiosoq; fructu: Rursum ali-
ter in montuosa, petrificaq; terra, aliter in opaca, ali-
ter in subiecta montibus. In summa: pro cuiusq; loci di-
uersa natura, varie proueniet. Itidem et morbi, pro ra-
tione corporū, in quaē inciderint, aut maiorcs et ube-
riores, aut minores eueniunt. Verū his omisſis pater,
nec omnino discussa re, mult quāuis insaniam in quouis
corpore

corpoce confimilem esse, similemque desiderare curationem. Super haec tam multa, muliebria corpora plurimum differre à virorum corporibus, uel ad morbi corruptionem, uel ad sanandi spem, aut desperationē, facile fuerit cognoscere. Siquidem virorum corpora bene compacta sunt, neruosa: laboribus, agitationibus, uita sub die alta, exercitata. Cōtra fœminarū, flaccida, male compacta, in umbra alita: Candida ob sanguinis in opiam, calorisq; penuriam, & humoris superuacanci abundantiā. Quare facilius corripiuntur, quam viorum: utpote morbis exposita, nec ferentia curationem: præcipue uero ad insaniam procliviiora. Nam cum multum habeant iracundiae ac levitatis, facileque commoueantur: porro & corporis exiguae sint vires: facile in hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit, in utrisque tandem à medicis sanandi rationem requirere. Cuno intelligatis, haec ab illis longissimo distare interuersae iam ab ipso protinus ortu discreta: tum tota uitæ ratione, tum actionibus omnibus, tum studijs atque exercitijs uniuersis. Quare cum dicis, Insania laborat: addo. hoc quoque, laborat mulier. Neque confundas hic omnia sub unā & eandē insaniae referens appellationē. Verū discretis ijs, quemadmodū & natura discreuit, quid in quoque præstari possit considera. Nam nos, quemadmodū initio dixisse memini, illud in primis spectamus: & groti corporis naturā, ac temperaturā: & cuius qualitatis magis sit particeps, calidius an frigidius, uigens an atate deficiens

deficiens, magnū an pusillum, crassum an macilentum:
reliquāq; id genus omnia. Quæ si quis penitus exper-
derit: is demum erit idoneus cui fides habeatur, uel des-
peranti, uel recipienti. Quādoquidem & insanie in-
numerabilia sunt genera, & cause complures: nec uor-
cabula quidē eadem. Neq; enim idem, despere ac deli-
xare, rabire & insanire. Verum hæc omnia nomina si
gnificant magis aut minus obnoxium esse morbo. Por-
rò cause aliae sunt uiris, aliae foeminis. Rursum inter
ipfos uiros, aliae iuuenib; aliae senib;: puta iuuenib;
immodica ferme repletio: senib; autem importuna
calunnia, ira impotēs, que se per numero incidit aduer-
sus domesticos. Hæc initio perturbant animum: dcinde
paullatim uergit in insaniam. Porrò mulierum corpora
& multæ res infestant, & facile in morbum addu-
cunt: precipue uero si quem oderint vehementius, aut
si iniudeant inimico, secundis rerum successibus uten-
ti: aut si quid molestum sit: aut si cui succensant. Hæc
paullatim subgliscientia, multoq; alita tempore, tandem
in insaniam euadunt. Eiusmodi rerum aliquid uxori
quoq; usu uenit pater: & bauscio, an nuper aliquid
illi agritudinem aliquam attulerit. Nibil enim illa ode-
rat, quinquam morbo sanè tenetur, neq; his malis ul-
lius medici cura poterit eripi. Quod si quis aliis se fa-
cturū receperit, aut si quis eam liberarit: tum me odes-
tris licet, uelut iniuriam. Tametsi ne illud quidem acre
bor dicere pater: Etiam si non prorsus effet, ut est, des-
perans

ſperandum: ſed adhuc aliqua ſalutis ſpēs leuis oſtendes
retar, nec ſic quidem facile manum admouerem: neq;
ſtatiuſ auderem ministrare potionem: uidelicet ueritus
fortunam, ac multorum hominum obtrectationem. Vi
des, ut omnes arbitratur, priuignos iuuiſos eſſe noueri
cis omnibus, etiā ſi probae fuerint: caſq; hanc ceu com
munem quandam mulierum iuaniam iuaniare. Quare
facile ſuſpicatus fuſſet aliquis, ſi malum hoc fecus euc
niſſet, neq; profluſſent remedia, perfidam ac dolofam
fuſſe curationem. Atque uxorū quidem res pater ad
hunc ſeſe habent modū: idq; loquor, quod prōrū ex
ploratum habeo: nunquam melius eſt habitura, etiam
ſi milies biberit pharmacum: eoq; non opere preciuſ
conari, niſi me an hoc ſolum urges ut fruſtror: idq; uis
ut foedam mihi famam accersam. Patere, ut mibi ciuſ
dem artis professores inuidcant. Quod ſi me rursum
abdicaris, ego quidem etiam ſi ab omnibus deſerar, ta
men tibi nihil imprecabor graue. Sed quid ſi (quod
auertat deus) redcat morbus: (ſolent iſtiuſmodi fermē
mala irritata recurrere) quid erit mibi faciundū? Cu
rabo, ut noſti, tum quoq;: neq; unquam defuturus ſam
officio, quod liberis natura preſcripsit: neq; generis,
quoad in me fuerit, obliuiscar. Deinde ſi reſipueris,
num eredet debeo futurum, ut me denuo recipias, ille
ludi uide. Iam iſta quū facis, accersis morbu, peſtemq;
refricas: heri ac nudius tertius ē tantis elapsus malis,
contendis, uociferaris: quodq; grauiſſimum eſt, iraſcer
ris

62 LVC. ICAROMENIPPVS

ris: ad odium propensus es: leges reuocas. Hei mibi pa-
ter, istiusmodi fuerat superioris insanie tue proæmia.

LVCIANI ICARO-
MENIPPVS. SIVE HYPERNE-
PHELVS, DES. ERAS. RO-
TEROD. INTERPRETE.

B R mille igitur erant stadia à terra
usque ad lunam, ubi prima nobis fuit
mansio. Porro hinc sursum ad solem
parasange fermè quingēta. Rursum
ab hoc usq; ad ipsum deniq; cælū, ar-
cemq; Iouis in edito sitam, tantum ferè spacijs fucrit,
quantum aquila probe succincta, atq; expedita queat
uno die peragere. A M I C . Dic mibi per gratias Me-
nippe: quæ sunt ista quæ de astris loqueris, ac tacitus
tecum supputas? Etenim iamdudum te affectans, audio
soles et lunas: præterea autem et magnifica ista, ma-
siones ac parasangas, peregrina quedam commemo-
rantem. M E N I P . Ne mireris amice, si sublimia, aë-
reacq; tibi videor loqui, nam summam apud me reputo
super alte peregrinationis. A M I C . Nimirum Pœ-
nicum exēplo viam stellis notaras. M E N I P . Haud
quaquam per Iouem: quin magis ipsis in stellis sum pe-
regrinatus. A M I C . Papa, longū profecto somnium
mibi narras. Siquidem totas edormisti parasangas iug-
scens

sciens. M E N I P . Quid aīs? Somnū tibi referre vide.
 or q modo ab ipso loue ipse reuersus adsum? A M I C .
 Quid audio? Itāne Menippus nobis à loue delapsus
 adest è cælo? M E N I P . Ita sanc̄. Ego tibi ab ipso illo,
 summo loue hodie uenio, rebus interim dictu miris, et
 auditis, et cōspectis. Quod si non credis, cquidem hoc
 ipso nomine supra modum gaudeo, cum supra fidem
 esse video, meam felicitatem. A M I C . Et quo pacto
 diuine atque Olympie Menippe, mortalis cum sim, ac
 terrestris, quem non credere uiro, qui nubes supera-
 rit: quiq; ut Homericis dicam uerbis, iam sit cœlitum
 è numero unus? Verum illud mihi dicio, si molestum
 non est, quibus modis in altum subiectus es, aut unde,
 nactus scalas tanta magnitudine? Nam quantū ad faci-
 em ac formam attinet, non es admodū similis illi Phry-
 gio: ut coniectare possumus, te quoq; ab aquila raptum
 fuisse, quo pocillatoris alicubi munere fungereris.
 M E N I P . Non me clām est te iamdudum irridere.
 Neq; uero id omnino mirum, si narrationis nouitas tū-
 bi fabula uidetur adsimilis. Ceterum ad consensem
 nibil mihi erat opus, neq; scalis, neq; uti pueri illius in
 morem ab aquila raperer: propterea quod alē mibi
 essent proprie. A M I C . Iam uero istud quod narras,
 uel ipsum Dedali factum superat. Siquidē præter alia,
 nobis inscientibus, miluius quispiam aut graculus ex
 homine factus es. M E N I P . Recte amice: neque
 procul à scopo coniecessi. Etenim illud Dedali de aliis
 inuentis

inuentū ipse quoq; sum machinatus. A M I C . At in-
teriorū omnium audacissimc, non ueritus es, ne tu quoq;
alicubi in mare delapsus , Menippeū aliquod pelagus
tibi cognomine redderes : quemadmodū ille Icarium.
M E N I P . Nequaquam: Siquidē Icarus cum alas ha-
beret cera adglutinatas , eaq; quamprimum ad soleū
esset liquefacta, defluxis alis, non mirum si decidit . At
nobis citra ullam ceram erant penne. A M I C . Istud
qui fieri potuit? Iam enim haud scio quo pacto paulas-
sim me adducis , ut uera videantur quæ narras . M E /
N I P . Ad hunc fermè modum. Aquilam egregle mar-
gnam , tum autem eū uulturem ualidum arripui . His
cum alas unā cum ipsis brachijs præsecuissim . Quin
potius si uacat totius commenti rationem ordine tibi
percensebo. A M I C . Mibi quidē uel maxime uacat.
Adeo sublimis à sermone tuo pendeo: iamq; ad narrar-
tionis finem inbio. Ne uero me negligas, per louē amici-
cie præsidem, auribus in acre suspensum ob tuā nar-
rationem. M E N I P . Ausculta igitur. Neq; enim ciui-
le fuerit, si speciem amicum ore biante relictū : cumq;
quemadmodum tu aīs, ab auribus suspensum. Ego igi-
tur cum expendens ea quæ sunt in uita mortaliū, pro-
tinus omnes res humanas repperissem ridiculas, humili-
les, instabiles: nempe opes, imperia, magistratus: con-
ceptis his, atq; horū studio, adiectoq; animo ad ea, quæ
uere sunt bona : conatus sum ab his tenebris emicare,
eū ad uniuersi naturā suspicere. Atq; hic mihi multam-
attulit

attulit hæficationem : primū hic ipse qui à sapientibus appellatur mundus. Neq; enim inuenire poteram, neq; quo pacto factus fuisset, neq; quo opifice: neq; quid es-
set illius uel initiū, uel finis . Deinde cum particulatim contemplarer, multo etiam magis ambigere sum coa-
etus. Quippe qui uiderem stellas temere per cœlū dis-
iectas. Tum solcm ipsum, quid tandem esset, scire gestie-
bam . Super omnia uero quæ Lunæ accidebant, mihi uidebantur absurdā ac planè mira: putabamq; causam
aliquam arcanam & inexplicabilem esse, cur illa sub-
inde speciem formamq; uariaret . Qui metu fulgur
emicans, tonitu crumpens, tum pluia, nix, grando ē
sublimi demissa: uidebantur hæc quoq; omnia cōiectu
difficilia: quæq; nullis notis deprehendi possent. Itaque
cum ad eum modum essem affectus: optimum factu ras-
tus sum, ut horum unum quodq; à philosophis istis per-
discerem . Siquidem existimabam illos ueritatem om-
nem docere posse. Quare cum ex illis præstantissimos
delegisset, quantum mihi coniectare licebat, ē uultus
austeritate, eq; coloris pallore, ac barbae profunditate:
Mirum enim ut mihi ex ipso protinus aspectu sublimis
loquos quosdam, & cœlestiū rerum peritos viros pre-
se ferabant: His ubi memet docendum tradidisset mas-
gna pœchnia: quam partim euostigio præsentem numer-
raui: partim tum me persoluturum sum pollicitus, ubi
ad philosophiæ summam peruentum esset: non graua-
bar crectus ad nugas doceri, & uniuersi dispositionē

discere. At illi tantum aberant, ut me pristina libera-
rent inscitia, ut in maiores etiam dubitationes conicce-
rint: principia nescio quæ, ac fines, tum insecabilia, ini-
ania, sylvas, ideas, atq; id genus alia, mihi quotidie of-
fundentes. Verum illud interim mihi uidebatur omni-
um esse grauissimum: quod cum nihil inter illos conue-
niret, uerum pugnantia, diuersaq; inter se omnia loque-
rentur: tamen postulabat, ut sibi fidem haberem, ac ad
suā quisq; rationē me conabatur adducere. A M I C .
Rem absurdam narras, si uiri cum essent sapientes, in-
terscē de rebus factiosē dissidebant: neq; de iisdem cas-
dem probabant. M E N I P . Atqui rideres Amice, si
audieris illorum arrogantiam, & in differendo predi-
giosam confidentiam. Qui quidem cum humi ingrede-
rentur, nibiloq; præstantiores essent nobis, qui super
terram ambulamus, ne cernentes quidē acutius quam
quiuis aliis astans, nonnulli cæcutientes etiam senio
atque inertia: tamen & cœli terminos perspicere se-
se profitebātur: solem quoq; ipsum dimetientes, & ea
quæ supra lunam sunt, aggredientes: Ac perinde quasi
ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarū, &
figurā explicabant. Ac se penumero cū sorte ne illud
quidem certo scirent, quot stadijs à Megara abessent
Athene: tamen spaciū, quod interest inter solem & lus-
nam, quot esset cubitorum, audebant pronunciare: tum
aeris altitudinē, maris profunditatē, terræ ambitū dis-
metientes. Ad hæc, circulos depingebant, ac triangus
lorum

lorum figuras super quadrāgulos inducētes, neq; non spheras quasdam picturatas, cōlum scilicet ipsum metentes. Iam uero illud an non insulsum, et insignis arrogantie? quod cū de rebus usq; adeo incertis loquuntur, nūbile tamen ita proponūt, quasi coniecturis ducantur: ueram supra modum contendunt: neq; ullum uincendi locum alijs relinquunt: tantum nō iureiurando cōfirmantes Solem massam esse cōdefactam, incoli Lunam, stellas aquā potare, idq; Sole ueluti situla quādam per funem demissa, uaporem cō mari attrahente, atq; illis omnibus ordine potū distribuente. Nam quanta sit in dictis pugnantia, id haud difficile fuerit cognoscere. Iam mihi specta per louem, num illorum decretū inter se consentiāt, ac non magis longissimis diſta interuallis, quandoquidem primū de ipso mundo uaria est sententia, cum alijs et ingenitus, et nunq; interitus esse uideatur. Rursum alijs, et opificem illius, et fabricandi modū eloqui sint ausi. Quos equidē cum primis admirabar, propterea quod cum deū quendā rerum omnīū opificem præposuissent, non illud etiā adserent, uel unde is esset profectus, aut ubi loci consistere cū omnia fabricaretur. Nam ante uniuersi exortū, nō posis uel tēpus, uel locū imaginari. A M I C . Prōfus audaces quosdā Menippe homines, ac prodigiorū autores mihi narras. M E N I P . Quid aut, si iam diuidias uir optime, quæ differant et de Ideis, et de incorporis: tum quæ de finito et infinito nugātur? Nā et

bis de rebus acriter inter se digladiantur, dum alij fine circumscribūt uniuersum: alij contra, finem illud noscire existimant. Quim insuper quidam existis complures esse mundos demonstrabāt, damnantes eos, qui de hoc uelut uno quopiam illorum disputatione. Rursum alijs, nescio quis vir, haud quaquam amicu paci, bellum rerum omnium parētem esse censebat. Nam de dijs, quid iam attinet loqui? Cum his deus esset numerus: illi rursus, per canes & anseres ac platanos deicerarent. Deinde alij, reliquis omnibus dijs expulsis, unde soli rerum omnium imperiū tribuebant: ita ut nesciū etiam animo discruciarer, cum tantā audirem deorum īmopiam. E diuerso alij liberaliores, multos deos faciebant: ac dissectis illis hunc aliquem primum deum appellabant: bis secundis aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad hæc alij incorporum quiddam & informe putabant esse numen. Alij corpus esse imaginabantur. Deinde non omnes erant in hac opinione, ut putarent dijs esse curæ res mortaliū: uerum erant nōnulli, qui eos omni cura liberantes, haud aliter atque nos consueuimus etate defectos, à ministerijs dimittere: nihilo alijsmodi eos inducunt, quam cuiusmodi in comœdijs induci solent satellitia. Iam alij superantes hæc omnia, ne esse quidem ullos omnino deos credebant, sed mundum nullo domino, nulloq; duce temere ferri sinebant. At qui cum hæc audiebam, uerebar non habere fidem uiris altisfremis ac probe barbatis. Neg; tamen iusuenicbam

ueniebam, ad cuius dicta me uerterem, ut aliquam illorum sententiam nanciscerer irreprobensam, ac nequam ab alio subuersam. Iaq; plane tandem Honeris cum illud mihi usu ueniebat. Nam se penumero animus incitabat, ut huic alicui illorum crederem:

Sed me mens diuersa uetabat.

In quibus omnibus cum perplexus hæsitarem, desperabam futurum, ut super his uerum aliquid in terris audirem: cæterum unica tantum uia, uniuersa dubitatio ne liberari posse, si ipse alis aliqua ratione additis, in cœlum ascenderet. Eius rei conficiende spem mihi præbuit primum ipsa cupiditas, deinde fabularum scriptor Aesopus, qui aquilis ac scarabeis, interdum et canis, lis cœlum adiri potuisse demonstrat. uerū ut mihi ipsi aëre prouenirent aliquando, id nulla ratione fieri posse videbatur. Cæterum si uulturis, aut aquila alas induisset, nam bas solas sufficere ad humani corporis modū, futurum forsitan, ut mihi succederet experientia. Ita que correchtis auibus, alteri dextram alam, porrò uulciuri sinistram amputavi, idq; admodum scite. Deinde quum obligasset, humerisq; loris ualidis accommodasset: tum summis pennis ansas quasdam manibus inserendis addidisse, mei ipsius periculū faciebam: priuiliu[m] subsiliens, ac manibus interim subseruīcens, et ansatum exemplo paulū adhuc à terra uolatu me sustolens, interim summis interim pedibus ingrediens. Postea quā res ex animi sententia succederet, iam

audacius etiam experimentum aggrediebar: consensu
sacra arce demisi meipsum per præceps, atque inde in
ipsum ferebar theatrum. Mox ubi nullo periculo deno-
tasse, sublimia iam & ardua cogitare capi: ac tol-
lens me à Parnetbo sive Hymetto, ad Geraneam usq;
molabam: Rursum inde ad Acrocorinthum subuolavi:
deinde supra Pholoen & Erymanthum ad Taygeto-
num usq;. Ergo quū tandem audax facinus satis essem
meditatus, iamq; perfectus & altiuolus euasisem, non
amplius de pullis imitandis cogitabam, uerū consen-
so Olympo, quam leuisimo commeatu onustus, inde
recta in cœlū tendere cœpi: initio quidem oborta ocul-
orum uertigine ob profunditatē: & postea ferebam,
& hoc quoq; facile. Verum ubi iam ipsi lunc uicinus
essem, plurimumq; nubiū essem emensus, sentiebam me
desatigatū, maxime in ala sinistra, nempe uulturina.
Huc igitur diuerti, ac super eam insidens requiescebam,
in terrā interim è sublimi respiciens, neq; secus q̄ Ho-
mericus ille Iuppiter, nūc bellacium Tbracū regionē
despiciens, nūc Myforū, mox (si libuisset) Graciā, Per-
fidem, Indiamq; ex quibus omnibus uaria quadā uolu-
ptate perfundebar. A M I C . Ergo ista quoq; narrabis
Menippe, ne uilla prorsus peregrinationis parte frus-
demur: quin potius si quid obiter in itinere cōspexisti,
fac ut hoc quoq; sciamus. Nam ego sanè bāud medio-
cria dicturum te expecto, de terre forma, deq; omni-
bus que in terra sunt, cuiusmodi tibi uisa sunt ex alto
contem

contemplanti. M E N I P . At tu quidem recte coniescas Amice. Quamobrem quatenus licet, cōscensa luna inter narrandum peregrinanti comes esto , simulq; secum contemplore totam terre sp̄eciem, habitumq;. Atq; initio quidem admodum pusillam quandam terram mibi uidebar, multo inquā, luna minorem: ita ut ego repente intentis oculis diu dubitarem, ubi nam essent tanti illi montes, ac tantum mare : quod nī Rhodiorū Colossum cōspexisse, tum Phariā turrim, haud dubie prorsus ubinam esset terra, me prorsus latuisset: uerū ista quod sint sublimia, præq; cæteris eminentia, preterea oceanus paulatim ad solē resplendescens, indicabat terrā esse id quod uidebā. Mox ubi fixi us intenderem oculos, iam mihi omnis mortaliū uita coepit esse cōspicua: non solū singulæ nationes atq; urbēs: sed plane uidebā nauigantes, bellantes, agricultores, litigantes, mulieres, feras: & ut summatim dicam:

Quicquid tellus educat alma.

A M I C . Ista quæ nunc dicas, haud quaq; sunt uerissimilia, ac secum pugnantia . Etenim quum paulo ante Menippe terram requireres, propter ingens in medio interuallum in arctū contractā, adeo ut nisi Colossus tibi fecisset indicium, forsitan aliud quiddā uidere te credidisses, qui repete factus Lynceus, cuncta quæ sunt in terra, dignoscis: homines, feras, ac propemodū etiā culicum nidos. M E N I P . Recte tu quidem admones: nam quod maxime dictū oportuit, id nescio quomodo

præterij. Siquidem quum ipsam quidem terram conspectam agnoscerem: ceterū reliqua non possem perspicere propter altitudinem, nimirum iam non pertinente oculorum acic, grauiter ea res me discruciat, ac uchementer perplexum habebat. Ego quū ad hunc modum essem sollicitus, ac propemodū etiā lachrymarer: adeſt à tergo sapiens ille Empedocles, ea specie ut carbonariū quempiā esse diceres, cinere oppletus, atq; exustus. Hunc ego quū uidissim (dicendum est enim) nō nihil perturbabar, ratus demonem aliquē lunarem uidere me. At ille: Bono, inquit, es animo Menippe:

Nullū ego sum numē, quid me immortalibus aequas:
Sum Empedocles ille physicus: etenim ubi me precipitem in crateras inicissem, fumus ab Aetna raptū huc subuexit. Itaq; nunc lunam incolo, acriuagus plerung; ac rore uictito. Adsum autē hæsitantiā istam tibi adempturus: nam illud (ni fallor) male te habet, torquetq; quod non liceat tibi perspicue terram cernere. Benc abs te factū est, inquā, optime Empedocles: ubi primū deuolāro rursus in Graciā, tui memor sacrificabo tibi in fumario: atq; in Nouilunijs ter ad lunam inhians, uota faciam. Imò per Endymionem, inquit ille, haud huc accessi præmij gratia, sed affectio quedam mouit animum meum, quū te uiderem affectum molestia: uerum scis quid facies, quo perspicax fias? Nō per Iouem, inquam, nisi tu mihi forsitan caliginem amoueas ab oculis: nam in præsentia uidcor non mediocriter lippire.

Atqui

Atqui me, inquit ille, nihil erit opus. Etenim ut acute uides, id ipse tecum est terra a latu habes peneste. Quid igitur est istud, inquam, neque enim noui? An ignoras, inquit, te dextram aquila alam induitum esse? Scio, inquam, maxime, sed quid alae cum oculo? Quoniam, inquit, aquila inter animata cetera acutissimi uisus est, unde sola solem aduersum obtuetur: atque ita demum est rex et ingenua aquila, si non conniventibus oculis aduersus radios aspiciat. Ita quidem aiunt, inquam. Quare iam me paenitet qui non meis exemptis oculis aquilinos inferuerim, cum buc ascenderem. Nam nunc sancte dimidiatus aduenio, neque omni ex parte satis regaliter adornatus, quin magis ad similiis videor nothis ipsis et abdicatis. Attamen in te est, inquit, ut protinus alterum oculum regalem habeas. Etenim si assurges, uelisque prohibita uulturis ala, alteram solam mouere, iuxta proportionem alae, dextro oculo cernes acute, quominus altero cæcutiis nulla ratione succurri potest, propterea quod ad partem pertineat deteriorem. Mibi, inquam, satis est, si uel dextra ex parte aquilino more cernam. Nibilo enim fuerit deteriorius, cum mibi non raro uidisse videar, fabros altero oculo melius etiam ad regulam exæquantes ligna. Hæc locutus, simul ea factiebam, quæ præceperat Empedocles, ille interim pavlatim subducens se, sensim in sumum euanuit. At simulatque mouisse alam, ingens lumen mihi circunfulsit, adeo ut cuncta fierent in conspicuo, quæ hactenus

c 5 latuer

latuerant. Deflexis igitur in terram oculis, clare videbam, et urbes, et homines, et que fiebant: neque solum ea que sub dio, verum etiam que domi faciebant, rati se se a nemine videri. Ptolemaeum vidi cum sorore rem habentem: Lysimacho struente insidias filium: Antiochum Seleuci filium, nouercæ Stratonice clanculum innuentem: Thessalum Alexandrum ab uxore tolli e medio: Antigonum filij uxorem adulterio stuprante: Attalo uenerum porrigentem filium. Rursum ex altera parte Arsaten interficientem mulierculam: et Arbacen cum urbium gladium educentem in Arsatem. Porro Spartinus Medus e conuicio foras protrahebatur a satellitis suis, calice aureo in frontem impatio. Atque bis ferme cōsimilia tum in Libya, tum apud Scythas ac Thraces, in regijs geri licebat cernere. Nempe adulterantes, occidentes, insidiantes, rapientes, peierantes, trepidantes, nonnullos ab intimis amicis prodi. Ac regum quidem negotia huiusmodi mihi spectaculum exhibebant. Ceterum que factitabant plebei, longe magis erant ridicula. Siquidem et inter hos videbam Hermodorum Epicureum ob mille nummum peierantem: Agathoclem Stoi cum de mercede discipulum in ius vocantem: Cliniā rhetorem ex Aesculapij fano phialā aureā suffurantem: Hero philum Cynicum in fornice dormientem. Quid enim alios cōmemorē, qui parietes perfoderet, qui lites agitabat, qui faenerabant, qui reposcerent? Nam uariū quoddam et undique mixtum erat spectaculum. A M I C . Atqui res

Et facies Menippe, si ista quoq; retuleris. Consentaneū
 est enim te ex his non uulgarem cepisse uoluptatem.
 M E N I P . Ne fieri quidē potest Amice, ut cuncta or-
 dine recensem, quum spectare modo ista fuerit difficil-
 limum: uerum rerum fastigia ciusmodi fermē uideban-
 tur, qualia refert Homerus in clypeo, ubi erant conui-
 nia, nuptiaeq;. Altera ex parte iudicia et cōclones. Rur-
 sum alia ex parte sacrificabat quispiam. In proximo ue-
 ro conspiciebatur aliquis luctum agens. Porro quū ad
 Geticam respicerē, uidebam belligantes Getas. Rur-
 sum ubi ad Scythas defleterem, cernere erat errantes
 in plaustris. Mox ubi paululum in diuersam partem de-
 flexissim oculum, spectabam agricolantes Aegyptios.
 Phœnix scortabatur, Cilix latrocinabatur, Lacon lo-
 ris cædebatur, Atheniensis causas agebat. Hæc omnia
 quum eodem tempore gererentur: cogita nunc cuius-
 modi uisa fuerit rerum confusio. Non aliter, quam si
 q; producat multos saltatores, vel potius multas cho-
 reas: deinde precipiat, ut omisso concentu propriam
 quisque cantionem canat. Deinde si certatim canat u/
 nusquisque, et peculiarem suum cantum absoluere stu-
 deat, uocisq; magnitudine uicinum superare contem-
 dat: cogita tecū per Iouem, cuiusmodi futurus sit cius-
 modi cantus. A M I C . Modis omnibus Menippe ridi-
 culus ac confusaneus. M E N I P P V S Atqui Amice,
 hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agunt, om-
 nisq; mortaliū uita ex huīusmodi constat discrepentiā:
 quippe

quippe qui non modo sonent absone, uerum et ornatis
sunt dissimili, diuersaque moneant, neque quicquam idem
cogitent, donec choragus omnes e scena exigat, negas
dintius chorcas ducere oportere. Id ubi factum est, iam
omnes sunt inter se similes, taciti, nec amplius confus
sam illam, et incompositam canentes cantionem. Ver
rum in uario ipso ac multiformi theatro, uidelicet ridi
cula erant que gerebantur omnia: praeципue uero mi
bi risum mouebant iij, qui de agrorum finibus contens
deabant, quicque sibi placeret hoc nomine, quod Sicyoniu[m]
agrum colerent, aut quod Marathonis eam partem ha
berent, que est iuxta Oenoen, aut quod in Acarnania
iugerum mille posseideret. Cum uniuersa Graecia, quem
admodum id temporis mihi e sublimi defsidenti uide
batur, quatuor digitorum spaciū habere uideretur.
Attica (ni fallor) proportione minima pars erat. Itaque
perspexi quid esset reliquum, quod diuitibus istis ani
mos tolleret. Etenim is qui inter hos quam plurimum
agri posseidebat, uix unam ex Epicureis atomis colere
mibi uidebatur. Ceterum ubi ad Peloponnesum flexis
sem oculos: deinde terram Cynosure subiectam affe
xisse, ueniebat in mentem pro quantula regione, que
nibilo esset latior lente Aegyptia, tam ingens Argiuo
rum ac Lacedemoniorū multitudo cecidisset uno die.
Porro si quem confexissim auro superbientem, quod
anulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ride
bam et bunc. Nam Pangeū uniuersum, una cum ipsis
metallis

metallis, uix erat magnitudine miliij. A M I C. O teſe
licem Menippe, qui tam nouū ſpectaris ſpectaculum.
Sed age dic mihi per Iouem, ciuitates atq; homines ip/
ſi, quanti uidebantur ex alto cōtemplati? N E N I P.
E quidem arbitror te ſæpenumero formicarum concio/
nem uidisse: aliquas in orbem obambulantes, nonnullas
excuntes, rurſum bas in ciuitatem redeuntcs. Atq; hæc
quidem ſimile exportat: hæc alicunde raptam fabæ tu
nicam, aut dimidiatum frumenti granū currēns appor
tat, Consentaneum eſt autem pro ratione uitæ formica
rum, eſſe apud illas & adiuu fabros, & cōcioptores,
& magistratus, & musicos, & philofophos. Sed urbes
ſanè cum iſpis uiris, formicarū nidis maxime uideban/
tur adſimiles. Quod ſi tibi uidetur humiliu exemplū,
uiros cū formicarū re publica cōſerre, uictus Thessa
lorum fabulari ſpecta. Reperies enim Myrmidonem, gen
tem bellicosifimam, e formicis uiros natos eſſe. Iam po
ſtaquam ſatis ſpectaſſem omnia ſatisq; riſiſſem, excufe
ſi meipſum, ſubuolaui

Ad reliquos diuos Iouis altitonantis in ædes.

Nondum ſtadium ascenderam, cum Luna, ſæminea for
nans uoce: Menippe, inquit, ita tibi cōtingant quæ op/
tas, Inſcrui mihi in re quapiā apud Iouē. Dic, inquam,
neq; enim erit moleſtum, niſi ſi quid oneris ſit portan/
dum. Nunciū, inquit, quendā haud graue, ac petitionē
meo nomine Ioui perferes. Enecor Menippe, & multa
& intoleranda ab iſtis philofophis audiens. Quibus
præterea

præterea nihil est negotij, nisi ut curiosires meas exquirant, quæ sim, quanta sim, & quam ob causam dissecer, dimidiataq; siam, curq; utrinq; gibbosa uidear. Tibi me dicunt inhabitari: illi speculi ritu supra mare suis spensam esse. Alij rursus, quod quisq; secum excogitarent, hoc mibi tribuunt. Postremo ipsum quoque lumen aiunt mihi & furtuum esse, & adulterinum: quodq; superne à sole proficiscatur, neq; finem faciunt, etiam tis hoc qui mihi frater est, commitere me, & factionem inter nos serere conantes. Neq; satis erat illis, quæ de ipso dixerūt sole, saxū esse illum, & massam cendentem. Et tamen quām multarū rerum illis sum conscientia, quas noctu patrant, turpisimas & execrandas, cum interdiu tetrici sint, & aspectu uirili, habituq; graues, et insperitorum oculos in se coniectos habentes. Atque ego cum ista uideam, sileo tamen. Neq; enim decorum arbitror, retegere atq; in lucem efferre nocturnas illas diabolas: & quam quisq; in operto uiuat uitam. Quintū am si quem conficerem adulterantem, aut furantem, aut aliud facinus quām maxime nocturnum audientem, continuò contracta nube tegebam, ne uulgo ostenderē uiros senes, & gerentes, quæ neq; barbae prolixæ, neq; uirtutis professioni essent decora. At istis pro nihilo est oratione me discerpere, modisq; omnibus contumelias afficere. Adeo ut, testis est mihi nox ipsa, saepius in animo habuerim, quām possem hinc longissime demigrare quōpiam, ubi licet curiosam istorum lingudm eſſugere

fugere. Hæc igitur memineris, ut Ioui renuncies: simulque illud addas, ne fieri quidem posse, ut hoc in loco datur, nisi physicos illos cōminuat, dialecticis os occludat, Stoam demoliatur, Academiam exurat, que in Peripato habentur, diatribis finem imponat. Siquidē ad hunc deniq; modū fiet, ut mibi paretur quies, desināns, que me quotidie commetiri. Fient inquam, que manus, simulq; rectā ad ipsum cœlum tendebam,

Nulli ubi comparent hominūm ue boūm ue labores. Etenim paulo post ipsa etiam Luna mibi perpusilla uidebatur ē sublimi. Tandem et terram obtexerat. Porro relicto ad dextram sole, per ipsas uolans stellas, tertio die ad cœlum perueni. Ac primum quidem mibi uisum est, protinus ita ut eram, introire ratus facile fieri posse ut fallerē: quippe dimidia mei parte aquila. Porro aquilam sciebam iam olim esse Ioui familiarē. Post apud me perpendebam illos quām primum deprehensuros esse me, qui alteram alam uulturinam induitus essem. Quapropter optimū factu ratus, nō temere uenire in periculū, adiens pulsui forces. At Mercurius audito pulsu, ac nomē percontatus meū, festinato abiit, Ioui renūciaturus. Nec multo post, intro sum accersitus, magnopere pauitans ac tremens. Offendoq; deos omnes pariter confidentes, nec hos absq; solicitudine. Nonnihil enim animos illorum turbabat nouus et inopinatus aduentus meus. Et quantum antea nunq; expectabant, futurum, ut mortales omnes mox aduenirēt, ad eundē modum

modum alati. Porrò Iuppiter, admodum terribili uultu, toruoq; et Titanico me obtuens, inquit:

*Quisnam es, et unde uenis: ubi nam urbs tibi, qui uis
Hoc ubi audissem propemodum metu (parentes:
sum exanimatus. Attamē constitī stupidus, praeq; uocis
magnitudine attonitus. Aliquāto post ad me reuersus,
omnia dilucide exposui, ab ipso exorsus capite. Quem
admodum cōcupissem sublimia illa cognoscere: Quem
admodum accessissem ad philosophos: Quem admodum de spe
rasssem, distractus illorum dictis. Deinde meum inueni-
tum, tum alas reliquaq; omnia, usque ad ipsum cœlum.
Post omnia addidi que Luna mandarat. Itaque ridens
Iuppiter exorrectis aliquantum supercilijs: Quid di-
cas, inquit, de Oto et Ebalto, cū ausus sit et Menip-
pus in cœlum ascendere? At in presentia quidem te ad
bospitij consuetudinem invitamus. Cras, inquit, super
bis quorum gratia huc aduenisti, dato responso dimit-
temus: simulq; cum dicto surgens, ibat ad eam cœli par-
tem, unde maxime omnia poterant exaudiri. Iam enim
tempus erat, ut uotis audiendis cōsideret. Atq; interim
inter eundū, percontabatur me super his negocijs, que
essent in terra, ac primum quidem illa: Quantū nunc ue-
nit triticum in Grecia: Et num superior hyems graui-
ter uostetigit: Et num holera egent bymbre copiosior-
re. Sub hæc rogabat: num quis adhuc superesset ē Phœ-
die genere: Et quam ob causam Athenienses tot annos*

Iokalia

Iouialia intermisissent: & nū in animo haberent Olympium suum absoluere: Et num essent comprehensi, qui templum Dodonæum sacrilegio spoliassent, Ad ea cum respondisset: Dic mihi (inquit) Menippe, de me uero quam habent homines opinionem? Quam (inquam) habere, nisi maxime piam? nimisrum omnium deorum regem esse te. Ludit tu quidem, inquit. Ceterum ego contentionem illorum probare noui, etiam si nihil fateare. Si quidem fuit olim tempus, cū illis & uates esse uiderer, & medicus. In summa, unus eram omnia. Tū Iouis plena erant, & uiae omnes, simul & mortalium cōciones. Pisa ac Dodona splendidae erant, ac conspicienda omnibus. Porrò præfumo sacrorum, nec attollere oculos mihi licet. Verū posteaquam Apollo apud Delphos constituit oraculum: Aesculapius medicinae officinam Bergami, simulatq; Bandidium natum est in Thracia: Anubis templum in Aegypto: Diane apud Ephesios, ad ista quidem concurrunt omnes, solennes conuentus celebrant: Hecatombas offerunt, mihi uero tanquam etate defecto, abunde magnum honorem habuisse se putant, si solido quinquennio sacrificarint in Olympia. Proinde uideas aras meas frigidiores, quam sint uel Platonis leges, uel Chrysippi syllogismi. Huiusmodi que, pliā confabulati, in eum peruenimus locum, ubi confessurus erat ad exaudienda uota. Erant autem ordine sitæ fenestræ, cuiusmodi sunt ora puteorum, habentes opercula, iuxta unam quanque sella posita erat aurca.

L V C . f Itaq;

Itaq; Iuppiter cum ad primam assedisset detraicto operculo, prebuit sc̄e potentibus. Optabant autem ex omni undiq; terra, diuersa, mariq;. Nam ipse quoq; admotus pariter auribus simul audiebam uota. Erant autem huiusmodi. O Iuppiter, contingat mihi regnum. O Iuppiter, contingat cepas et alia mihi prouocare. O Iuppiter utinam pater mihi breui moriatur. Rursum aliis quis dicit: Utinam existam haeres uxoris: Utinam nemo resciscat me struxisse insidias fratri: Contingat mihi sincere litem: Coronari Olympia. Porro ex his qui navigabant, hic optabat ut spiraret Boreas: ille ut Notus: Agricola optabat pluuiam: contra fullo solem. At Iuppiter audiens, et singula uota diligenter expendens, non omnibus pollicebatur.

Verum hoc concepsit Saturnius, abnuit illud. Nam iusta uota per os fenestræ sursum admittebat, admissa ad dextram statuens. Rursus iniqua remittebat irrita, flatu deorsum redigens, ne possint ad catulam accedere. Super uno quodam uoto videbam illum etiam ambigentem. Etenim cum essent duo, qui diuersa peterent, et quales uictimas pollicitantes: non inueniebat ustri potius annueret. Itaq; iam Academicon illud illi accidebat, ut nihil statuere posset. Verum exemplo Pyrrhonis suspensus habebat etiam, ac considerabat. Porro cum iam satis uota proponentibus dedisset operam, ad proximam digressus sellam, et ad secundam fenestram, prono capite fædera ferientibus, ac iurantibus dabat

dabat operam. Vbi bis quoq; responsum esset, ac Hermodorum Epicureum fulmine comminuisse: ad proximam deinde sellā sese trāstulit, de diuinationib; omniis & augurijs auditurus. Hinc ad sacrificiorum farenstram transiit, per quam sumus ascendens, denunciabat Ioui nomen uniuscuiusq;, qui rem diuinam faceret. Rursum omīsis his uentis & horis mandabat, quæ facere deberet. Hodie apud Scythes pluto, apud Libyes fulgurato, apud Græcos ningito. At tu Borea spira in Lycia, Tu Note quiesce, Zephyrus Adriani undas concitet. Tum in Cappadociam grandinis mille modij dispergantur. Tandem omnibus fermè ordinatis, discenderbamus in cum locū ubi compotant dīj. Iam enim cœnæ tempus erat. Meq; Mercurius arreptum iusbit accumbere iuxta Panē, & Corybantes, & Attim, ac Sarbazium, inquiliнос istos & ancipites deos. Interea pars exhibebat Ceres, Bacchus uinū, Hercules carnes, myrta Venus, Neptunus Mænides: simul interim & ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, ut est hominum amans, si quando conspexisset Iouem auertere oculos, nectaris cyathum unum, nonnunquam ctiam duos mibi infundebat. Dīj uero quemadmodum alicubi dixit Homerus, & ipse, opinor, ut ego illuc conspicatus, neque frumentum edunt, neque potant nigrantia uina, uerum ambrosiam apponunt, & nectarare inebriantur: præcipue uero gaudent uesci sacrificiorum fumo, una cum ipso

f 2 uidore

nidore, subuolante: ad hæc sanguine uictimarum, quæcum.
sacrificantes aris infundunt. Ceterum inter cœnandum,
¶ Apollo cithara canebat, et Silenus Cordacem sala-
tabat, et Musæ surgentes in mediū, tum Hesiodi Thæ-
gonias nobis canebāt, tum primam ex Pindaricis hym-
nis odam: deinde omnīū saturi requieuiimus, quo quis-
que federamus loco, satis uidi potu.

At reliqui noctem diuinq; hominesq; per omnem
Dormabant, me nequaquam sopor altus habebat:
Verum mecum animo uersabam, cū alia permulta, tum
illa præcipue, qui fieret, ut Apollini tanto iam tempo-
re nō proueniret barba, aut quo pacto nascetur nox
in celo, quum sol semper adesset, unaq; conuinium agi-
taret. Ac tum quidē pusillū obdormiū. Mane uero sur-
gens Iuppiter, iussit indici concionem: mox cum ades-
sent omnes, sic farier insit: Ut uos conuocarem, in cau-
sa fuit hospes hic, qui beri aduenit: uerū quum alioqui
iam olim mibi fecerit animus cōmunicare uobiscum de
philosophis, maxime uero à luna, hisq; de quibus illa
queritur, cōmotus, statui baud quaquam diutius proro-
gare consultationē. Est enim hominū genus, quod non
ita pridem in uita fluitare cœpit, incrs, contentiosum,
glorie auidum, iracundū, gulae studiosum, stultū, fastuo-
sum, contumeliosum: et ut uerbis Homerici dicam,

Telluris inutile pondus.

Isti igitur in sectas diuisi, ac uarijs rationū labyrinthis
excogitatis, alijs sc̄e Stoicos appellant, Academicos
alijs

aliij, aliij Epicureos, aliij Peripateticos: alijs item uocas
bulis, his multo magis ridiculis. Deinde ubi uenerandū
illud uirtutis nomen induerint: tum adductis in altū sur-
percilijs, promissaq; barba, fucato habitu obambulant,
detestandos mores secum circumferentes, simillimi nimi-
rum istis Tragoediarū histriōnibus, quibus si personae,
stolamq; illam auro sparsam detraxeris, quod superest,
id ridiculū est: nempe homunculus septem denarijs ad
agonem conductus. At qui huiusmodi quum sint, morta-
les quidem uniuersos aspernantur, de dijs uero absur-
da prædicant, contractisq; cætibus adolescentulorum,
quos nibil negotiū sit fallere, nobilē illam uirtutē osten-
tant, & uerbōrū ambiguitates docent, atq; apud disci-
pulos temperantiam semper ac modestiam laudant, or-
pes ac uoluptatē excrantur: cæterū ubi soli, & apud
se se esse cœperint, quid attinet dicere, quantopere se se
ingurgitent, quam immodi ci fint ad Venerem, quem
admodum autem etiam affium sordes oblingāt: iam il-
lud est omnium grauiſſimū, quod cum ipsi nihil agant,
neq; publicum, neq; priuatū, sed inutiles ac superua-
canci desideant:

Nusquam in cōſilijs, nusquam numerentur in armis.
Tamen reliquos accusant, ac uirulentis quibusdam di-
ctis eßagerentes, neq; non maledicta quedam medita-
ti, obiurgāt, proximisq; conuitantur. Adeo ut is inter
eos primas tenere uideatur, qui clamorifimus sit, &
impudentifimus, & ad maldecendū audaciſimus. At

sanè si quis istum sine fine iusta faciente, uociferantem,
 & ceteros incusantem percontetur ad hunc modum:
 Tu uero quid tandem facis? Aut quid per deos dicemus
 te ad uitā conferre? Nimirū respondebit, si modo recta
 ueraq; fati uolet, hoc modo: Navigare quidem, aut a/
 gros colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi,
 superuicaneum mibi uidetur. Ceteram clamo, squa/
 leo, frigida lauo, incalceatus per hyemem obambulo,
 ac ueluti Momus ille, que ab alijs geruntur, calumnior.
 Ac si quis diuitum sumptuosius opfonorit, aut ami/
 cam babeat: id exquo atq; indignor. Quod si amico/
 rum quispiam aut sodalium, morbo decumbat, curaq;
 & obsequio egeat, id ignoror. Hoc genus sunt nobis &
 dy hæ pecudes. Iam uero qui ex his uocatur Epicurei,
 uchementer sunt etiam contumeliosi, neq; mediocriter
 nos mordent, affirmantes neq; dijs esse curæ res morta/
 liam, neq; omnino considerari à nobis quid apud illos
 agatur. Quas ob res tempus est, ut de his consultemus:
 propterea quod si semel ualeant bac persuadere ijs,
 qui sunt in uita, non mediocriter esurientis. Quis enim
 post uobis rem diuinam faciat, cum nihil inde expectet
 emolumenti? Nam de quibus luna hos accusat, omnes
 audistis beri narrantem hospitem. Super his consulta/
 te, que pariter & hominibus sint quam utilissima, &
 nobis quam minime periculosa. Haec locuto Ioue, fre/
 quens adfremebat concio: mox clamatum est ab omni/
 bus, effusimina, exure, conatinuc, in barathrum, in car/
 tarum

tarum, ut gigantes. At luppiter rursum *indicto* silens
tio, sicut ista, inquit, quemadmodum uultis. Omnes co-
minuentur cum ipsa sua dialectics. Quanquam in pre-
sentia sane fas non est punire quenquam. Est enim Hie-
romenia, sicuti nostis, quatuor bos menses. Iamq; indus-
cias promulgauit. Itaq; proximo anno, in eunte uere, ma-
ti male perdentur formidando fulmine:

Sic ait. atq; supercilijs pater annuit atris.

Porro de Menippo haec mihi uidentur, inquit, ut ad em-
ptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio defera-
tur hodie in terram. Haec loquutus dimisit cætum. Me
uero Cyllenius de extra aure suspensum, heri circiter ue-
speram depositus in Ceramico. Audisti omnia, omnis
inquam Amice, que è cælo meū adfero. Quare abeo
iam eadem haec renunciaturus philosophis in Pœcila
inambulantibus.

REVERENDO PATRI

AC DOMINO D. RICARDO

episcopo Vintoniensi, Erasmus

Roterodamus S. P. D.

PRISCORVM usq; seculis mos hic in
E haec nostra tempora deductus est, ampli-
sime pater: ut Calendis Ianuarijs princi-
pe ineuntis anni die, munuscula quæpiam missentur:
f 4 que

que nescio quid letioris ominis asserre creduntur: tum
ijs ad quos abeunt: tum illis ad quos redunt. Itaq; quā
ego despicerem ecquid tandem munera à nobis iret ad
tantum patronum, ad tam potentem amicū: neq; quic
quam in mea reperirem suppellestile, præter meras
chartulas, profecto chartaccam strenam mittere sum
coactus: quamquām quid aliud potius mitti conuenie
bat ab homine studioso ad præfulem, omnibus quidem
fortune muneribus magnificentissime cumulatum: sed
qui uirtutem uirtutisq; comites, honestas literas infini
tis calculis anteponat: quiq; tanquam contemptim, per
neq; dixerim inuitus fortune dona admittat: cōtra anū
mi bonis quū sit opulētissimus, tamē semper magis ac
magis cupiat ditescere? Porrò nostrū hoc manusculū,
si nulla alia licet, saltem Terentiani Parmenonis exem
plo, hoc nomine cōmendabimus: q; non ex Aethiopia,
uerum è Samosata usq; Commagenorum urbe sit pro
fectum. Est autem dialogus Luciani, cui titulus Toxas
ris, siue de amicitia, quem nos paucis hisce diebus lati
num fecimus. Qui quidem (uti spero) non omnino futu
rus est ingratus tuæ excellentie: uel ob id quod amici
tiam predicat, rem adeo sanctam, ut barbarissimis eti
am nationibus olim fuerit ueneranda: Nunc Christias
mis usque adeo in desuetudinem abiit, ut nō dicam uesti
gia, scd ne nomen quidē ipsum extet: quū nibil aliud sit
Christianismus, quam uera perfectaq; amicitia, q; cōmo
ri Christo, quam uiuere in Christo, quam uū corpus,

una anima esse cum Christo: hominum inter ipsos talis quedam communio, qualis est membrorum inter se corporis. Neque minus tamen iucundus, quam frugifer futurus est, si quis modo decorum obseruet, quod in personis situm est. Nam Mnesippi Grecis sermo, quam totus Greco nicum quiddam sapit: comis, facetus, festivus: contra Toxaridis Scythae oratio, quam tota Scythir cum quiddam spirat, simplex, incondita, aspera, sed a la, seria, fortis. Quim etiam dictionis discrimen, quasi diversum filum à Luciano de industria affectatum, pro nostra uirili referre curauimus. Hanc igitur qualenor cunq; clientuli tui strenuam amplissime Presul, felicibus auspicijs accipe. Et Erasmus sicut iam pridem facis, amare, ornare, innare perge. Vale Londini, Car lendis Ianuarijs.

M. D. VI.

TOXARIS SIVE

AMICITIA, DIALOGVS LVCI

ani Des. Erasmo Roterodamo interprete.

INTERLOCVTORES, MNESIPPVS

Gracus, TOXARIS Scytha

MNESIPPVS.

VID sis Toxaris? Sacrificatis Orebi
Q ac Pyladi nos Scytha, deosq; esse illos
creditis? TOXARIS. Sacrificamus
Mnesippe, sacrificamus inquam: haud tamen deos esse
f s arbitrai

arbitrati, sed uiros bonos. M N E . An uero mos apud nos , etiam bonis uiris posteaquam uita defuncti sint, perinde ut dijs sacra facere? T O X A . Non istuc mo-
do uerum eosdem festis diebus ac celebribus conuen-
tibus honoramus. M N E S . Quid captantes aut spe-
rantes ab illis? Neq; enim quo bencuolentiam illorum
conciliatis, ob id rem diuinam illis facitus, quū iam sint
mortui. T O X A . Nibil officiat fortassis, si & eos qui
mortui sunt, propitios haberemus: quanquam non ob
id tantum hæc facimus : quin magis existimamus nos
rem uebementer conducibilem & his, qui in uita sunt,
eſſe facturos, si præstantium uirorum memoriam cele-
bremus, honorēq; habeamus ijs, qui uita defuncti sunt.
Siquidem hac ratione futurum arbitramur ; ut multi
apud nos illorum similes euadere cupiant. M N E S .
Ista quidem recte iudicatis: at Pyladem atq; Orestem
quo nomine potissimum suffexistis, ut dijs eos & quau-
ritis: idq; adeo quū hospites uobis eſſent: uel, quod gra-
uius hostes ? Quippe posteaquam naufragio ciekti ab
ijs, qui tum Scythiam incolebant, eſſent comprehensi,
abducti q; ut Diana immolarētur: adorti carcerarios,
neq; non oppreſſis excubijs, & regem trucidarunt, &
assumpta sacerdote, quin ipsa quoq; Diana sublata, na-
vigo ſeſe proripuerunt, irrisa publica Scythařū lege.
Quod si ob iſtiuſmodi facta honorem habetis uitris: fa-
cile affecuti fucritis, ut multos illorum similes reddas-
tis. Iamq; ipſi ab hoc die uſq; ad priſca illa reficie:

num uobis expedierit multos in Scythiam Orestes ac
 Pylades appellere. Nam mihi quidem isto pacto mox
 futurum uidetur, ut religionis ac deorum expertes redi-
 damini: diis qui reliqui sunt, ad eundem modum è regi-
 one uestra in exiliū allegatis: postea, opinor, deorum
 omnium uice, viros, qui illos cieclum uenerant, diuinis
 tate donabitis: et qui sacrilegi in uos fuerunt, ijs tan-
 quam diis sacrificabitis. Quod si nequaquam borum
 gratia Orestem ac Pyladem colitis, sed aliud quippiā
 Toxaris in uos beneficij cōtulerunt: qua gratia quam
 olim non esse deos iudicaueritis, nunc è regione, sacra
 illis facientes, deos esse decreueritis: Et qui tum parum
 aberant ut victimae fierent, ijs nunc uictimas offertis:
 Enim uero ridicula uideātur ista, et quū his que quon-
 dam statueratis pugnantia. T.O X A. Et ista quidem
 Mnesippe præclara sunt uirorū illorum facinora, que
 commemorasti: uidelicet duo cum essent, tam ingentē
 ausum audere, ut tā procul à sua patria profecti, mare
 transmitteret, Græcis ad id usq; temporis intactū, nisi
 solis his, qui Argo in Colchidem traiecerūt exercitū:
 nibil expauefacti, neq; fabulas, quæ de illo feruntur, ne
 que appellationē ueriti, quod inhospitum uocaretur,
 uidelicet, opinor, quod fere undiq; gentes accolarent.
 deinde quū iam capti essent, usq; adeo strenue sese ges-
 serint, neq; sat habuerint, si tantum incolumes euade-
 rent, nisi et à rege acceptam contumeliā ulci, et Dia-
 na sublata abnauigassent. Quid: an non admiranda
 bec

hec, & que diuino quodam honore digna iudicent, quicquid est hominum, qui virtutem suspiciunt? Quanquam non ista spectantes in Oreste ac Pylade, pro hereroibus illos babemus. MNE. Atqui iam dices, quid nam præter ista sufficiendum patrarent atq; diuinum. Nam quantum ad nauigationem & peregrinationem attinet, non paucos profecto diuiniores istis ostendero negotiatores, atq; inter eos precipuos Phœnices, qui non in Pontū, neq; ad Maeotidem usq; aut Bosporum tantum enauigant, uerum quaqua uersus, Græcum ac Barbarum mare permetiuntur. Hi siquidem omnem oram, & omne littus (ut ita dixerim) perscrutati in annos singulos, extremo demum autumno in suam patriam reuertuntur: quos scilicet ad eandem rationem pro diis habeto, idq; etiamsi complures illorum capaces ac falsamentarios esse reperies. TOXA. Audi nunc, o uir admirande, consideraq; quanto nos, qui barbari uocamus, rectius uobis de bonis uiris sentiamus. Si quidē in Argo atq; Mycenis ne sepulchrū quidem nullum insigne uidere est Orestis ac Pyladis, apud nos uero & templum ostenditur, ambobus illis communiter facrum (ita ut par erat amicis) & hostie offeruntur, reliquiasq; omnis honos. Porro quod hospites erāt, non Scythe, id uero nihil obstat, quo minus boni uiri iudicetur: neq; enim perpendimus cuiates sint uiri honesti ac probi: neq; inuidemus, si cum amici non fuerint, res egregias gesserunt. Quim magis admirantes ea que

et quos patrarunt, ab ipsis factis domesticos ac nostra-
tes illos ducimus. Quod autem potissimum stupentes
in illis uiris efferimus, illud est, quod nobis nisi sunt
amici inter se longe optimi extitisse, atq; alijs exem-
plo fuisse, quasiq; legem statuisse, quemadmodum opor-
tet amicos omnem inter se communicare fortunam,
Simulq; promeruisse, ut à Scythis, qui in amicitiae laur-
de primas tenerent, colerentur. Itaq; quaecunque alter
cum altero, uel alter pro altero tulit, ea maiores nostri
descripta in columnā ærea reposuerūt in templo Oree-
stis: ac leges statuerunt, ut ea columnā prima esset in-
stitutionis disciplinaq; liberis suis, si meminissent, quæ in
illa essent adscripta. Itaq; penè patris quisque sui nomen
citius obliuisceretur, quam res gestas Orestis ac Pyr-
ladis ignoraret. Quin et in porticu templi eadē quer-
cunque in columnā notantur, prisorum picturis adu-
brata uisuntur. Nempe Orestes unā cum amico nauis-
gans, deinde fracta inter abruptas cantes ipsorum nar-
ue comprehensus, et ad uictimam adornatus, iamq;
Iphigenia initiat eos. Ex aduerso uero in altero paries
te idem iam vinculis exutus depictus est, ac Thoante
occidens, multosq; ex Scythis alios. Postremo soluen-
tes, abducta Iphigenia ac dei. Porro Scythæ frustra
scaphant adoriuntur iam nantem, herentes gubernas-
culis, ac concendere conantes. Deinde re frustraten-
tata, alijs quidē ex eis sauij, alijs uero eius rei metu com-
pulsi, natatu semet in solum recipiunt, ubi uel maxime

licet

licet perficere, quantam alter in alterū benevolens.
 tiam præstiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim
 pictor utrūq; de hostibus in scemt ruentibus securum,
 propellentem autem eos qui in alterū ferūtur, ac præ
 illo iaculis occurrere conant̄, pro nibiloq; ducentcm,
 si intereat ipse, modo seruit amicum, uel suo ipsius cor-
 pore præueniens, excipiensq; iit̄us in illum intentos.
 Iam uero tantam illorū benevolentiam, atq; in rebus
 tristibus communionem, fidem, humanitatem, uerita-
 tem, deniq; constantiam alterius in alterum amoris,
 bac baud quaquā humana putauimus eſſe, uerum ami-
 mi cuiusdam præstantioris, quam pro more uulgarium
 istorum mortalius, qui donec secundis uentis nauigau-
 tur, amicis indignantur, nisi ex aequo participes fiant
 rerum letarum: quod si uel paululum eis uenti reflare
 cœperint, uifugiat, solos in periculis deferentes. Enim
 uero ut ex illud noueris, nihil amicitia melius arbit-
 trantur Scytha, neq; est in quo Scytha magis glori-
 tur, quam in adiutandis amicis, cōmunicandisq; rebus
 acerbis: quemadmodum neq; probrū apud nos maius
 ullum, quam amicitiae desertorem uideri. Haec ob res
 Orcstem ac Pyladem ueneramur, quod præst̄ates ex-
 siterint in Scytharum uirtutibus, atq; in amicitia præ-
 cellentes, id quod nos omnium maxime admiramur.
 Appellationem quoque ex his illorum factis imposui-
 mus, ut Coraci uocentur, quod quidem nostra in lin-
 gua perinde sonat, ac si quis dicat: dij amicitia preſi-
 des

des. M N E S. Hui Toxaris, profecto non arcu modo
 adiucrunt Scythe, bellicisq; in rebus cæteris antecels.
 luerunt, uerum uidentur & ad orandum persuadent,
 dumq; omniū aptissimi: unde mibi quū dudum secus nā
 deretur, nunc eidē merito fecisse uidemini, qui sic Oret.
 Item, ac Pyladem in deorū numerū retuleritis: Verum
 illud me fugerat uir optime, quod pictor quoq; bonus
 essem. Admodum enim euidenter ostendisti nobis, qua
 sunt in Orcis templo, picturas, pugnamq; uirorum,
 alteriq; pro altero suscepta vulnera. Tametsi non pu-
 taram amicitiam usq; adeo cultam fuisse quondā apud
 Scythes, magis autem quod barbari escent, atq; agres-
 stes, similitate quidē, ira, rabieq; perpetuò cōmitti: ami-
 citiam uero, ne in familiarissimos quidē exercere soli-
 tos: idq; coniiciens, quum ex alijs que de illis audimus,
 tum ex hoc, q; progenitores suos uita defunctos deuo-
 rant. T O X A . An nos Græcis quū alijs in rebus, tum
 in his que ad parentum attinent cultū, sanctiores, ma-
 gisq; pijs simus, in præsentiarum haud quaquā conten-
 derim. Quod autem nostrates amici longe fideliores
 sint amicis Græcis: quodq; amicitiae ratio maior apud
 nos, q; apud uos, haud difficile fuerit docere. Ac per de-
 os Græcorum, ne tibi molestum sit audire, si que per-
 spexi, dixero, multū iam temporis apud uos uersatus:
 nos enim mihi uidemini præclarioris cæteris de amici-
 tia uerba posse facere, uim uero factaq; illius, adeo nō
 solū p sermonū dignitate nō exercere, ut sat uobis sit

prædicta

predicare eam, & quantum sit bonum, ostendere. At ubi usu uenit, deficientes à sermonibus, nescio quomo-
do, è medio negocio aufugitis. Ceterum quum Trago-
di inscenam progressi, istiusmodi amicitias uobis re-
presentant, pleriq; laudatis atq; applauditis, ac pro se
mutuo pericitantibus illis lachrymatis, ipsi uero nihil
dignum laude pro amicis prestare audetis. Quin si
quādo forte accidat, ut egeat amicus, ibi protinus non
secus atq; insomnia, procul auolantes euancscunt uo-
bis multe ille tragediae, uosq; similes relinquunt inas-
mibus istis, ac mutis personis, que diuicto ritu, atq; im-
manciantes ne minimum quidem loquuntur. At nos
ediuerso, quo sumus in dicēdo de amicitia posteriores,
hoc in præstanda ea præcedimus. Quare si uidetur, ita
in præsentiarum agamus, priscos illos amicos ualere
finamus, si quos uel nos, uel uos ex his, qui olim fuerer,
recensere ualeamus, quando ista quidem parte uos ni-
mirum superaueritis, compluribus ac grauibus addu-
ctis testibus, nempe Poetis, qui Achillis & Patrocli
amiciciam, tum Thesei Perithoīq; neq; non aliorū ne-
cessitudinem, pulcherrimis versibus carminibusq; con-
texuerunt. Quin paucos quosdam in medium adsera-
mus ex his, qui nostra ipsorum memoria fuerint, atq;
corum res gestas exponamus: Ego quidem Scythicas,
tu uero Græcanicas. Et in his uter superarit, melior
raq; produxerit amicorum exempla, is & uictor esto,
ac suam ipsius uictoriam promulgato, tanquam quā
pulcher,

pulcherrimum honestissimumq; certamen decertarit:
 adeo ut ego quidem non paulo malim mibi in singula-
 ri uicto certamine dextrā amputari (nam ea est apud
Scybas uicto pœna) quam in amicitia quoipam infer-
 rior iudicari, præsertim Græco, ipse *Scytha* quum sim.
 M N E S . Quanquā est haud mediocris negotij, cum
 uiro, ita ut tu es, bellatore, singulari certamine cōgre-
 di, tum admodum instructo misilibus ac penetralibus
 narrationibus, haud tamen usq; adeo ignauiter, tam cir-
 to uniuersam deserens Græciam, tibi cesserō . Etenim
 uehementer absurdum fuerit, quam duo illi tantū vice-
 rent Scytharum, quantum fuisse declarat tum fabula,
 tum uetus & uestre picture, quas paulo ante scite ad-
 modum repræsentabas, Grecos omneis, tot nationes,
 tot ciuitates, nullo defendente uinci abs te . Nam istuc st̄
 fiat, non dextram, quemadmodum apud uos solet, sed
 linguam execari conueniat. Sed utrum spectare nos
 oportet, numerum ne eorum, quæ amice quis gesserit,
 an magis quo plures alteruter amicos referre poter-
 rit, hoc uictoria dignior uidebitur? T O X A . Nequa-
 quam, in modo non multitudine uis horum spectetur, uerū
 si que tu narrabis facta, his quæ narrabo, uideantur
 præstantiora, magisq; penetrantia, tum nimirum eti-
 am si hūmero paria sint, opportuniora magisq; letas
 lia mibi facient uulnera: Ac penè memet ad ictus ac-
 commodabo. M N E S . Probe loqueris. Statuamus
 igitur quo erunt satis. T O X A . Mibi quidem satis

fore uidetur, si uterque quinq[ue] narrat exempla. MNE S.
Itidem mihi uidetur, ac prior dico, uerum adiuratus,
nimirum ponu[n]si uera dictum, alioqui fingere eius
modi, nō admodum fuerit difficile, palam autem refelli
non queant. Porro si iuraris, nefas sit non habere fidē.

TOXA. Iurabimus, si quid etiam iure iurando opus
esse censes. MNE S. At quis tibi è diis nostratibus,
num satisfaciat Iupiter Philius? TOXA. Et maxime.

Ego quoque tibi nostratem iurabo, me apte in lingua.

MNE S. Testis igitur esto Iupiter Philius, quemcūq[ue]
dicturus sum apud te, ea nimirū uel quae uiderim ipse,
uel quae ab alijs, quoad fieri potuit, diligentissime per-
ceperim, narraturum, nihil ex meipso cōminiscentem,
alleviantēq[ue]. Ac primo quidē loco, Agathoclis Diniæq[ue]
amicitiam referam, qua apud Ionas est celebratissima.

Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridens
uixit, uir in amicitia quidē præcipuus, ita ut re declar-

rauit: ceterum reliquias in rebus uulgo Samiorū nibi
lo præstantior, neq[ue] genere, neq[ue] ceteris item opibus.

Huic cum Vinia Ephesio, Lysionis filio, amicitia à pu-
ero intercesserat. Porro Dinias supra modum ditatus

est, et quemadmodū solēt īj, qui nuper opes nacti sunt,
cōplures et alios secum habebat, satis quidem idoneos

illos, et ad compotandum, et ad uoluptariā consuetudi-
nem, ab amicitia uero lōge alienissimos. Atq[ue] inter hos

interim habebatur Agathocles, cōuiuēbatq[ue] et cōpor-
tabat illis, nō admodū approbans eam uiuēdi rationē.

Dinias

Dinias autem nōbilo hunc potiorem habebat, quam ceteros adulatores. Tandē etiā offendere cœpit, crebris obiurgans, molestusq; uidebatur, quippe qui admodum eret cum maiorū, præciperetq; ut scruaret, que multo labore parta, pater illi reliquisset, adeo ut ob bacne ad concessiones quidem illum deinceps adhiberet, sed solus cum illis concessaret, celare cupiens Agathoclem. Demum ab assentatoribus illis misero persuasum est, quod adamaretur à Chariclea Demonactis uxore, uiri illustris, atque inter Ephesios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulae à muliere ad illum uenitabāt, & ferta semimarcida, & mala quedā ad morta: deniq; quicqd ad hæc lcnæ machinātur in adolescentes, quo paulatim illis amorem artibus quibusdam inferant, primumq; bac incendant opinione, quod se credat amari. Nam plurimū illicet & hoc, presertim eos, qui sibi formosi uidentur, donec imprudentes in casses incident. Erat aut̄ Chariclea urbana quidē & elegans muliercula, at supra modum meretricia, semperq; illius, quicūq; forte adiisset, etiam si quis admodum leuiter concipiueret: quin si uel aspergisses dubtaxat, protinus adnuebat, nec ullo pacto metuendum erat, nē quando recusaret Chariclea: admirabilis aūs alioqui artifex, quauisq; meretrice doctior alliceret amorem, & ambiguum quū adhuc esset, totū subigeret: at quū iam teneretur, incitare, ac magis magisq; accendere, nunc ira, nunc blandimentis: ac mox fastidio:

deinde iniecta suspitione, quasi ad alium se se deflexira
esset: postremo omni ex parte egregie docta erat mul-
ier, & absoluta, artibusq; omnigenis in amantes ins-
tructa. Hanc igitur tum Dinie adulatores accersuer-
rant in adolescentulum: multaq; ad simulabat, quo cum
in amorem Chariclee impelleret. Illa porro que com-
plureis iam adolescentes iugularat, & innumerabiles
amores fuerat mentita, domosq; opulentas cuerterat:
tuarium quoddam, atq; inexpugnabile malum: ubi na-
eta manibus est simplicem, & buiusmodi artium impe-
ritum adolescentulum, baud quaquam amittebat ex un-
guibus: sed undiq; oppugnans tentansq;, ubi iam omo-
nium esset compos, tum ipsa dum captat capta perire,
tum infeli Diue innumerabilium malorum extitit
causa. Nam primum quidem statim literulas illa ad il-
lum dat: ac subinde misitat ancillulam, que renunciari
ret ut fleret, ut uigilaret: postremo ut misera pre amo-
re suffocatura esset se: donec iam beatus ille persua-
sus, sibi formosus esse uideretur, atq; Ephesiorum uxori-
bus preter ceteros adamabilis. Ac tandem in con-
gressum adductus est multis precibus exoratus. Et ex
eo quidem tempore facilis iam erat conjectura, fore ut
caperetur a muliere formosa: ad uoluptatem congre-
di docta: & in loco flere: & inter loquendum misera-
bilem suspirare: & iam abeuntem amplecti: & adeun-
ti obuiam occurrere: & formam colere, sic ut maxime
placitura esset: interdum uel nocte, uel cithara canere:
quibus

quibus omnibus in Diniā ufa est. At ubi sensit excrucia, iamq; amore illaqueatū, ac subiugū esse factum: aliud ad hanc excogitat, quo miserum subuertat: gratiā dām se ex eo simulat (nam hoc quoq; efficax ad magis ac magis inflammāndum stultum & mantem) Neq; postea commeabat ad illum, affirmans à uiro obseruari se, qui iam amorē persensisset. Hic uero rem iam non ultra ferre potis erat: neq; durare quibat, quum illam non aspiceret: sed lachrymabatur, adulatoresq; ad se se accersebat, ac Chariclea nomen inclamabat: imagi, nemq; illius amplexus (candido enim lapide fecerat) ciulabat. Denū in solū abīciens se iactabatur: plas neq; res extreme dementiae speciem obtinebat. Si quis demū munera redditā sunt mulieri, non pro malorū aut corollarum precio: sed solidæ domus, agri, famulæ, uies florulente, auri quantū optaret. Quid multa! Breui Lyfionis domus antea inter Iones nobilitata, exbausta est, atq; exinanita. Deinde ubi iam exuccus es-
set, eo relicto, alium quempiam adolescentulū Cretens-
sem, bene nummatū uenata est, atq; ad illum descivit. Iam uidelicet illū adamabat: atq; is quidem credebat.
Itaq; Diniā neglectus nō à Chariclea modo, uerū etiam ab assentatoribus (nā isti quoq; ad Cretensem amatorem iam desciverāt) abit ad Agathoclem, jam pridē non insciū, q̄ illi res misere haberent. Ac pudescens quidē initio, tamen exposuit omnia, amorē, egestatem, arrogantiā mulieris, siualem Cretensem: in summa,

non uicturum sc̄e, nisi cum Chariclea consuetudine
baberet. Ille uero intempeſtium eſſe ratus id tempo-
ris exprobrare Dinię, quapropter ex amicis unū ſc̄e
non admifſet, ſed tum quidem aſſentatores ſuos ſibi
antepoſuiffet: diuendita, quam unā habebat in Samo,
domo paterna, preciū illi attulit talenta tria. Qy eſſe
mulatq; recepiſſet Dinię, bauſt clām erat Chariclea:
rurus ſubito formosus factus: rurus ancilla et litera-
lē, et expoftulatio, quod iam diu ſc̄e non adiſſet: con-
currerunt item adulatores applaudentes, ut uiderunt
Dinię adhuc eſſe quod daret. Cum autē pollicitus eſſet
ſc̄e uenturum ad illam, ueniffetq; primo ferē ſomno,
eſſetq; intus Demonax Chariclea maritus: ſiue quod
alioqui prefenſerat: ſiue de composito, proditioneq;
uxoris (nam utrungq; fertur) exiliens uelut ex iſidijs,
et atrium iubet occludere, et Dinię comprehendit,
ignem ac flagra minitans: neq; non gladium tanquam
in moechum educens. Ille porrò reputans quibus in ma-
lis eſſet: uelle quopiā de proximo, ut iacebat, arrepto,
tum ipsum occidit Demonactem, in tempus adigens:
tum Charicleam: atq; banc quidem non iſtu uno, ue-
rum etiam. Et uelle ſapius, et poſtea Demonactis gla-
dio ſeriens. At famuli interea muti ſtabant, rei nouitar-
te attoniti. Deinde cōprehendere conati, quum in hos
quoq; ferro iſſiliret, ipſi quidē auſugetunt. Dinię au-
tem clām ſc̄e subduxit, tanto patrato facinore. Et ad
aurorā uſq; apud Agatbolem diuerſabatur: pariterq;
et que

ex quæ facta essent reputabant, & quid in posterum
 esset cunctum, considerabant. Ut autem diluxit, mi-
 btes aderant, (iam enim res erat diuulgata) comprehen-
 bensumq; Diniam, nec hūc insificantem homicidiū, ad-
 ducunt ad presentum, qui per id tempus Asiam mode-
 rabatur. Hic eum ad Persarū regem remittit. Nec ita
 multo post relegatus est Dinius in Gyaron insulam ex
 Cycladibus unam, damnatus à rege, ut in ea, quoad uis-
 ueret, exularet. Agathocles autem cum reliquis in re-
 bus nunquam absuerat, tum pariter soluit in Italiā,
 & amicorum solus una est in iudicium comitus, ne/
 que usquam defuit officio. Porrò ubi iam in exiliū pro/
 fectus est Dinius ne tum quidem desertus est ab amico.
 Quim potius ipse suapte sponte damnatus uersabatur
 in Gyaro, simulq; cum illo exulens agebat. At quū iam
 primum necessarium omnium inopia laborarent, lo/
 cās scipsum purpurarijs, una cū alijs urinabat, quodq;
 bīnc partū est referens, Diniam alebat. Quim & agro-
 tanti diutissime inscruiuit: ex ubi uita defunctus est, no/
 luit unquam in patriam reuerti, uerū inibi perseueras-
 uit in insula, pudori sibi fore ratus, si uel mortuū ami-
 cum deseruisset: Hoc tibi Græci factū amici retulerim,
 quod quidem non ita pridē accidit, haud enim scio an
 anni quinq; præterierint, quod Agathocles in Gyaro
 morte obiit. T O X A . At utinā iniuratus ista Mne/
 sipppe dixisses, uidelicet quo mibi fas esset, eis nō habet/
 re fidem. Ad eo Scythicū quendā amicū Agathoclem

istum descripsisti, quin uero ne quem et alium illud
similcm narres. M N E S. Audi iam et alium Toxar-
ri, Eutbydicum Chalcidensem. Retulit autem mibi de-
hoc Simylus nauclerus Megarensis, adiurans profer-
endo se teste rem factam esse. Aiebat enim nauigauisse
scse ex Italia Athenas, circiter Pleiadū occasum, col-
lectios quosdam homines uebentem, in his fuisse Eu-
thydicum, unaq; cum hoc Damonē Chalcidēsem eius-
dem amicum. Ac natu quidem eos aequalis fuisse: ue-
rum Euthydicū ualentem, robustumq; Damonem con-
tra, suppallidum atq; ualestinariuam, quasi qui nuper
(ut apparebat) ex diurno morbo reuoluisset. Itaque
ad Siciliā usq; feliciter aiebat Simylus nauigasse ipsos.
Ceterum ubi transmesso freto, in ipso iam Ionio mari
nauigarent, tempestatem maximam eis incubuisse.
Quid autem attinet multa referre: immancis quosdam
procellas ac sinuosas, tum grandines, et si que alia
tempestatis mala? Ut uero iam haud procul abessent
a Zacyntho, nuda nauigantes antenna: preterea et
funes quosdam trahentes, quo nimirū vim, impetumq;
fluctus exciperent: circiter noctis medium, Damonem,
qui in tanta iactatione nauiscaret, uomuisse in mare
propendentem. Deinde, ut coniūcio nauic uebentius
in eam partem, in quam ille propendebat, inclinata,
similq; propellente fluctu, excidisse cum prono capis-
te in pelagus: neque nudum tamen, uidelicet ut misero
uel ratore commode liceret. Mox itaque succlamasse
quium

quum prefocaretur, uixq; se se ab undis sustolleret. Porro Eutbydicū simulatq; audisset (nam forte fortuna nuditistrato tum erat) abiectisse semet in mare, arreptō que Damonc, qui iam deficiebat (diutius enim ista uideri poterat, luna scilicet relucente) unā iuxta illum nase, ac subleuasse. Ac uoluisse quidem illis opitulari se se miseratos uirorum calamitatem, uerum ne quissee, quod uento preualido raperentur. Illud tamen fecisse, subversa complura ad illos proiecisse, tum ex contis aliquot, ut ab his suspensi natarent, si quem forte ex eis nancissarentur, postremo scandoria quoq; tabulata, que quidem erant neutiquā exigua. Cogita iam per deos, quod aliud grauius benevolentie documentum quisque quād edere queat in hominem amicum, qui noctu decidisset in mare, usque adeo se uiens, quād communica ta morte? Namq; adeo mihi ante oculos pone imminentes procellas, fragorem aquae se se adglomerantis, spuma undiq; effruescentem, noctem, ac desperationem. Ad becillum iam prefocari incipientem, uixq; undie extantem, manusq; porrigentem amico: bunc autē incontanter insilientem simulq; nantem, prorsusq; sollicitum, ne se prior Damon interiret. Sic enim profecto cognosces, quod baud ingenerosum bunc quoq; amicum; uidelicet Eutbydicum, retulerim.

T O X A R I S . Vtrū perierunt uiri Mnesippe, an salus quepiam ex insperato illis contigit? Adeo ego illis non mediocriter timui.

M N E S . Bono animo es Toxaris, scruti sunt, quān

bodieq; Athenis agunt, ambo philosophie dantes ope-
ram. Nam Simy'um ea demum narrare poterat, que no-
stu videre licuit, bunc delapsum, illum desilientem, si-
mulq; nantes, quatenus per noctem dabatur aspicere.
Porro que post hec acciderint, Euthydicus ipse nar-
rat. Primum quidem, subera quedam forte nactos, sus-
pendisse de his sece, atque ita hærentes fluitasse, sanè
quām incommode. Deinde ubi tabulata conspergissent,
iam sub auroram annasse, consensisq; illis commode
deinde nantes appulisse Zacyntum. Post hos autem,
qui neutiq; mali sunt, ut ego quidē autumo, accipe iam
tertium, nihilo istis inferiorem. Eudamidas Corinthius
Arcteo Corintio, & Charixeno Sicyonio amicis uti-
batur, et ijs quidem opulentis, quum ipse pauperrimus
esset. Hic uita decadens, testamentum reliquit, alijs qui-
dem fortasse deridiculum, tibi uero, haud scio, ant tale sit
appariturum, uiro probo, & apud quem amicitia ins-
precio sit, quiq; uel cum precipuis in ea certare queat.
Sic enim in eo scriptum erat: Lego Arcteo quidem ma-
trem meam alendam, atq; insencta souendam: Chari-
xeno uero filiam meam elocandam cum dote, quanta
ab illo maxima dari poterit. Erat autē illi mater annus,
ac filiola iam matura nuptijs. Si quid autem interim ac-
ciderit alterutri, buis quoq; partem inquit) alter ba-
beto. Huiusmodi lecto testamento, ij qui tenuitatem qui-
dem Eudamidae nouerant: at amicitiam, que illi cū his
viris intercesserat, ignorabant, rem pro ludo iocoq; du-
cebant

'cebant. Nemo certe aderat, qui nō cum risu discederet, quod eiusmodi hereditatem Arctæus & Charixenus essent accepturi, felices uidelicet, atque ita aiebant: Si quidem persoluēt Eudamida, superstites etiam ipsi hereditatem tradent mortuo. At heredes, quibus ista erant legata, ut audierunt, uenerunt illico, agnoscentes rataq; facientes ea, que erant testamento mandata. Ita que Charixenus quinq; duntaxat dies superstes, diem obiit. Arctæus autem optimus successor factus, cum illius, tum suo ipsius suscepto onere, & matrem alit Eudamida, & filiam non ita pridem elocauit, ex quinque talentis que possidebat, duobus in propria filie dotē, duobus in amici filiam erogatis: Ac nuptias ambarum eodē die fieri uoluit. Quid tibi Toxaris, Arctæus iste uidetur, numnam leue amicitiae argumentum exhibuis se, adita huiusmodi hereditate, neq; deserto amici sui testamento: an hunc quoque in perfectis idoneisq; calculis ponimus, ut sit unus ē quinque? T O X A . Et iste quidem egregius, quamquam equidem Eudamidam multo magis ob fiduciam admiratus sum, qua fuit erga amicos: declarauit enim, quod & ipse cadem fuisset facturus erga illos, tametsi non essent ea scripta in testamento, uerum ante alios uenisset non scriptus talium heredes. M N E S . Probe dicis . Sed quartum iam tibi narrabo: Zenothemim Charmolēi, Massilia oriundū. Commonstrabatur autem mibi in Italia, patriæ nominis legatum agenti, vir decorus, procerus, ac diues, ut apparebat

apparebat. Audebat illi uxor in rbeda iter facienti, quā aliqui deformis, tum dimidia nempe dextra corporis parte manca, alteroq; capta oculo, tē terrimum quoddam & refugiendum terriculum. Deinde quam demirarer, si decorus ille quum esset, ac uenustus, sustinaret eiusmodi mulierem sibi adiunctam: is qui milē cum monstrabat, causam exponit, quare in id matrimonium incidisset: nouerat enim comperte omnia, nam ipse quoq; Massiliensis erat. Menecrati (inquit) būius fœde patri, amicus erat Zenothemis, uiro diuiti ac honorato, ipse iisdem rebus par. Deinde aliquanto post, facultatibus exutus est ex condemnatione Menecrates, quo tempore pariter infamis, et ad capessendos magistratus inidoneus est iudicatus à sexcentum uiris, sanquām qui sententiam iniquam pronunciasset. Ad hunc autē modum, inquit, nos Massilienses multamus, si quis corrupte iudicet. Grauiterritaq; ferebat Menecrates: primum, quod esset condemnatus: deinde, quod è diuite pauper: postremo, quod ex nobili repete factus esset infamis, ac reiectitus. At præter cetera cum ipsa discruciat filia iam nubilis, ut pote annos nata decens & octo, quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante condemnationem posse derat, dignatus fuisset quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quem tam infeli ciuerit forma. Quin & cōcidere dicebatur, idq; circa lunam crescentem. Hæc ubi apud Zenobes nim deploret, bono, inquit, animo es Menecrates.

Nag

Neq; enim ipse egebis necessarijs, & filia tua dignum aliquem suo genere sponsum inuenierit. Atq; bæc clausus, statim apprehensa illius dextra, deduxit domum. Ibiq; opes, quæ illi multæ erat, partitus est cum illo, ac coena parari iussa, convivio accepit amicos, & in his Menecratem, veluti iam ē necessarijs cuiquam persuasisset, ut pueram in matrimonium acciperet. Postea quām autem conuiuium peregerant, libassentq; dijs, tū uero plenum illi calicem porrigens: accipe, inquit, Menecrates, à genere symbolum affinitatis poculum, nam bodice ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham, datum autem iam olim accepi, talenta quinq; & uiginti. Illo uero respondentे, absit ne feceris, ô Zenothemis, nēne ipse usque ad eo insaniam, ut te neglectum, qui & luxenī es, & formosus, confpiciam cum deformi puerila, ac debilitata coniugatum. Hec, inquam, illo loquente, hic sponsam adiunctam tollens, abduxit in tabernaculum: ac paulo post prodijt, ea deuirginata, atq; ex cōtempore cum illa uiuit, supra modum diligens, & quemadmodum uides, circumferens eam. Et non solum non prædict matrimonij, uerum etiam perinde atq; gloriāns de eo, sic ostentat, propterea quod negligit corporis firmans ac sedditatem, ad hæc opes & famam, tantum amici rationem habet Menecratis, neq; arbitratur eum sexcentum uirum sententia deteriorem esse factum, quantum ad necessitudinem. Quanquam pro his iam illi gratis rectulit fortuna, ad hunc modum. Puerulus enim ei formosissimus

mosissimus ex illa deformissima suscep^{tus} est. Neq^{ue} dix^{tus} est, quod tollens bunc pater intulit in curiam, frondibus olcaginis coronatū, ac pullis amictū, quo plus miserationis auo conciliaret. At infans arridebat iudicibus, manibus complodebat. Itaque curia commota super illo, remisit multam Menecratī, atq^{ue} ille iam rei, famēq^{ue} restitutus est, eiusmodi patrono usus apud iudices. Hæc affirmabat Massiliensis Zenobemim amici gratia fecisse, haud mediocria, sicuti uides, neq^{ue} qualia pa^ñim Scytha factitant, qui concubinas formosissimas summa cura diligere dicuntur, Restat nobis quintus. Neque uero mibi uideor alium quempiam debere dice re, Demetrio Suniensi præterito. Nauigarat in Aegyptum Demetrius, unā cum Antiphilo Alopecensi, qui cum illi iam inde à teneris annis fuerat amicitia, atque ephebus ephebo conuixerat, pariterq^{ue} fuerat eruditus, ipse quidem Cynicam disciplinam sequutus, sub Rhodio illo sophista, Antiphilus uero medendi scientiam excrucuerat. At hoc temporis forte profectus fuerat in Aegyptum, ad spectaculum Pyramidum, Memnonisq^{ue}. Nam audiuerat illas, quām essent sublimes, umbram non iacere: Memnonem autem uocem ædere, ex oriente sole. Harum igitur rerum cupiditate addux^{it}us Demetrius: uidelicet ut Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret: sextum iam mensēm aduerso Nilo nauigabat, relieto Antiphilo, quod is itinere atque æstu defessus esset. Huic autem interea calamitas incidit

Incidit, que singularem quempiam amicum postularet. Nam puer eius ut nomine, ita & patria Syrus, in ita societate cum sacrilegis aliquot, una cum illis in Anubis templum irrupit: sublatoque deo, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo, aureo & hoc, neque non cynocephalis argenteis, atque id genus alijs: omnia a pud Syrum deposuerant. Deinde forte comprehensio (capti enim fuerant, diuidentes nescio quid) rem omnem protinus confisi sunt, districti in rota: deportatiq; uenerunt in eedes Antiphili: ibi res farto sublates depromebant, sub lectica quadam in abdito conditae. Syrus itaque illico uinctus, unaque berus huius Antiphilus: atque is quidem interea dum preceptorem audit, auulfus. Nec opitulabatur quispiam: quin magis hec qui fuerant hactenus amici, auersabantur hominē tanquam qui templū Anubis sacrilegio compilasset: se sequebant impiori credebant, si cū illo bibissent, aut edissent. Porro duo qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo, conuasantes, fuga discesserūt. In uinculis igitur erat misericordia Antiphilus multum iam temporis: habitus interim omnium, quantū in carcere erat, suntu sceléstissimus. Porro præfectus carceris Aegyptius, homo superstitionis ratus se se gratum facere deo, atque illius ulcisci uires, grauis Antiphilo imminebat. Quod si quādo defenseret, affirmans se nihil eiusmodi patrasse, impudēs habebatur: atq; hoc nomine multo etiam magis erat inuisitus. Subegrotabat itaq; iam, maleq; habebat: nec mirū: quippe

quippe qui bumi cubaret, idq; etiam noctu: neq; crura
fūcretur protendere, ligno inclusa: nam per diem cata-
sta stringebatur, altera manu uincta ferro: at noctu co-
gebatur totus in uinculis esse. Ad hec insuper domicis
līj pædor ac præfocatio, multis ibidem uinctis, locumq;
angustū prementibus: adeo ut uix respirarent: tum fer-
ri stridor, ac somnus exiguus: hec omnia molesta erāt,
atq; intoleranda: nimirum homini eiusmodi rerum in-
suetu, minimeq; ad tam durum uitę genus exercitato.
Quum uero iam deficeret, ac ne cibum quidem capere
posset, reuersus est tandem ♂ Demetrius, nihil dum sc̄i-
ens eorum que acciderant. Ut autem cognouerat quo
in loco res esset, statimq; curriculo ad carcercem uenis-
set: tum quidem admissus nō est, propterea quod uespera
ia uicem esset: ♂ carceris custos iam dudum occlusis fū-
ribus dormiebat, ministris excubias agere iussis. At ma-
ne quum esset ingressus, multis uidelicet precibus ad-
missus, accedēs multo tempore quærebat Antiphilum:
quippe malorum multitudine sic immutatum, ut cogno-
sci non quiret. Circumiens igitur, ē uinctis unumquen-
que contemplabatur: eorum more qui familiariū cada-
uerā iam marcida facta, requirunt in stragibus. Quod
ni nomen fuisset eloquutus, Antiphilum Denomnis fi-
lium: ne longo quidem tempore potuisset agnosci quis-
nam esset, usq; uadeo præ malis erat transfiguratus.
Ut uero ad uocem agnitam respondisset; atq; ad eunte
illo comam diduxisset: eam à multa abigens sordidam

atq;

etq; impexam; ostendit sese quis esset, hic ambo collar
psi sunt, oculis oborta caligine, intam inopinato specta
culo. Verū aliquanto post, posteaquam et ipse sibi red
ditus, et Antiphilum recipiens Demetrius de singulis
esset illum diligenter percontatus, bono animo esse iur
bet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem indui
tur ipse reliquum autem illi donat, detractis illi putris
bus atq; detritis, quibus erat opertus panniculis, atque
ex eo die modis omnibus illi aderat: curam eius agens,
inscruiensq;. Locans enim sese ijs, qui uersabantur in
portu mercatoribus, à manc ad medium usq; diem, oner
ibus gestandis non parū lucri faciebat. Deinde ab ope
re recuersus, mercedis partem carcerario in manum da
bat, quo illi mansuetum hunc, ac pacatum redderet. De
reliquo autē, in amici curam affatim suppeditabat. At
que interdiu quidem aderat Antiphilo, quo illum con
solaretur: ubi uero nox occupasset, pro carceris foribus
facto ex herbis thorulo, substratisq; frondibus, acquies
cebat. Et in hūc quidem modum aliquandiu degebant
tēt Demetrius nullo uetante ingredieretur, atque ob id
mitius ferret calamitatem Antiphilus: donec extinto
in carcere latrone quopiam, idq; ut putabatur ueneno,
et custodie exactissime obseruatæ, neque deinde quisq;
admissus in domicilium uinculis liber. Quas ob res du
bius arq; anxius, quum alia uia nō pateret, qualiceret
amico adesse: adito præfecti collega, seipsum defrēt, tan
quam in irruptione templi Anubis cōmunem operam

addidisset. Id simulatq; confessus est, abductus est illico
in carcere, ac ductus ad Antiphilū. Nam hoc magnis
precibus uix obtinuerat à carcerario, ut proxime An-
tiphilo, atq; eadem in trabe uinciretur. Hic igitur uel
maxime declarauit, quanto in illum fuerit amore, quā
sua ipsius incommoda negligeret, cum et ipse interim
egrotaret: illud autē curē haberet, quo pacto fieri pos-
set, ut ille et quamplurimū dormiret, et minimam an-
geretur. Atq; ita cōmode tolerabant, cōmunicatis inter
ipsos malis: donec aliquanto post, tale quiddā accidit,
quod finē fermē corū imponeret calamitati. Siquidē ē
uinctis quispiam,baud scio unde nactus limam: adiun-
ctis cōiuratis captiuorū plerisq; catenam insecurit, que
seriatim erant astricti, cypbonibus in hanc insertis, sol-
uitq; omnes. Qui quidē facile trucidatis, quippe paucis
custodibus, conglobati profiliere. Atq; bi quidem illico
quō quisq; poterat, dissipati: postea pleriq; sunt cōpre-
hensi. Porrò Demetrium et Antiphilus inibi remanser-
unt: Syro quoque retento, qui iam aufugere parabat.
Ut autē diluxisset: Aegypti preses, cognito quod acci-
derat, emisit quidem qui illos insequerentur: accessit
autē ihs, qui erant cū Demetrio, soluit à uinculis collau-
ditos, quod soli nō aufugissent. At illis baud quaquam
sat erat, ut hoc titulo dimitterentur. Clamabat autē De-
metrius, sibiq; non mediocribus in rebus iniuriam fieri
pretendebat, si pro maleficiis habiti, uidarentur uel cō-
miseratione, uel ob id laudis, quod nō aufugissent, dimis-
ti. In

¶. In summa, compulcre iudicē, ut causam exactius extuleret. At hic ubi repperit, nihil eos cōmeritos, collaudatos illos, Demetriū autē scōrsum quoq; admiratus, si peros esse ius sit, consolatus super poena quam tulerant, preterius in vincula coniekti. Quinetiam ambos murere prosecutus est, idq; de suo: Antiphilum Brachmarum decem milibus: bis tanto Demetriam. Ac Antiphilus etiam nunc quidem in Aegypto est. Demetrius autē sua quoq; uiginti milia relinquens amico, concepsit in Indiam: profectus ad Brachmanas, tantū hoc loquutus Antiphilo, merito sibi iam ignoscendum uideri, quod tum ab eo discederet. Neq; enim sibi opus fore pecunia, quoad is perseveraret esse, qui erat, uidelicet qui posuit paucis esse contentus: neq; illum amplius egere amico, quippe cui res iam felioiter haberent. Hiusmodi sunt Toxaris amici Greci. Quod ni initio notasses nos, talius quam qui uerbis nos iactaremus: idem profecto relatus eram tibi complures orationes, atque eas egregias, quas Demetrius habuerit in iudicio: quum interim pro se ipso nihil responderet: Pro Antiphilo uero lacrymas funderet, atq; etiam supplex esset: totamq; causam in se se reciperet, donec Syrus flagris cæsus, ambos eos liberos fecit. Hos igitur paucos & plurimis, quos mibi pri-
mum memoria suggebit, tibi narrauerim præclaros ac firmos amicos. Quod reliquū est, iam decadens à nar-
ratione, tibi dicēdi partes trado. Tu porro uti Scythas
bis nō inferiores referas, sed lōge prestatores, tibi ipsi

curæ fuerit, si quid de dextra sollicitus es, ne ea tibi pre-
 cidatur. Verū oportet strenuū præstare virū. Etenim
 res quedam uebementer ridicula tibi contigerit, si cū
 Orcstem ac Pyladem admodū sophisticā laudaris, pro
 Scythia dicēs, orator ignauus appareas. **T O X A . R e s**
 Et tu quidē Mnesippe: qui quidē ad dicendū etiam ex-
 bortaris: perinde quasi nihil sollicitus sis, ne tibi lingua
 execetur, uicto in narrationibus. Sed iam exordiar ni-
 hil quidē quemadmodū tu, uerbis phalerans atq; exor-
 mans (neq; enim is Scytharū mos) præsertim quum res
 ipse longe magis loquantar, q̄ uerba. Nihil autē eius-
 modi expectaueris à nobis cuiusmodi in cōmemorando
 laudibus extulisti: puta si quis sine dote duxerit defor-
 mem mulierē: aut si quis amici filiæ nubenti pecuniolā
 donauerit, duo talenta: ac per louē, si quis sponte eat
 in uincula, quū certo sciat se paulopost esse soluendum.
 Admodū enim leuia ista: neq; quicq; inest in his, uel ma-
 gni negotijs, uel uirile quod sit. Cæterū ego tibi referā
 multas cædes, bellaq; et mortes, amicorū causa suscep-
 tas, ut intelligas uestra ista lusum esse, si cū Scythicis cō-
 ferantur. Neq; tamen istuc sine causa facitis, sed merito
 parua ista miramini: propterea quod nō sunt uobis ad-
 modum graues occasiones declarandæ amicitiae, quip-
 pe in alta pace uiuentibus. **Q**uemadmodū nec in trans-
 quillitate queas scire, bonus sit gubernator, nec ne. Tē-
 pest: te enim tibi opus fuit, ad hoc ut dignoscas. At as-
 pud nos bella perpetua, et aut inuidimus alios, aut cer-
 dimus

dimus inuidentibus, aut ubi forte cōcurrimus, pro pā-
cūs p̄dāq; pugnamus. Hic potissimū opus est bonis
amicis, eoq; quām firmissime constitūmus amicitias, so-
la bēc arma inuidita atq; inexpugnabilia esse iudicant-
tes. Prius autem uolo tibi cōmemorare, quo ritu facias
tus amicos, non ex poculis, quicmadmodū nos, neq; si
quis equalis sit, aut uicinus: uerum ubi strenuum quen-
dam virū conspexerimus, quiq; p̄eclara facinora par-
trare posuit, in būc omnes studio incumbimus, et quod
nos in ambiendis coniugijs, id nos in amicis nō grauas-
mur, diu quasi procos agentes, nihilq; non facientes, ne
uidelicet frustremur amicitia, néue reiecti esse . id es-
mūr. At ubi iam in amicitias cæteris repulsi, delectus
est quipiam, protinus fœdus initur, ac iuslurandū, qđ
sit maximū: p̄imirum et uicturos eos pariter, et mor-
tem oppetiturum, si sit opus, alterum pro altero . Atq;
ita facimus. Etenim simulatq; incisis digitis, sanguinem
in calicem destillauerimus, summisq; intinctis gladijs,
ambo pariter admonentes biberimus, nō est quicquam
quod deinde nos queat dirimere. Admittuntur autem
ad huiusmodi fœdera, ad summū tres . Nam qui multis
sit amicus, is eo loco habetur apud nos, quo communes
iste atq; adultere uxores: arbitramurq; iam non perin-
de firmam illius amicitiam fore, postea quām est in plus
res partes dissecta. Exordiar autem ab his, quae nū
per Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cū
Sauromati, quum esset captiuus abductus cius amicus

Amizocas. Quid potius ante tibi iurabo nostrum iusfirandum, quandoquidē isthuc initio sum pollicitus. Non enim per Ventū & Acinacem, quicquam mentiturus sum apud te de Scyrbicis amicus. M E N I P . Evidem tuum iusfirandum baud magnopere desiderabam: pro inde recte facis, qui nullū dcorū iures. T O X A . Quid tu narras? An nō tibi uidentur esse dij, Ventus & Acinacis? Ad eo ne te fugit, quod nihil sit maius mortalib. uita ac morte? Per hec utiq; iuramus, quoties per Ventum & Acinacem iuramus: uidelicet per Ventum, tanquam qui uite sit causa: per Acinacē uero, ut qui mortis sit autor. M N E S I P . Atqui si ista idonea causa est: profecto multos alios quoq; deos estis habituri tales, qualis est Acinaces: puta iaculū, lanceam, uenenu, funem, atq; his consimilia. Quandoquidē maior est iste deus interitus, atq; innumerabiles aperit uias, quibus ad illum fit aditus. T O X A . Vide quam contentiose nunc, quamq; litigiose isthuc facis: dum medio sermonē interellas me, excutisq; ac disturbas orationē meam. At ipse loquente te, silentium agebam. M N E S I P . Age, non sum isthuc posthac fakturus Toxaris. Et optimo iure obiurgas: quare perge cōfidenter quod restat dicere; perinde quasi nec ad sim dum loqueris, adeo tibi silebo. T O X A . Quartus igitur agebatur dies Damadii & Amizocæ, ex quo amicitiam inierant, ac mutuum sanguinem pariter biberant. Venerant interea in regionem nostram Sauromatae, cum equitum de

cem milibus: peditum autem ter tantam aduenisse fere batur. Si nimirum quum in nos irruissent imparatos, ne que expectantes illorum insultum, omnes quidem cedere cogunt, complures autem repugnantes occidunt, nonnullos et viuos abducunt, nisi si quis effugerat transiens in ulteriore fluminis ripam, ubi nobis dimidium copiarum, et pars currum erat. Sic enim id temporis castra fueramus metati, haud scio quo consilio Archiplanorum, id est, ducum nostrorum, ad utrang; Tarrae ripam. Protinus itaq; et preadas abigebant, et captiuos abducebant, et tentoria diripiabant, et curribus potiebantur, atque ijs plerisque cum uiris captis, et sub oculis nostris concubinas, uxoresque nostras constiterant. Nos porro rem indigne tulimus. At Amizot ea quae duceretur (erat enim captus) nominatim inclamerunt amicū, misere uinctus, simulque calicis et sanguinis commonefecit. Quod simulatque exaudierat Dandamis, nihil etiam contatus, spectantibus omnibus, transiuit ad hostes. Ibi Sauromate densatis telis irruerunt in illum: iam confixuri, nisi succlamasset: Zirim. Hoc uerbis si quis sonuerit, postea non interimerit, sed recipiet, tanquam dedentem sepe redimendum. Moxque ad illos ducem adductus, reposcebat amicū: Ille redemptionis premium postulabat. Neque enim prius dimissurum sepe, nisi maximum pro illo receperisset. Tum Dandamis: quae posidebam, inquit, ea omnia a uobis dipesunt: quod siquid est quod nudus prestare queā, id

sum paratus polliceri uobis: et imperato quicquid uoles. Et si ita uis, me ipsum huius in locum recipere, et abiutere ad quodcunq; tibi lubitum erit. Ad hanc Sauromata: Nibil, inquit, opus retinere te: presertim quū temet dedideris. Quin tu parte eorum que possides tradita amicū abduco. Rogat illico Dandamis, quidnam uellet accipere. Ille oculos postulat. Atq; hic protinus exhibuit cruentos. Deinde ubi essent excisi, iamq; preciū persolutum esset Sauromatis, recepto Amizoca, reuersus est innitēs illi: unaq; tranantes, incolumes ad nos redierunt. Id factum animum reddebat Scythis omnibus, neq; iam uictos esse rebantur scīc, quum uiderent, quod apud nos esset honorum maximum, id nondum esse abductum ab hostiis: uerum superesse egregiam mentē, et in amicos fidem. At idem Sauromatis formidinem non mediocrem inuiciebat: reputantibus cum cuiusmodi uiris, si se preparassent, essent pugnaturū tametsi tū quidem ex improviso superassen: proinde sub nocte relictis maxima ex parte pecoribus, incensisq; curribus, fuga se se subduxerunt. Porro Amizoca nō tulit disutius, ut uideret ipse, amico cæco Dandamide, sed ipsus semet ex oculauit. Atq; ita sedēt ambo, omniq; honore à populo Scytbarū publicitus aluntur. Quid tale Mnesipppe uos referre possetis? Etiam si quis tibi donet, ut possis uel decem alios ad istos quinq; adiungere: etiam citra iusurandum, si ita uis, ut et multa liceat affingeret? At ego tibi rem nudam exposui. Tu uero si quem

talens

talem narrasset, non sum nescius, quanta ad ornanda
rei gratia phaleras narrationi fueris admixturus: quē
admodum supplicariit Dandamis: et quomodo sit ex-
cēcatus, et quae dixerit, et quo pacto redierit, et
quemadmodum exceperint eum Scytha, ad gratulans-
tes, bencq; ominātes, atq; id genus alia: cuiusmodi nos
ad demulcendas aures soletis artificio quodam adder-
e. Audi igitur et alium huic parem Belittam, huius
Amizocæ consobrinum. Is ut detractum ex equo à leo
ne Bastben amicum confecisset: nam forte simul crāt
in uenatu iamq; leo circumplexus illum, iugulo admo-
tus esset, atq; unguibus laniaret, desiliens et ipse, inuo-
lavit in tergum beluae, reflexitq;, in se se prouocans,
auertensq;, atq; inter dentes digitos inferens, conatus
quoad licuit, Bastben è rictu leonis eximere, donec leo
omisso illo iam semimortuo, ad Belittam se se conuer-
tit, atq; ipsum quoq; circumplexus occidit. At ille mor-
tiens (nam tanto anteuertit) acinacem in leonis pectus
defixit. Itaq; pariter exanimati sunt omnes: nos autem
sepeliuimus eos, duobus aggestis tumulis inter se uici-
nis: altero amicorū, altero è regione leonis. Iam ter-
tio loco tibi referam Mnesippe, Macente, Lonchate,
et Arsacome amicitiam. Hic enim Arsacomes deperi-
ribat Mazeam Leucanoris filiā, qui regnabat in Bos-
poro: tum quum legatione fungeretur super tributo,
quod Bosporini semper nobis pendere soliti, id tempore
tertiū iam mensē ultra diem legitimum distul-

Pant. In coniuio igitur quum Mazeam uidisset procuram atq; decoram uirginem, amore captus est, graviterq; discruciaabatur. Iam itaq; que de tributis agerbantur, crant transacta responderatq; illi Rex, conuiuioq; accipiebat, mox illum dimissurus. Est autem mos in Bosporo, uti proci in coniuio petant pueras, narrantes quinam sint, quibusq; rebus frati, decreuerint eum in matrimonium accipere. Atq; id temporis forte fortuna multi aderant in coniuio proci, reges, ac regum filii, in his erat et Tigrapates Lazorum princeps, et Adyrmachus Machlynæ dux, alijq; cum his permulti. Oportet autem unūquenq; procum, postquam exposuit quis sit, et qua fiducia ad ambiendas nuptias accesserit, coniuari cum reliquis, tacitumq; ac cumberere. Deinde peracto coniuio, postulata phiala, minum in mensam effundere, atq; ita sponsam ambire, multum interea collaudantem sc̄e, quo genere, quibus opibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur modum cum multi iam libassent, postulassentq; regna et opes commemorantes: tandem Arsacomas, postulata phiala, non libauit (neq; enim mos apud nos uinum effundere, quin magis contumelia ista esse iudicatur in decim) sed baus sim bibens: Da mihi rex, inquit, filiam tuam Mazeam uxorem, qui multo sum potior istis, quantum ad opes ac possessiones attinet. Leucanore uero admirante (sc̄ebat enim rex pauperem Arsacomā, ac de plebe Scytharum esse) percontanteq; quantū pecorū, aut quanta

tunc

tum habes plaustrorum Arsacoma: nam ijs rebus uos
diuites estis. Imò nec plaustra, inquit, possideo, nec arn-
menta uerū sunt mihi duo amici, honesti, probiq; quae
les alij Scytharum nemini. Actum quidē ista dicens,
risus est, contemptuiq; habitus, uisusq; temulentus. Ma-
ne uero reliquis prælatus est Adyrmachus, jamq; spon-
sam abducturus erat in Maeotidem ad Machlyenses.
Porro Arsacomas domum reuersus, amicis indicat,
quemadmodū reiectus esset à Rege, risuq; habitus in
coniuio, quū pauper esse putaretur. Atqui dixram,
inquit, illi quātas haberem opes: nempe uos, ó Lonchae-
ta atq; Macenta, uestramq; benevolentia longe presta-
re, multoq; firmiore esse Bosporanorū opibus. Verum
hac dicentem, me subsannauit, contempsitq;: Et Adyr-
macho scilicet Machlyensi tradidit aportandā spon-
sam, quod aureas phialas se diceret habere decem, pro-
terea currus quaternis sedilibus octoginta: ad hec ouī
um boumq; multam copiam. Sic uidelicet antetulit far-
tibus uiris pecorum multitudinem, operosa pocula, Et
currus graues. Proinde, ó amici, dupliciter excrucior:
nam Et Mazeam amo, Et iniuria mihi inter tantū bo-
minum illata, nō mediocriter mordet animum meum:
Arbitror autem Et uos ex aequo iniuria affectos esse.
Etenim ad unumquenq; è nobis tertia cōtumelie pars
pertinebat: si modo ita uiuimus, quēdmodū cœpimus
quū coniungeremur: nimirū ut unus homo simus, ijsdē
dolentes, ijsdemq; gaudentes. Imò, inquit Lonchates,
unusqui:

anus quilibet è nobis totus iniuria afficiebatur, tum quā
in te ista fierent. Quomodo igitur (inquit Macentes)
bis in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, ne
gocium suscipiamus. Atque ego quidem recipio Arfas
come me caput apportatum Leucanoris. Tu uero
ponam erpta huic adducas oportet. Ita fiat, inquit.
At tu Arfacom, inter haec (nam his peractis uerissimi-
le est exercitu ac belllo fore opus) hic mane, quo con-
trabis et appares arma, equos, atq; aliarū rerū uim,
quantam potes maximam. Facillime autem plurimos
adiunxeris; partim quod ipse strenuus, partim quod
nobis non pauci sunt familiares: Maxime uero si defes-
deris in tergore bouis. Hec ubi placuerint, hic quidē
quantum potuit, rectā profectus est in Bosporum, pia-
ta Lonchates: alter, id est, Macentes ad Machlyenses,
eques uterque. At Arfacom domi manens, et cum
equalibus contulit, et ex familiaribus uim hominū ar-
mauit, Demum et in tergore bouis defedit. Consuetu-
do autem de sedendo in tergore bubulo buiusmodi est
apud nos. Vbi quis ab alio lesus est, cupitq; ulcisci, ne
que par esse pugnæ uidetur: tum boue immolato, car-
nes frustulatim cōcisæ, igni torret. Dehinc ipse porre-
cto humili corio, sedet in eo: in tergum reductis mani-
bus, more eorum, qui à cubitis uincti sunt. Et hoc qui-
dem apud nos maximum est supplicandi genus. Appor-
fitis autem bouis carnibus, ad euntibus domesticis: pre-
terea si quis aliis uelit, quisq; partem sibi sumit, ac de-

Etro pede tergum bouis calcans, pro facultate polli-
 cetur: hic quidem equites præbiturū se quinq; suopte
 cibo, suoq; stipendio: ille decem: aliis plures: aliis arma-
 tos pedites quo posse: atq; qui pauperrimus, seipsum
 duntaxat. Colligitur itaq; in tergo bouis, ingens non/
 nunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus,
 ex certissima fide cobaret, ex hostibus expugnatu dif-
 ficillimus est: non aliter, quam si iure iurando esset ad/
 actus. Nam in tergū ascendisse, instar iuris iurandi est.
 Arsacomas igitur his in rebus procurandis sat agebat:
 coieruntq; illi equites quidē circiter quinquies milie:
 tum armati ac pedites promiscue, uicies milie. At Lon-
 chates ubi ignotus peruenit in Bosporū, Regem adit,
 tractantem quiddā de regni negocijs, aitq; uenire qui-
 dem se se publico Scytbarum nomine, sed priuathm res
 maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset: De publi-
 cis, inquit, negocijs, haec in presentiarum denunciant
 Scythæ: ne uestrī pastores in planiciem usq; transgre-
 diantur, sed intra Trachonem pascant. Ceterum latro-
 nes de quibus expostulatis quod regionem uestrā in-
 cursent: negant eos publico consilio emitti, sed priua-
 tum sui quenq; lucri causa p̄edari. Quod si quis illo-
 rum deprehendatur: tui arbitrij esse, ut in eos animad/
 vertas. Hec quidem illi denunciāt. At ego tibi indico,
 gruēm in uos insultum futurum ab Arsacoma Mari/
 ante filio, qui nuper Iratū egit apud te, idq; (opinor)
 quum filiam tuā postularit, non aſsequutus sit abs te:

ob id

ob id indignatur, sed etq; in tergore taurino septimus
iam diem, cōtractusq; illi est exercitus haud exiguus.
Audiui (inquit Leucanor) & ipse, cogi uim copiarum
in tergum bouis. Quod autem aduersum nos cogerent/
tur, quodq; Arsacomas huius rei dux esset, id uero me
fugerat. At qui in te, inquit Lonchates, hic apparatus
constituitur. Mibi autem inimicus est Arsacomas, gra-
uiterq; fert, quod sibi preferat à natu maioribus, ex
quod in omnibus illo videar esse prestantior. Quod si
mibi sponseris alteram filiam tuam Barcetim, alio/
qui nec indigno uestra affinitate, breui tibi reuersus ca-
put eius apportaker. Spondeo Rex inquit, uidelicet
supra modum formidine correptus, propterea quod
non ignoraret, quā ob causam iratus esset Arsacomas:
nimirū ob nuptias, tum aliās quoq; metuerat semper
Scythes. At Lonchates: Iurato, inqt, te præstitū pa-
cta, neq; inficiaturum. Id quū fieret, iamq; resupinatus
in cœlum iurare uellet: Absit, inquit, ut hic, ne quis spe-
stantium coniçiat, qua gratia iuremus. Quin poti-
us hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus iur-
andum edamus, ubi nullus exaudiat. Nam si quid
horum inaudierit Arsacomas, uero ne me ante bel-
lum immolet, manu iam nunc non parua cinctus. Intro-
camus, inquit Rex. Vos autem absistite quām longissi-
me. Neq; quisquam ad templum adeat, quem ego non
accersuero. Posteaquam igitur ipsi quidē introgredi
sunt, satellites autem procul abstiterunt, vibrato glas-
dio

dio, simulq; altera manu obturato ore, ne vociferare tur, iactum in pectus adegit. Deinde caput defectum, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulans interim cum illo, breviq; sese dicens ad futurum, tanquam ad negotij quippiam emitteretur ab illo. Atq; ita reuersus eò, ubi equum uinctum reliquerat, consenso illo, redi- quitauit in Scythiam. Porro nemo est cum insequutus: quippe diu ignorantibus Bosporinis, quod acciderat, cum ubi rescissent, factiose de regno decertatibus. Hec itaque gesit Lonchates, præstititq; promissum allato Leucanoris capite. Porro Macentes in via factus cer- tior super his, que in Bosporo acciderant, peruenit ad Machlyenses: primusq; illis nunciū attulit de Rege tru- cidato. At populus, inquit, te Adyrmache, gener cum sis, ad regnū uocat. Proinde fac ut ipse prior occupās, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, pu- ella uero te sequatur à tergo in curribus. Facile enī isthō pacto tibi conciliaueris multitudinem Bospora- norum, ubi Leucanoris filiam confexerint. Ego por- ro non solum Alanus sum, uerum etiam spōsae tuae cognatus maternus: siquidem nostra ē gente Mastera- ram Leucanor asciuit uxorem. Et nunc tibi adsum, missus à Masterae fratribus, qui sunt in Alania: demun- ciantibus ut quām potes oxyfime, te recipias in Bos- porum, neque per negligentiam committas, ut impe- rium ad Eubiotum deueniat, qui tamē frater nobis est Leucanoris, tamē Scytharū partibus semper fuit,

cum

cum Alanis simultates gerit. Hæc quidem dicebat Macentes. Erat autem eodem cultu, eademq; lingua cum Alanis. Commune enim horū utrung; Alanis cum Scythis, nisi quod nō magnopere comati sunt Alani quem admodum Scytha. At Macetes in hoc quoq; illis erat assimilis, uidelicet detonsa coma: quatinus conueniebat Alanum minus esse comatum, quam Scytham. Itaq; his rebus factū est, ut illi fides haberetur, putareturq; Maſteræ ac Mazæe cognatus esse. Et nunc, inquit, o Adyrmache, ad utrūuis paratus sum: uel proficiſci tecum in Bosporū, si uelis: uel manere, si sit opus, ac ſponſam adducere. Iſthuc equidem, inquit Adyrmachus, longe malim, quandoquidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum unā proficiſcaris in Bosporum, unum duntaxat equitē numero addideris. Quod si mibi uxorem aduexeris, multorū instar fueris. Atq; ita factum est, et bic quidem iter ingressus est, Macente tradens ducendā Mazeam, quæ virgo etiam dum erat. At ille per diem quidem illam curru uehebat: uerum ubi nox incubuiffet, imposita equo (nam id curarat, ut aliis quidam equeſſe conſequeretur) tum interfiliens ipſe, nequaquam deinceps ad Maeotim iter faciebat, ſed deflectens ad mediterraneam, relictis ad dextram Mitræorum montibus, quum uirginem inter rim aliquoties interquiescere iuſſam refocillasset, intra triduum à Machlyensibus in Scythiam uſq; permensus est uiam: ſtatimq; equus eius ubi deſtituiffet à cursu paulisper

paulisper astans exanimatus est. Porro Macentes Ar
facomæ Maxæam in manū dans: Accipe, inquit, à me
quoq; id quod sum pollicitus. At illo ad insperatū spes
et aculum stupefacto, gratiasq; agente: Desine, inquit,
Macentes ac noli me alium à tēipso putare: nam mibi
profecto gratias agere ob hæc que feci, perinde est,
ac si sinistra mea gratias agat dextræ, quod vulnerar
te sibi subministravit, atq; officiose curam egit ægros
tantis. Ridicula nimirum & nos fecerimus, si iamdu
dum commissi, & quatenus licet in unum conflati, ma
gnum adbuc esse credamus, si qua pars nostri officiose
quid egerit pro toto corpore. Etenim pro scipso fecit,
quum pars sit totius beneficio adiuti. Atq; ad bunc qui
dem modum Arfacomæ gratias agenti, Macentes re
spondit. Ceterum Adyrmachus ubi sensit insidias, non
perrexit ire in Bosporum: iam enim Eubiotus rerum
potiebatur accersitus à Sauromatis, apud quos fuerat
diuersatus: uerum in patriam reuersus, contractis in
gentibus copijs, per montuosa irrupit in Scythia: pau
loq; post irruit & Eubiotus, cum Græcos undecunq;
poterat secum ducens, tum Alanos & Sauromatas ac
ceritos, utrinq; uicies milenos. Coniunctis autem co
pijs, Eubiotus atq; Adyrmachus nonaginta milia con
fecerunt, atq; ex his tertia pars equites sagittarij. Nos
autem (nam & ipse ad hanc expeditionē contuleram,
addens ijs, qui intergum taurinum conuenerant, equi)
bes ad plenū instructos centum) cōtractis haud multo

minus triginta milibus, unà cum equitibus operiebas
mūr insultum, ductore Arsatoma. Ut autem admonehan-
tes illos cōfeximus, contraduximus agmen, premis-
sis in hostem equitibus. Atq; ubi iam diu acriter esset
pugnatum, tandem cessere nostri, interrupta phalan-
ge. Postremo in duo dissectū est uniuersum agmen Scy-
thicum: pars subduxit se, non omnino palam uicta, ne-
rum ita fugiebat, ut locum dare uideretur: adeo ut Ala-
ni ad multum tempus in se qui non auderent: partem al-
teram, quæ eadem erat imbecillior, cingentes Alani ac-
Machlyenses, unde quoq; cœdebant, confertim iaculis
emissis, atq; sagittis, sic ut uebementer laboraretur à
nostris, qui tenebātur obfessi. Et iam pleriq; arma pro-
iecerant, quorum in numero forte erat Lonchates &
Macentes: iamq; ambo uulnus acceperant, dum ante
alios se se periculis obijciant. Hic quidem adusto femo-
re, puta Lonchates: Porro Macentes securi fanciato
capite, tum conto in bumerum impacto. Quod simul
atq; sensit Arsatoma, quum in altero agmine esset no-
biscum: turpe ratus, si desertis amicis non adesset, subi-
ditis equo calcaribus, cum clamore in hostes tendere
cœpit, sublato gladio adeo, ut Machlyenses uiam ani-
mi non sustinuerint, sed uiam illi fecerint, ut transiret.
At ille receptis amicis, tum aduocatis & alijs, impe-
tum fecit in Adyrmachum, impactoq; in cervicem gla-
dio, ad zonam usque dissecurit. Quo fuso, dissipata est
omnis acies Machlyensem, paulo post & Alanorum:

Denique

Denique cum his Greci quoq;. Atq; ita redintegrato
prælio, nos superiores extitimus, diuq; sumus inseque-
ti trucidantes, donec nox finem imposuit. Postero die
ab hostibus uenerunt legati, qui supplices pacem atq;
amicitiam orarent. Bosporani duplicatum tributum
pensuros se se pollicebantur: Machlyenses obsides dae-
tueros se confirmabant. Alani ita eam inuasionem com-
pensaturos se se spondebant, ut Sindianos nostro nomi-
ne uellent aggredi, quibuscum multo iam tempore nos
bis fuerat similitas. His de rebus auditis suffragijs, in
primis autem Arsacomæ & Lonchatæ: pax inita, duo
bus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. Huius
iusmodi Mnesippe, audent Scythæ amicorum causa fa-
cere. M N E S. Tragica prorsus, o Toxari, fabulisq;
similia. Et propitius sit Acinaces & Ventus, per quos
iurasti: si quis ista non credat, non admodum repres-
bendendus esse videatur. T O X A. At uide, uir egrer-
gie, ne incredulitas ista ab inuidia uestra proficiatur.
Quanquam non me deterrebis non habendo fir-
dem, quo minus & alia his consimilia referam, qua
nouerim à Scythis esse gesta. M N E S. Tantum ne
longum facias, uir optime, neque usq; adeo admisi, ua-
giisq; utare sermonibus: ut nūc sursum ac deorsum Scy-
thiam, Machlyanamq; percurrens: deinde in Bosporū
discedens: postremo rediens prorsus abutare silentio
meo. T O X A. Parendū tibi & hāc prescribēti legē,
dicendumq; paucis, ne fatigeris unā nobiscū, audiendo

circūcursitans. Quin magis ausculta, que in meipsum
amicus Sisinnes nomine præstiterit. Quum enim Athē
nas relictā patria proficiserer, idq; cupiditate Greca
nicarum literarum, appuleram Amastrim Ponticam.
Ea est urbs bāud procul à Carambe diſta in promon
torio, obuia ijs, qui à Scythia nauigant. Comitabatur
autē Sisinnes, mihi à puerō amicus. Nos igitur ubi res
quasdam importatas in portu spectassemus, in cumq;
è naui subduxissimus, emimus, nibil sufficantes mali:
interea fures quidam effracta scra, sustulerunt uniuers/
fa, adeo ut non reliquerint, quod uel in cum dicim suffi
cere posset. Ergo quum domum essemus reuersi, cogni
to quod acciderat, non uisum est in ius vocare uel uici/
nos, qui plures erant, uel hospitem, ueriti ne plerisque
sycophante uideremur, si dixissimus nobis ab aliquo
sublatos esse Daricos quadringētos, tum uestium per/
multum, ad hæc tapetia quedam, deniq; quicquid ha/
bueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus, quid
esset faciendum, omniū rerum egenis, idq; in urbe pe/
regrina. Ac mibi quidem ita uisum est tum temporis,
statim demerso in ilia acinace, uitam fugere, priusquā
ignauum quippiam, aut indignum esset ferendum, uel
fame, uel siti enecto. Contra Sisinnes consolabatur, ob/
scrans ne quid tale facerem. Aiebat enim excogitas/
se seſe, unde nobis uictus suppeteret. Et eo quidem die
baiulandis ē portu lignis allata mercide uictum suppe
ditauit: mane autem obambulans in foro, pompā quan
dam

dam aspexit iuuenum (quem admodum diebat) elegan-
tium ac strenuorum. Hi nimis uirilim lecti, uti mores
ecce proposita singularē certamen inirent, in tertiam
diem erant decertaturi. Ergo quum omnes huius ne-
gocij conditiones audisset, accedens ad me: Causa post-
bac inquit, Toxari, ne te ipsum pauperem dixeris. Si.
quidem tertio abhinc dic diuitem te reddidero. Hec
auit, atq; interea ægre parato uictu, quum iam specta-
culum esset institutum, spectabamus et ipsi: etenim af-
sumptum me duxit in theatrum, tanquam ad iucundum
aliquid, nouumq; spectaculum Græcorum. Ergo ubi
concedissemus, spectabamus. Ac primo quidē feræ pan-
tim iaculis confixa, atq; à canibus agitate, partim im-
bomines quosdam uinctos emisse, nocentes quo spiam,
ita ut coniūcībamus. Ut autem prodicunt, qui erant
ad singulare certamen conducti, ac producto iuene-
quodam prægrandi, dixisset prece: Si quisquam uelit
cum hoc singulari certamine congredi, prodeat in me-
dium, premium pugnae accepturus drachmarum de-
cem milia, Ibi protinus assurrexit Sisinnus desiliens,
polliceturq; se dimicaturū, simulq; poscit arma. Tum
acceptam mercedem, decem milia mihi deferens, in ma-
num dat: Si uicero, inquit, Toxaris, una proficiscemur,
suppetetq; commeatus: si cecidero, sepulto me, redi-
rurus in Scythiam. Ego quidem his auditis singulie-
bam. At ille sumptis armis, reliquum quidem corpus
muniuit: At galeam nequaquam imposuit, sed nudo con-
sistens

sistens capite pugnabat. Et initio quidem ipse uulnus accepit, recto gladio, succiso poplite, ita ut multum sanguinis deflueret. Ego incerim iam metu premortui me crav. At ille confidentius inuadentem aduersarium obseruans, ferit in pectore, transfigitque; ita ut protinus ad pedes illius procumberet. Ille sejus et ipse uulnere, mortuo incumbebat: parumque aberat, quin ipse quo que efflaret anima, At ego accurrens erexi, animumque reddidi. Porro ubi dimissus est, iam uictor declaratus: sublitem illum, domum deportauis: multumque temporis curauis a medicis, superuixit quidem, hodieque agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea, claudus tandem adhuc est ex uulnere. Hec res Mnesippe non apud Machlyenses, neque in Alania gesta est: ut testibus careat, et facta credi queat: uerum complures extant Astriani, qui de pugna Sisinniae memorant. Finem iam faciam: si tibi quinto loco factum Abauchae retulero. Apupulit aliquando Abauchas hic in Borystenensem ciuitatem secum adducens et uxorem, quam unice diligebat, liberos duos, alterum quidem masculum lactentem, altera uero erat puella septem annos nata. Erat autem peregrinatio comes et huius amicus Gyndanes, atque is quidem ex uulnere laborans, quod in uia accepierat a latronibus, qui eos fuerant aborti: cum quibus dum pugnaret, iactus est in femore: ita ut ne stare quidem posset pre cruciatu. Itaque noctu dormientibus illis (nam forte in coenaculo quodam diversabatur) ingens ortum est incendi

incendium, omniaq; circunclusit, iamq; flamma undiq;
domum circūdedit. Ibi ex perrectus Ab auctbas, relictis
liberis plorantibus, repulsa uxore, que inbærebat, ius/
faq; ut ipsa se se seruaret, amico in humeris sublato des/
cendit, perrumpensq; euasit, ita ut nequaquam incen/
dio lederetur. Vxor infantem baxlans consecuta est,
monens puellam, ut se se consequeretur. Ea uero se
misita, abiesto ex ulnis infante, uix exiliit ē flamma.
Deinde puella una cum illa ueniens, penè ex ipso extin/
cta est. Post hæc quā probro obiectaret quipiam Abr/
anche, quod desertis liberis, atque uxore, Gyndanem
extulisset: Imò liberos, inquit, denuo parare baudqua/
quam difficile: tunc incertum, an bi boni sint futuri: por/
rò amicum diu facrit, priusquam inueniam talcm, que/
lis est Gyndanes: cuius amor mibi multis argumentis
est exploratus. Dixi Mnesippc, è pluribus bis quinque
propositis: iam tempus est pronunciari, utri nostrum,
aut linguam, aut dexteram oporteat amputari. Quis
igitur futurus est iudex? M N E S. Nemo. Neq; enim
constitueramus narrationis arbitrum. Sed scin quid
agemus? Quandoquidem in presentiarum, nullo pro/
posito scopo, sumus iaculati: de integro delecto arbi/
tro, alia amicorū paria apud illum referamus: deinde
ut succubuerit, ei tum quidē amputetur, uel mibi lim/
gua, uel tibi dextera. Aut si hoc crudele, quādo tu ami/
ciam admirari uisus es: ego nihil secius puto, nullam
esse mortalibus possessionem hac præstantiorem neq;

pulchriorem: quin ipsi quoq; in unum copulati, illud approbamus: ut ex hoc die in totam usq; uitam simus amici, utriq; victores, utriq; maximis potiti premijs: uidelicet pro unica lingua, unaq; dextra, binas uterq; habituri: atq; insuper oculos quoq; quaternos, pedesq; quaternos: in summa, duplia omnia. Eiusmodi namq; quiddam est, cum duo tresq; copulatur amici, qualcm Gryonem scriptores depingunt, senis manibus, ternisq; capitebus bominem. Siquidem (ut mea fert opinio) tres illi fuerunt, qui communiter omnia gerent: ut dignū est his, qui amicitia coniuncti sunt. T O X A . Probe dicas, atq; ita faciamus. M N E S . Verum neq; sanguine opus est Toxaris, neque Acinace, qui nobis amicitiam confirmet. Hac enim confabulatio, et quod eadem amamus, id multo certius est calice illo quem bibitis: propterea quod huiusmodi non obligationem, sed animum postulare mibi uidentur. T O X A . Placent ista, iamq; amici atq; hospites sumus: tu mibi bic in Gracia: ego tibi, si quando in Scythiam peruenieris. M N E S . Nimis ut sis sciens, ne quaquam me piges, at uel longius etiam proficiisci, si tales amicos nancisci liceat, qualcm esse te Toxari ex tua oratione coniicio.

Reuerens

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI AC DOMI

no, D . Renato episcopo Carni
tensi, Erasmus Roterodamus

S. D.

V M multis modis compertum haberem,
 ornatisime pater, quām candide de meo
 ingeniolo, meisq; nugis tūm sentias, tūm
 predices, uir alioqui naris emunctissime: Iamq; ad Ita
 licum iter accincto, per itineris comites nō licet cel
 studinem tuā interuisce: ut effet tamen interim quod
 te tui Erasmi cōmonefaceret, Luciani pseudomantene
 mis sceleratissimum quidem illūma, sed quo nō aliis sit
 utilior ad deprehendendas coarguendusq; quorundam
 istorū imposturas, qui hisce quoq; temporibus uel mag
 gicis miraculis, uel ficta religione, uel adsimulatis con
 donationibus, alijsq; id genus prestigijs, uulgo sūcum
 facere solent. Eum igitur leges, uti sp̄cto, nō modo cum
 fructu aliquo, uerum etiam summa cum uoluptate, pro
 pterea quod intelligam te, licet preter generis clarita
 tem, fortunae splendorem, munera autoritatem, scrips
 illis ac tetricis studijs absolutum, non solere tamen ade
 modum ab his etiam elegantioribus Musis abborrere:
 Et huiusmodi laetus nec inamoenos nec infrugiferos ar
 duis negotijs libenter interuisce. Porro quicquid
 i s est, uel

est, uel nigri salis, quem Momo tribuunt, uel canadi, quem Mercurio asscribunt, id omne in uno Luciano copiosissime reperias licet. Carnutensis oppidi, tam splendidum profecto, tamq; celebre phanum, fulmine confusasse, dici non potest quam feram acerbe. Bene uale in redditum ex Italia nostrū. Lutetia, Anno M D V.

LVCIANI ALEXAN
DER SEV PSEV DOMANTIS,
Def. Erasmo Roterdamo interprete.

V quidem charissime Celse, leuem forte quandam ac facilem proximam tibi mandare uideris, cum inter iungis ut Alexandri Abonotichite impostoris uitam, commenta, neq; nō audaciam prestigiasq; libro complexus, volumen ad te transmittam. Verū si quis ea conetur omnia ad plenū enarrare, id profecto non minoris sit negotij quam Alexandri eius, cui Philippus fuit pater, res gestas literis prodere: tantus fuit scelere, quantus ille uirtute. At tamen si candide ignoscenterq; legere uoles, & quod narrationi deerit, id ex te imputare atq; addere: contum bunc te autore capessam, & Augiae bubile si non omne, at certe pro mea uirili repurgare nitar, paucis aliquot clatis copiinis: punitum ut ex his conjecturam facias

facias, quantus, quamq; immensus fuerit finis uniuersus, quem ter mille boues multis annis reddere potuerint. Sed ambo rū interim nomine calumniam uerborū tuo pariter ac meo: tuo, qui iubetas memorie literarū que monumentis tradi uirum longe sceleratissimum: meo, qui sumam operam in buiusmodi narratione, rebusq; gestis hominis, quem nequaquam oportebat ab eruditis legi, sed in frequentissimo quopiam & amplissimo theatro spectari à simijs aut uulpebus discerptum: quanquam si quis hoc crimen nobis impegerit, poteris tuus & ipsi nos exemplo quodam simili tueri. Etenim Arrianus ille discipulus Epicteti, uir inter Romanos cum primis laudatus, ac per omnem uitam in literarū studio uersatus, cum simile quiddam fecerit, pro nobis quoq; responsurus est. Nam is quidem Tilliboris latronis uitam describere non est granatus, Nos uero multum crudeliorem latronem memorie prodemus, qui pcp qui non in syluis ac montibus sed ipsis in urbibus sit Latrocinatus: neq; qui Minyam tantū, aut Idam sit pergrassatus, neq; paucas quasdam Asie partes, uidelicet desertiores depopulatus, sed qui uniuersam (ut ita dixerim) Romanorum ditionem suo complevit latrocino: Ac primū tibi de pingam hominē, effigiem eius quoad potero proxime uerbis adumbrans: tametsi nō sum ad modum pingendi peritus. Corpore igitur, ut interims ex hoc tibi representem, procerus erat, & affectus decorus, planèque specie diuina quedam ac maiestatis plena

plena, colore candido, barba non admodum hirsuta, co-
ma partim nativa tectus, partim apposita: sed hoc
ad conscienter efficta, ut uulgaris ferè nō sentisceret imita-
tam asciticiamq; esse. Oculi uebementer acres ac uerfa-
tiles, tum diuinum quiddam reluentes. Vox dulcissi-
ma pariterq; clarissima. In summa quo ad bas res, nulli
la ex parte poterat improbari: ac figura quidem boni-
nis erat huiusmodi. Cæterum mens atq; animus, o malo-
rum depulsor Hercules, o auersor tristium Iuppiter,
seruatoresq; Dioscuri, in hostes potius contingat inci-
dere, quam cum eiusmodi quopiam babere cōmerciū.
Siquidē ingenio, solertia, acumine longe præstabat cer-
teris mortalibus. Tum curiositas, docilitas, memoria, o
ad disciplinas ingenij felicitas, horū unūquodq; supra
quam dici poscit, illi suppeditabat, quibus tamē pessimam
in partem est usus. Et quū haberet arma tam egregia
sibi suppeditata, illico nimirū omnium qui essent feele-
ribus nobilitati, facile summus cuasit, uel superior Cer-
copibus, Eurybato, Phrynonda, Aristodemo, Sostrato.
Nam ipse cum aliquando Rutiliano scriberet genero,
modestissimeq; de se loqueretur, Pythagore semet ad-
similabat. At qui ueniam mibi dabit Pythagoras, uir ille
qui idem sapiens, ac mente diuina: ceterū si huius eti-
te uixisset, puer (sat scio) præ hoc uisus fuisset. Sed heus
tu per Gratiam, caue putas hæc in Pythagore contume-
liam me dicere, quasi uelim eos similitudine rerum ge-
storum committere. Verum si quis deterrima queque

et probrosissima, quæ de Pythagora per calumniam
feruntur (quibus eisdem haudquaquam fidem perire
de ut ueris habuerim) si quis tamen conferat in unum,
ea nimis omnia, uix etiam minimam particulam ad
equent Alexandrinæ uersutiæ. Prorsum enim imagi-
nare mihi, et cogitatione finge, quam maxime uariam
ingenij temperaturam, indolentemq; ex mendacio, dolis,
periurijs, maleficijs confusam, promptam, audacē, uer-
satilem, et ad efficiendum quæ cogitasset nullum refu-
gientem laborem, appositam ad persuadendum, cuiq;
facile fides habenda uideretur: tum quæ mire simula-
ret optima quæq;, ea quæ à mente essent diuersissima,
præ se ferret. Primum igitur nemo cum illo congressus
est, qui non bac cum opinione discesserit, ut cum mortali
ium omnium optimum et quicquidimumq;: preterea simpli-
cissimum minimeq; fallacem iudicaret. Accedebat ad
bac omnia grandium rerū conatus, quum nihil pusile
lum cogitaret, sed ad maxima semper appelleret ani-
mum. Ita quum esset adolescentulus abducens formosus ac
modum, etate uidelicet tenera, ac uelut berbescente: illi
quod licebat partim è stipula coniucere, partim audire
ex his qui ita prædicabant: pañim sc̄e prostituebat, ac
mercede sui copiam faciebat ijs quibus lubitum fuisset.
Inter multos autem incidit in hunc amans quidam præ-
stigiator, ex eorum numero, qui magiam et diuinæ in-
cantationes profitentur, tum ille et amenta ad concili-
andam in amoribus gratiam, malorum immisiones in
hostes

hostes, rationem erudiendi reperiendiq; thesauros, heret
ditatum successiones. Hic ubi conspiceret bene ingenia-
cum puerum, atq; ad subministrandum arti negocioq;
suo propensissimum: utpote qui nō minus illius adama-
ret maleficium, quām ipse huius formam: eruditum cum,
semperq; deinceps pro adiutore ministroq; est usus. As-
is publicitus quidē & apud uulgas medicū scilicet ago-
bat: didicerat autē apud Tboonis Aegyptij coniugē.

Pharmaca mixta, salubria multa, at noxia multa.
Qorum omnīū successor hic atq; heres factus est. Por-
tò doctor ille & idem amator natione Tyanæus erat,
uidelicet ex corum numero, qui cum egregio Apollo-
mo Tyaneo illo erant uerfati, totamq; illius tragœdiā:
pernoverant. Vides quanam è schola tibi hominem res-
tro? Verū ubi iam barba plenus esset Alexander, Tya-
neo illo uita defuncto, in egestatem redactus, deflores-
cente simul & forma, unde uictum parare licuisset, mis-
bil postea paruum agitabat animo. Sed initio commer-
cio cum Byzantino quopiam, annaliū scriptore siro,
qui in certamina descendunt, omniū ingenij longe sce-
leratissimi: Cocconus, opinor, erat cognomen: circumspie-
bant, imposturis ludificantes, ac pingues homines (sic
enim illi peculiari magorum lingua uulgas appellant)
detondentes. In his Macetim mulierem opulentam na-
eti sunt, natu quidem grauiorem illam, quām ut amori-
bus esset idonea, sed quæ studeret etiam dum amabilis
haberi. Ab hac uictus copia suppeditabatur, atq; hanc

ex Bitynia in Macedoniam usq; sunt cōsequunti. Nam illi patria erat Pella, qui locus olim floruit sub Mace-
donicis regibus: nunc à paucis, ijsq; obscuris & humi-
libus incolitur. Ibi quum conspicerent immanni magni-
tudine dracones placidos admodū ac mansuetos, adeo
ut à mulieribus alerentur, & cum pueris una cubarēt,
& calcantes ferrent, neq; cōmouerentur, si quis strin-
geret premeretq;: deniq; perinde atq; infantes lac ē pa-
pilla sugerent (nam sunt id genus apud illos permulti,
unde uerisimile est, olim illam de Olympiade fabulam
increbuisse: quum Alexandrum conciperet, bniusmodi
dracone quopiam opinor, cum ea concubente) mero-
cati sunt ex his serpentibus unum, qui esset pulcherris-
mus, obolis sancē paucis. Atq; (ut Thucydidis utar uer-
bis) hinc iam bellum oriūr: nimirum quum duo facino-
rofissimi, & immami audacia præditi, neq; non ad male-
ficia promptissimi, societatem iniissent, facile perpen-
derunt hæc duo potissimum in hominum uita tyram-
dem obtinere, spem ac metum: quoru utroq; si quis ad
commoditatem uiteretur, forc ut is illico ditesceret. Si
quidem utriq; iuxta, uel ei qui metu laboraret, uel baie
qui spē teneretur, uidebant præscientiam quam maxi-
me necessariam esse, summeq; desiderari: atque bac mis.
Delphos olim fuisse ditatos, factosq; celebres: præter
rea Delum, Clarum, & Branchydas: nimirum homi-
nibus per hos quos modo dixi tyrannos, nempe spens-
ac metum, ad sacra confluentibus, ac futura prediscere
cupientibus

cupientibus, atq; huius rei gratia hecatombas immolan
 tibus, auricosq; dedicantibus lateros. Hac ubi interfuse
 uerfassent, ultroq; ac citro agitassent, uisum est uatici-
 nium oraculumq; constituere: etenim si res ea process-
 sisset, sperabant se protinus diuites atque felices fore.
 Quod quidem negotiū magnificentius etiam illis suc-
 cēdit, quam expectauerāt initio, & uel siccē melius euc-
 mit. Hinc iam spectare cœperunt: primum quidem de lo-
 co, dcinde quonam exordio, quāue ratione negotium
 oporteret auspicari. Cocconī igitur Chalcedonem op-
 portunam esse censuit, utpote regionem à negociatori-
 bus frequentatā, tum Thracie Bitbynięq; cōfinem, re-
 que longe distitam ab Asia Galatięq;, cunctis item hu-
 minentibus populis. At ē diuerso patriam suam praetus
 lit Alexander: nam diebat, id quod erat res, ad huius-
 modi negotiorum auspicationem aggreſſionemq; hor-
 minibus opus esse craftis & stolidis, & qui uiderentur
 admissuri: cuiusmodi Paplagones affirmabat esse hos,
 qui supra Aboni murum incolūt, nempe superstitiones
 plerosq; ac stolidos: qui si quis tantum apparuisset, libi
 cinem aut tympanistam, aut qui cymbala pulsaret se-
 cum adducens, cribro (quod aiunt) uaticinans, illico uer-
 bementer omnes in illum inhient, & perinde ut cœlū
 quempiam intueantur. Hac de re quum controuersie
 nonnihil inter illos fuisset, tandem cessit Alexander. Ita
 que profeti Chalcedonem (nam id oppidum uisum ēst
 bac parte habere nonnihil ipsiſis conducibile) in Apolli-
 nis tem̄

nix templo, quod est apud Chalcedonios uetustissimum,
æreas defodiunt tabellulas, quæ dicerent, breui admodum
Aesculapium unum cum patre Apolline in Pontum ad-
uenturū, atq; Aboni murum inhabitaturū. Et tabellæ
quum essent de industria reperæ, facile efficerunt ut
hic rumor in omnem usq; Bithyniam ac Pontum dimi-
naret, multo autem ante alios in Aboni murum: nam
hi protinus statuerant etiam templum erigere, iamque
fundamentis locum effoderant. Hic igitur in Chalcedo-
ne relitus, Cocconæ ancipitia quedam, atq; ambigua
obliquaq; cōscripsit responſa. Deinde paulo post diem
obit, à uipera (sicut opinor) ictus: in buius demortui lo-
cum accersitur Alexander, ac succedit iam comatus,
cæsaricq; promissa, tunicam indutus purpuream albo
intermixtam, supra eam ueste amictus candida, falcem
tenens exemplo Persei, à quo se maternum genus duce-
re prædicabat. At perditissimi illi Paplagones quum
ambos illius noſſent parentes obscuros atq; humiles, ta-
men oraculo crediderunt ita canenti:

Perfides genere gratus Phœbo iste uidetur:

Dius Alexander Podaliri sanguine cretus.

Hic nimirū Podalirius libidinosus erat, ac naturam us
licerosus, adeo ut à Tricca ad Paphlagoniam usq; in Alex-
andri matrem sit incitatus illectusq;. Repertum est
aliud oraculum, quasi Sibylle prædiuinantis.

Ad maris Euxini littus, iuxtaq; Sinopam

Tirside erit quidaam Ausonia de gente sacerdos.

Qui prima ex monade, tribus ac decadiis, referibile
 Quinq; alias monades, vicendq; ter repetita
 Quadrorbem numerum, referentem nomina dixi,
 Qui ueniet laturus opem mortalibus ægris.

Alexander itaque multo post in patriam irruens cum
 eiusmodi Tragœdia, cōspicuus erat ac splendidus: quū
 interim furore afflatum sese nōnunquam adsimulabat,
 ore spuma completo: id quod ille facile efficiebat, radis
 eule (ca est herba lauandis lanis idonea) radice com-
 manducata. Ceterum illis diuinum quiddam, ac formi-
 dandum spuma uidebatur. At multo antea sibi finxe-
 rant, parauerantq; è linteis confectum draconis caput,
 quod speciem quandam humanaam præse ferret, colo-
 rum fucis mire adsimulatū, quodq; pilis equinis os et
 aperiret, et clauderet. Tum lingua (sicut est draconū)
 bisulca atra prominebat, que et ipsa pilis agebatur.
 Porro Pellacis ille draco iam pridem erat in promptu
 domiq; alebatur: quum res postularet, tum ab illis pro-
 ferendus, unaq; in partē Tragœdiam alturus, uel prin-
 ceps potius buius futurus fabule. Iam uero ut erat mas-
 turum aggredi, tale quiddam machinatur, noctu uenit
 ens ad templi fundamēta nuper effossa. Constat erat dis-
 tem in eis aqua, siue quod ea inidem alicunde destillar-
 erat, siue quod ex æthere deciderat: illic ouum antea
 excavatum deponit, quod quidem intus occultabat fot-
 tum recens editum serpentis. Id quum alte demerfisset
 in abditas luci cavernas, rursum illinc discessit. At mar-

hic quum in forum prossiliisset nudus, nisi quod subligari circum pudenda tectus erat, eoque inaurato: tum falcem illam gestans, simulque solutam uentilans, iactans que comam, corum more, qui à Cybele deorum matre afflati conueniunt, ac numine rapiuntur: consensa sublimi quapiam ara concionabatur, ciuitatem eam beatam esse prædicans, que mox deum propalam esset ostensura mortalibus. Porro qui aderant (nam concurserat uniuersa prope ciuitas) una cum mulieribus, senibus, pueris, admirabantur, ac uota facientes adorabant. At ille uoces quasdam sonans incognitus, nibilque significantes, cuiusmodi sint Hebraeorum aut Phoenicium, attonitos eos reddebat, ut qui nibil intelligerent eorum que dicebat nisi solum hoc, quod Apollinem Aesculapiumque passim admiscebat, Sub hec ad insti-tutum templum curriculo fugiebat, accedensque ad fossam ac fontem illum quem iam ante conditum oraculum prestruxerant: ingressus aquam, magna uoce caiuebat laudes Apollinis & Aesculapii, inuitabatque deum, uti dexter ac felix in ciuitatem adueniret. Deinde peribiam postulat, eam porrectam à quapiam, facile immergens, una cum aqua lutoque haurit & ouum illud in quo nimirum ille deum concluserat, candida cera, ceteraque commissuram operculi ferruminans. Id quum manu cepisset, affirmabat iam Aesculapium tenere se. Interim illi stupidis defixisque intuebantur oculis, expectantes quidnam esset futurum postea;

iamdudū admirantes ouum in aqua repertum. Porro
posteaquam fregisset idem caua uola cōpressum, ac ser-
pentis illius foetum exclusum excepisset, simulatq; mor-
uentem bunc sese conspicerent ij qui aderant, ac digi-
tis circumvoluentem, protinus uocem tollebant, deūm
que cōsalutabant, ac ciuitatem eam fortunatam esse di-
xitabant: singuliq; affatim uotis implebantur, thesaue-
ros, opes, prosperam ualitudinem, aliaq; id genus ab il-
lo flagitantes bona. Hic ille rursus cursim sese domum
abripuit, unā secum aportans, modo editum in lucem
Aesculapium, bis natū scilicet, cum semel duntaxat na-
scantur homines: atq; cum nō ex Coronide per Iouem,
id est, cornicula (nam id matris nomen fertur) neq; ex
cornice, uerum ex ansere progenitum. Populus autem
uniuersus cōsequebatur, omnes afflati deo, atq; ob spes
animo conceptas furore correpti. Interdiu igitur se do-
mi continebat, sperans fore, id quod exuenit, ut fama
permoti, Paplagonum pars maxima concurreceret. Ego
posteaquam urbs ita esset hominibus referta, ut iam
redundaret: sed quibus omnibus iam tum cerebrū, tum
cor esset exemptum, nec ulla parte similes uiderentur
uiris pane uictitantibus (ut loquuntur poētae) uerū quib;
præter solam figuram nibil à pecudibus distarent: in
ediculis quibusdam, in lecto residens, eo uidelicet orna-
tu, qui uatem mire deceret: imponit in sinum Pelleum
illum Aesculapium, qui quidem erat, ut dictum est, mas-
ximus pulcherrimusq;. Hunc totum ubi collo circun-
dedisset

dedisset, caudā foras prominere sinens (Erat autem ins-
gens adeo, ut cum per pectus illius cffunderetur, pars
tamen bumi traheretur) solum autem caput sub alis
abditum teneret, illo nimirum omnia ferente: in taceis
illud draconis caput, altera in amictus parte contextis
ostendebat, quod prorsum illius esse draconis uideres-
tur, qui à pectore prominebat scilicet. Iam uero mihi
cogita, & diculae non admodum illustres, nec ad satietate-
tem usq; luminis capaces: tum turbam hominum conue-
narum, quiq; alijs ex locis alijs concurriscent, tumultus
antes: ac prius etiam quam ista uiderent, mente attonis-
ti stupefacti q; deniq; spēbus illis sublati: quibus ingre-
sis, nō mirum si res uisa est portentosa, uidelicet ex mo-
do pusillo serpente, intra pauculos dies tam immanem
exitisse draconem humana specie, atque eum insuper
mansuetum tractabilem q;. Protinus autem ad exitum
properabant, & priusquam exactius essent contempla-
ti, protrudebantur ab ijs, qui noui semper ingredieban-
tur. Porro è regione ianue, per quam intrabatur, pas-
tefactum erat & aliud ostium, per quod exiretur. Cus-
iusmodi quiddam & Macedonias in Babylone fecisse fe-
runt in Alexandri morbo, quum ille grauiter iam a gro-
taret: illi obsecssa regia desiderarent cum intueri, ac sus-
prium alloqui. Atq; hoc spectaculi scelestus hic non
semel, uerū crebrius exhibuisse dicitur, maxime si qui
diuites aduenissent recentiores ac nouitij. Hoc loco, mi-
charissime Celse, si uera fateri uolumus, equum est uer-

niam dare Paphlagonibus ac Ponticis illis hominibus,
 nimirum crassis & ineruditis, si delusi sunt, quum dra-
 conem manu contingent: nam hoc quoque largieba-
 tur Alexander ijs qui uoluissent: quumq; conspicerent
 in dubia malignaque luce imitatum illud illius caput,
 os scilicet nunc aperiens, nunc claudens, tanto artifi-
 cio, ut res plane Democritum aliquem requireret, aut
 certe Epicurum Metrodorum, aut alium huiusmodi
 quempiam, qui prorsus adamantinam aduersus bac, at
 que id genus alia, mentem obtineret: qui nullo pacto
 crederet, quiq; uel quid esset rei conjecturis colligeret:
 uel si uiam etiam modumq; praestigare non quireret,
 illud tamen antea sibi persuasum haberet, fugere qui-
 dem se se modum rationemq; prestigiatur: ceterum
 quicquid esset negotij, prorsus simulatum fucatumq;
 esse, ac ne fieri quidem illa ratione potuisse. Paucis er-
 go diebus confluxit tum Bithynia, tum Galatia Thra-
 ciaq; eorum qui renunciabant, unoquoque ut sit, affir-
 mante se se primum nascentem uidisse deū, deinde pau-
 lo post eundem contrahasse iam grandem admodum fa-
 ctum, multu etiam homini adsimilem. Accedebant ad
 bac picture, imagines, signa deum referentia, partim
 ex aere, partim argento efficta. Postremo nomen etiam
 ineditum: nam Glycon appellatus est, idq; iussu diuino
 carmine prodito. Ad hunc enim modum eloquutus est
 Alexander:

Sum ille Glycon: hominū lux, ex luce tertia proles.

Ast

Ait ubi iam maturum esset, ut cuius rei gratia hactenus omnia fuerant excogitata, responsa quoque redde ret ijs, qui requisiuerint: diuinaretq; accepta uidelicet ansa ab Antilocho, qui apud Cilices uatē cegerat. Nam is quoque post patris Amphiarei interitum, postrāque quām ille inter Thebanos extare desisset, patria pulsus, atque in Ciliciam profectus, haud incommode rem gessit, quum Cilicibus euentura prædicaret, binos oboles pro singulis accipiens responsis. Ab hoc, inquam, arrepta ansa, prædictit Alexander omnibus qui aduerterant, fore ut deus ipse responsa daret, eiusq; rei dictum quendam certum preloquutus est. Iusfit autem ut quisque quod uidetur, quodq; maxime discere uellet, id in libello conscriberet, cumq; funiculis obuinctum, circa argillāue, aut simili re qua piam obsignaret. Se uero receptis libellis, cum subisset adyta, iam enim oraculum erat extructum, & apparatæ cortinæ) ordine per præconem ac theologum euocaturum eos qui tradidissent: dehinc ubi de singulis esset edictus à deo, libellos redditurum, ita ut traditi fuerant obsignatos: subscripsi illis responso pro cuiusq; argumento, deo nimirum respondente, quacunq; de re quis esset sciscitus. Erat autem hic dolus, homini cuiusmodi tu es, aut etiam (si modo dictu non est inuidiosum) cuiusmodi sum ego, manifestarius, neque difficilis animaduersu, uerum idiotis, quibusque nares essent mucco obsita, minime neque emuneta, prodigiosum, planèque incredibile.

k 4 quiddam

quiddam esse videbatur. Etenim quum uarias esset con-
mentus artes, quibus signa tollerentur, que quisque sci-
scitabatur, ea legebatur: atque ita que uiderentur, ad inter-
rogata respondebat. Deinde rursum obuincta obsigna-
taque reddebat, non sine summa admiratione eorum qui re-
cipiebant. Plurimus enim hic inter illos erat sermo, qui
tandem scire potuisse iste, que ego illi tradidi, sane quam
diligenter obsignata signis, imitatu neutriquam facilior
bus, nisi reuera deus esset quispiam, cui cuncta sint per-
spicua. Sed iam quibus artibus id efficerit, forsitan tu
me requires. Accipe, quo uidelicet imposturas eiusmo-
di deprebendere queas, et coarguere. Prima ratio sic
babebat Celse charissime. Eam cere parte que post si-
gnum barebat, acu candefacta liquefactam diducebat:
tum ubi legisset rursum calcactam acu ceram, eam
que a tergo funiculi fuerat, signo codice manente, facile
coagmentabat. Porro secundus modus constat per id,
quod collyrium uocant. Id conficitur ex pice Beryti-
tia, bitumine, ac lapide perspicuo trito, cum cera et
mastiche. Confectum igitur ex his omnibus collyrium
igni calfactum, inuncto prius suillo pingui, signo ap-
plicabat, ac symboli figuram excipiebat. Id simulans
que siccum esset factum (siccabatur autem protinus)
commode resignabat libellos: quibus prelectis, im-
positae cere denuo, perinde atque e lapide signum
idem imprimebat, ad archetypi similitudinem mire
effictum. Post haec iam tertiam acciperationem: Calce

in gluten incelta, quo aulgo codicillos adglutinant, atque ex his confecta cera, mollem abhuc eam admouebat signo, statimq; detrahebat. Nam illico siccessit, adeo ut cornu uel ferro potius reddatur solidus. Hac ad imprimendum signum uti consuebat. Sunt præter has & aliæ complures uie, quas omnes referre nihil necesse est, ne parum uidear modestus, maxime quum tu in his quos de magorum artibus conscripsisti commentarijs tum pulcherrimis, tum utilissimis, quiq; modestos reddere queat, si quis in eis euoluendis ueretur, abude multa retuleris, longeq; his nostris copiosiora. Reddebat igitur oracula, divinabatq;, non mediocri ad eam rem utens ingenio, arteq; negotium reddens probabilius, dum alijs obliqua quedam & ambigua respondet ad ea que proponebatur, alijs penitus obscura. Quandoquidem & hoc oraculis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebatur, alios absortabatur, prout sibi magis conducere coniektasset. Nonnullis remedia morborū, uiteq; rationes prescribebat, cum sciret (ut initio diximus) complura atq; efficiacia pharmaca. Maiorem autem in modū Cytmides ab illo probabantur, id est nomen cōfictum emplasti, urfino adipe confecti. Porrò spes, rerumq; successus & incrementa, neq; non hæreditatum obuentus semper in aliud tempus reijciebat, illud interim addens: Cunus et ab hac tum obtингent, cum ipse uolam, quumq; uates meus Alexander me rogabit, proq; nobis uotę faciet.

k s Deniq;

Deniq; merces erat unicuiq; responso præstituta, nem
pe drachma cum obulis duobus. Ne uero pusillum aut
exiguum fuisse putas amice bunc questum, qui in annis
nos singulos ad septuaginta aut octoginta milia redie-
rit, usq; adeo audiis & insatiabilibus hominibus, ut sin-
guli supra decem aut quindecim rogationes traderent.
Ceterum ea que capiebat, non ipse solus solitus est insu-
mtere, nec rursum ad congerendas opes in tbeſaurum
reponere, uerum complurcis & alios habebat secum
adiutores & ministros, tum qui scitarentur, qui uenibu-
bus oracula conderent, qui responſa ſcruarēt, qui ſub-
ſcriberent, qui obſignarent, qui interpretarentur, quo-
rum unicuiq; pro dignitate meritoq; lucrum imparte-
bat. Ad huc nōnullos foras & in longinquas regiones
emandarat, qui famam eius oraculi inter gentes diſi-
parent, affirmātes ipsum etiam prædicere reuocareq;
fugitiuos, fures ac predones indicare, tbeſauros effodi-
endos ostendere, morbo laborantibus mederi, quosdā
etiam uita defunctos in uitam reuocare. Concurreba-
tur igitur undiquaq;, magnoq; tumultu concitati ade-
properabant, sacrificabatur, dicabantur munera, eadq;
duplicata, prophete discipuloq; dei. Iam enim & tale
quoddam oraculum exierat,

Muneribus decorare meum uatem atq; ministrū
Precipio: nec opum mihi cura, at maxima uatis.
Verum ubi iam pleriq;, quibus mentis plusculum iner-
rat, non secus atq; ex alta ebrietate resipiscentes, con-
ſpirassent

spirassent in illum, præsertim ex his, qui studebant Epicuro: iamq; paulatim in oppidis deprehenderetur universa præstigiatura, fictusq; fabulae apparatus: horrendum quiddam in eos edidit, dicens impijs et Christianis impleri Pontum, qui non uerentur in se turpis, simile maldecire: eos iusgit lapidibus pellerent, si modo uellet propicium habere deum. Porro super Epicuro huiusmodi quoddam oraculum prodidit: Sciscitanti cipi, quid ageret apud inferos Epicurus: plumbeis, inquit, compedibus uinctus in caeno desidet. Et adhuc miraris, si magnopere crevit eius celebritas oraculi, cum uideas interrogaciones aduentum, q; sint prudentes, quamq; eruditæ? Modis aut omnibus bellum erat illi cum Epicuro secum et irreconciliabile, idq; iure optimo. Nam cum quo tandem iustius bellum gerat, homo præstigiator, et monstris ac portentis amicus, ueris inimicissimus, quam cum Epicuro, uiro uidelicet qui rerum naturam perspectam haberet, quiq; unus quid in his esset uerum uideret? Nam Platoni, Chrysippo, aut Pythagoræ erat amicus, atq; alta cum illis pax intercedebat: At intractabilis ille Epicurus (sic enim appellat eum) erat illi plurimum inuisus, atq; id merito: quippe qui hec omnia ridicula ac ludicra duceret. Quā ob causam inter urbes Ponticas Amastrinum in primis habebat exosam, eo quod acceperat eos, qui cū Lepto erant, alias item horum consimiles q; plurimos eaq; in ciuitate uersari. Neg; unquam Amastrino cuiquam oraculum

oraculū reddidit: quin ubi conaretur etiam fratri pro
consulis respondere, deridicule profecto discessit, cum
nec ipse quemadmodum idonum oraculum fingeret
inueniret, nec haberet qui sibi in tempore posset com-
ponere. Nam cum illi de stomachi dolore cōquerenti,
uelleret prescribere, uti suillum pedem cum malua pre-
paratum ederet, hunc in modum ait:

Maluca pororum sacra cunimato Sipydno.

Crebrius autem (uti iam diximus) draconem ostender-
bat ijs qui uellent, haud totum tamen, sed caudam pa-
tibimur, ac reliquum corpus oculis exponens: caput
uero ne uideri posset, abditum in sinu scrubabat. Vtrum
quo magis etiam redderet attonitam multitudinem,
pollicitus est se se exhibitorum ipsum deum loquētem,
citraq; interpretem edentem oracula. Deinde non ma-
gno negocio, gruum arterijs contextis, ac per lineum
illud draconis caput, quod erat arte adsimulatum, ins-
sertis, alio quopiam per has foris insonante, res-
ponsitabat ad ea que proponebantur, uoce nimirum
per linteacum illum Aesculapium ad aures promas-
nante. Huiusmodi responsa è utrōque dicebantur, id
est, ipsius uoce redita: neq; quibuslibet, neque paſſim
dabantur, uerū ſplendidis modo atq; opulentis, et qui
grandia largirentur. Itaq; quod Seueriano redditū eſt
super expeditione in Armeniam fufcienda, ex Auto-
phonis erat. Adhortans enim illum ad incurſum eius
regionis, ſic ait:

Partbis

Partibus Armenijsq; citato Marte subactis,
Romā urbem repetes, & claras Tybridis undas:
Vertice sc̄pta gerens radijs distincta serenis.

Deinde posteaq; uecors ille Gallus persuasus, incursiō
mem fecisset, euenissetq; ut unā cum exercitu cederet
tur ab Othryade, hoc oraculum à monumentis sustine
lit, atq; aliud in eius locum substituit huiusmodi.

Agmē in Armenios ne duc: neq; enī expedit istibuc:
Ne tibi fæmineis uir àmictus uestibus, arcu
Exitium immittat, uitaq; ac lumine priuet.

Siquidē & hoc interim callidiſime fuerat cōmentus,
ut posterioribus substitutitijsq; rcfpōſis, ea quæ perpe
ram maleq; euenissent, sarciret ac mederetur. Sepius
enī agrotis priusq; morerentur, predixerat fore ut
reualeſcerent: quibus morientibus, alterū oraculū illi
eo paratum erat, quod superiori diuersa caneret.

Postbac definc opem morbo petere exitiali:

Mors etenim manifesta, nec evitare licebit.

Porrò cū nō ignoraret, qui in Claro ac Didymis, Mal
loq; responsa ferrebāt, ipſos quoq; buiusmodi quadā &
te diuinādi celebres haberi, eos sibi reddebat amicos,
plerosq; consultores ad illos remittens, his uerbis:

Nunc Claron ito, mei uocem patris auditurus.

Et rursus.

Branchydica accedas adyta, atq; oracula querat.

Et iterum.

Mallo nabi, Amphilochi querens oracula uatis.

Et bate

Et hactenus quidem de ijs, quæ intra patriæ fines usq;
ad Ioniā, Ciliciā, Paphlagoniā, Galatiāq; desis-
gnauit. Ut uero & in Italiā oraculi fama permanauit,
inq; ipsam Romanorū urbem: iam nemo omnium erat,
qui non alius alium anteuertere studebat, dum hi qui-
dem eo proficiscuntur ipſi, illi uero mittunt, potissimum
bi, qui potentia atq; autoritate plurimum in Rep. pol-
lebant: quibus princeps quasiq; signifer extitit Rutilia-
nus, uir alijs quidem honestus ac probus, tum cōplus-
ribus in prælijs Romanorum spectatæ uirtutis: sed quæ
in his quæ ad deos pertinent, parvū sanè saperet, ut cui
prodigiosa quædā de illis essent persuasa, adeo ut fici-
bi lapidem uel inunctū, uel coronatū confexisset, con-
tinuo procideret atque adoraret, ac diutius aduolutu-
uota faceret, bonaq; ac leta ab illo postularet. Hic igit
tur simulatq; de oraculo inaudisset, parum aberat quibz
omisso quem tenebat exercitu, in Aboni murū auola-
rit: alios autem post alios cōlegabat. Porro qui mitte-
bantur, seruuli nimirum idiotæ quidam facile decepti,
domum redibant, referentes partim quæ uiderant, par-
tim tanq; uidissent, audissentq;: permulta insuper accus-
mulantes illis, quo domino fieret cōmendatiores. In-
flammarunt itaque senem infelicem, & in uehementes
tem insaniam impulerunt. At ille paſsim ad omnes
amicos accedens, quos habebat quum plurimos, tum
potentissimos, enarrabat, partim ea, quæ ab ijs quos
miserauit, accipisset, partim quæ ex se effinxerat: Et ad
cum

eam modum iste compleuit urbem, concitauitq; quām plurimis item aulicis ex parte factis atq; attonitis. Qui protinus & ipsi cupiditate flagrare cōperunt, ut alii quid suis de rebus audirent. Porro Alexander aduenientes comiter excipiebat, ac xenijs, alijsq; magnificis donatos muneribus, ad eum remittebat: hoc agens, ut non solum renunciarent oracula, uerum etiam dei laudes cancerent, ac portentosa quædam de oraculo, deq; ipso mentirentur. Ex cogitarat autem ter se celestus ille quiddam neutiū inscitum, & ingeniosius, quām ut in vulgarem cōpetat latronē. Etēnī resignatis libellis, ac per lectionis: si quid offendisset in ijs, quæ proponebantur, ita scriptū: ut cum periculo ac discrimine eius qui scripsisset, si proferretur, coniunctum uideretur, apud se detinebat: neq; remittebat, quo uidelicet obnoxios, ac propemodum seruos ob metum fibi redderet eos, qui miserant: quum in mentem illis ueniret, cuiusmodi de rebus consuluerint. Intelligebat autem esse consuetudinem, ut qui opibus ac potentia precellerent, eiusmodi rogationes essent proposituri. Ab his munera quām plurima ferebat: quippe qui non ignoraret se intra casses eius teneri. Libet autem aliquot ex his responsis commemorare, quæ Rutiliano reddidit. Huic sciscitanti de filio, ex uxore priore suscepto, qui iam per etatem maturus esset, ut disciplinis eruditetur, quem instituendo in literis illi preceptorem deberet adbibere, ita respondit:

Pythagoras

Pythagoram, egregicq; canentem prælia uatem. Deinde paucis post diebus, extincto puerō, ipse quidē berebat: nec habebat quod incusantibus responderet: oraculo uidelicet itare presenti cōfutato. At Rutilianus optimus ultiro occupans, defendebat oraculū, affirmandis hoc ipsum portendisse deum, qui iubisset neminem quidem ē uiuis adolescentulo deligi præceptorē, sed Pythagoram potius, atq; Homerum iam olim defunctos, quibus cum credibile esset eum iam uersari. Quid igitur Alexandro uitio uertere conuenit, si isti usmodi homunculos dignos habuit, quibus fucum faceret? Rursum eidem percontanti, cuius tandem animam esset sortitus, ait:

Principio fueras Pelides, deinde Menander,

Deinde is qui nunc es: post fax phœbea futurus.

Ottaginta euum accentum produxeris annos.

At hic septuagenarius interiit, in insaniā uersus, haud expectato dei promisso, quanq; hoc quoq; oraculū ex Autopbonis erat. Eadem item de uxore ducenda percontanti, aliquando incunstanter ac palam respondit:

Ducito Alexandro natam, Lunaq; puellam.

Siquidem iam olim rumorem dissiparat, filiam quam habebat, ē Luna sibi susceptam fuisse. Lunam enim ipsius amore captam fuisse, quum dormientem aliquando confexisset: nam id illi familiare est, et formosos somno sopitos adamare. Porro Rutilianus uir prudentissimus, nihil cunctatus, protinus accersit virginem, nuptias.

tias conficit, sponsus iam sexagenarius, concubitusq;
socrum suam Lunam solidis Hecatombis placas: iamq;
sibi unus è coelitum numero videbatur. At hic ubi se
mel in Italia rem effet aggressus, maiora indices ad hæc
ex cogitabat, & in omnes Romanæ ditionis partes,
qui perferrent oracula, dimicabat, predicens ciuitat
tibus cauendam esse pestilentiam, incendia, terræmo
tus, se certa remedia traditurum, ne quid horum acci
deret, pollicebatur. Iamq; quam pestilentia increbuiss
et, unum quoddam tale oraculū, Autopbonon & hoc
quoquò uersum gentium prodiderat, uno carmine
comprehensum.

Intonsus rubem pestis depellit Apollo.

Atq; hunc uersiculum videre erat passim pro fori
bus descriptum tanquam aduersus pestilentiam reme
dio futurum. Verum ea res plurimis diuersam in par
tem euenit, propterea quod fortuna quadam sic acci
dit, ut ex domus, quibus hic uersus esset inscriptus, por
tissimum defolarentur. Neq; uero me putas illud dice
re, carmen in causa fuisse ut interierint, uerū casu quo
dam ad hunc modum accidit. Et haud scio, an pleriq;
freti carmine, negligentius ac securius nixerint, nibil
aduersum pestem præter oraculum adhibentes: perim
de quasi syllabas profuse pugnantes haberent, & ini
tonsum Apollinem telis pestem propellentem. Explor
atores item ex sua coniuratione quā plurimos Ro
manæ constituerat, qui sibi qua quisq; mente esset, indicar

rent: ac priusquam oraculum adiissent, illi significaretur quid nam essent percotaturi, quidque potissimum cupere uiderentur, ut etiam priusquam aduenissent igitur, qui mittebantur, ille iam ad respondendum instructus ac paratus esset. Atque hæc quidem est id genus alia machinamēta, aduersus Italicas urbes præstruxerat. Nam præter hæc et initiationes quasdam instituerat, tandem per manus tradendarum gestiones, et sacrorum ceremonias, quæ quidem tribus ex ordine diebus continenter peragerentur. Ac primo quidē die Atheniensium ritu, denunciatio fiebat bususmodi. Si quis impius, aut Christianus, aut Epicureus mysteriorum explorator accessit, discedat. Ceterum qui deo credunt et parent, sacris feliciter initientur. Sub hæc protinus exigebantur, illo praecunte, dicenteque: Formas pellantur Christiani. Tum multitudo acclamabat uniuersa: Fortas pellantur Epicurei. Dehinc Latone puerperū agebatur, et Apollinis natiuitas: tum Coronidis nuptiae: demū nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon in lucem emergens, deiisque exortus. Porro tertio die Poldirij cum Alexandri matre coiugium agebatur. Dadis autem is appellabatur, idque ex re, propterea quod faces quædam incenderentur. Postremo loco, Lune atque Alexander amores, ac nascentis Rutiliani coniunx. At uero facē gestabat, mysteriaque agebat Endymion Alexander, cum hic dormiens scilicet, in medio iaceret: descendebat autem in eum ē tecti fastigio, tanq; ē cælo, Lune uicem agens.

agens, Rutisia quedam formosissima cuiusdam è Cæsa-
tre & domus prefectoris uxor, que nimurum ut amabat
Alexandrū, ita uicissim ab illo amabatur. Ac sub oculis
perditissimi illius mariti, cum complexus agebatur,
tum oscula, idq; in propatulo. Quod nisi complures fu-
issent teda, forsan non nihil ex eorum quæ fieri solent
infrasimum, patratum fuisset. Paulopost rursum introi-
bat ornatus sacerdotali, multo cum silētio. Deinde ipse
primus clara uoce sonabat, Io Glycon. Assonabant autem
bene canori scilicet homines: nempe præcones ali-
quot Paplagones, Carbatinis calceati, plurimū allij
ridorem rustantes, Io Alexāder. Porro subinde inter
gestandas tadas, atq; inter mysticas saltationes, femur
illius de industria renudatum, aurum apparebat: pels.
le, sicuti coniūcio, inaurata circundata, atq; bac ad ter-
darum fulgorem relucente. Itaque quum duobus qui-
busdam ex eorum numero, qui desipienter sapientes
sunt, super bac reuerteretur altercatio: ntrum Pythagor-
ore animum possideret, uidelicet ob femur aureum,
an alium Pythagorico illi consimilem, atque eam con-
trouersiam ad ipsum Alexandrum retulissent: rex Gly-
con oraculo litem dissoluit.

Pythagore mens emoriturq; oriturq; uicissim.

Vatis at est animus diuina è mente profectus.

Hunc pater auxilio misit iustisq; pijsq;.

Et rursum:

Tecta Iouis repetet, louiali fulmine tactus.

I 2 Porro

Porro quum cunctis alijs denunciaret, ut à puerili con-
 cubitu temperaret, ceu re nefaria, vir ille egregius tas-
 te quiddam ipse machinatus est. Ponticis ac Papblago-
 nicis urbibus imperabat, ut tertio quoq; anno mittere-
 rent, qui deo dicarētur, siveq; laudes apud se canerēt.
 Verum mitti oportere spectatores ac selectos: nempe no-
 biliſimos & etate florentiſimos, formaq; eximios:
 Quibus inclusis perinde ut emptitijs ad libidinem ab-
 utebatur, modis omnib. in eos debacchari solitus. Prae-
 terea legē quoq; cōdiderat, ne quis maior anni octo
 decim ſeſe admoto ore completeretur, néue cum bar-
 ſio salutaret, ſed reliquias manum duntaxat oſculandā
 porrigens, ſolis etate, formaq; floridis oſculum dabant:
 atq; hiſ quidem inde cognomen inditum, ut intra oſcu-
 lum constituti dicerentur. Atq; in hunc modum uecor-
 dibus ac ſtupidiſ mortalibus illudens, perpetuo dein-
 cepſ ſuas nequitias exercebat, paſſim conſuprante uxo-
 res, paſſim liberis abutens. Quin magnum quiddam,
 cunctisq; optandū uidebatur, ſi cuius uxorem uel afpe-
 xiſſet modo. Porro ſi quam etiam oſculo dignatus fu-
 iſſet, nemo non ita putabat, quicquid eſſet bonarum fer-
 licitatum, id omne ſemel in eam domū influxurū eſſe.
 Erant insuper, atq; eae non paucae, quae ſeſe etiam pe-
 riſſe ex illo iactarent, quod ita eſſe mariti ſuo teſtimoni-
 o confirmabant. Lubet etiam dialogum tibi referre
 Glyconis & ſacerdotis, uiri cuiusdam Tyanei, cuius
 ſapientiam ex hiſ que ſcificatus eſt, coniicias licebit.

Hunc

Hancequidem legi pridem aureis descriptum literis,
 Tij, in ipsis sacerdotis ædibus. Dic, inquit, mibi rex Gly-
 con, quisnam es? Sum ille, inquit, minor Aesculapius.
 Num aliis ab illo priore? quid ais: Haud fas est ut isti
 buc audias. Sed quot annos apud nos permansurus, at
 que oracula redditurus? Ad millesimū tertium. Deinde
 quo demigratus? Ad Bactra, atq; in eas regiones. Si
 quidē oportet eis barbaros meo cōuictu, meaq; pre-
 sentia frui. At reliquæ fartes, puta quæ in Dydimis,
 Claro, Delphisq; reddūtur: utrū ab autore proficiunt
 tur Apolline, an uana sunt quæ illuc aduntur oracula?
 Ne istibuc quidē scire quæsieris, nefas enim. Ceterum
 ego quis tandem post hanc uitā futurus sum? Camelus,
 deinde equus, post bac uir sapiēs, ac uates nō inferior
 Alexandro. Atq; bac Glyconis cū sacerdote confabu-
 latio. Postremo eis oraculū carmine cōprehensum edi-
 dit, quum non ignoraret illum amicum esse Lepido:

Ne pare Lepido, namq; huic fatū instat acerbum.
 Mirum etenim in modum metuebat Epicurum, sicuti
 superius dictum est, nimirū ut artificem ac sapientem,
 suis artibus atq; imposturis hostē, atq; infensum. Itaq;
 ex epicureis quempiam, ausum se multis præsentibus
 cogitare, propemodū in uitæ discrimin adduxerat.
 Siquidem adiens ille, clara voce dicebat: Tu nimirum
 Alexander Paphlagoni uidam persuasisti, ut seruos
 suos apud Galatiæ præfectum capit is accerseret, hoc
 nomine, quasi filium ipsius, qui tum Alexandriæ eru-

diebatur, occidissent: At qui uiuit adolescentis, incolui
misq; reuersus est, famulis iam supplicio affectis, qui
tua opera bestijs traditi perierunt. Porro huiusmodi
quiddam acciderat. Cum adolescentulus amne aduer-
so in Aegyptum nauigasset, ad inundationem usq; sub-
ducto nauigio: persuasus est, uti pariter in Indiam nau-
garet. Itaq; dum diutius abesset, infelices illi cius minis-
tri rati uidelicet, uel in Nilo nauigantem interisse pu-
erum, uel à latronibus (nam id tēporis permulti gra-
fabantur) esse peremptum, reuersi sunt domum, renun-
ciantes quemadmodum ē medio sublatus esset. Deinde
proditum oraculum, damnati ferui, sub hec adebat ado-
lescentulus, peregrinationē suam enarrans. Atq; hec
quidē ille. At Alexander indignatione percitus, quod
coargueretur, neq; ferens approbatā sibi uanitatem,
iubuit ut qui adessent, lapidibus illum impeterent: alio,
qui ex ipsis impios facturos, atq; Epicureos appellan-
dos. Dumq; illi iam lapidare cœpissent: Demostratus
quidam, qui diuersabatur in Ponto: primus hominem
sui corporis obtegens obiectu, morti subduxit: alioqui
lapidibus obruendū, idq; iure optimo. Quid enim opor-
tebat unum inter tam multos insanentes, sanum esse,
atq; à Paphlagonum stulticia malum sibi accersere?
Et illi quidem hec euenerunt. Ceterum aduocatis iu-
sta oracularū ordinem ijs qui proposuerant (nam id
suebat pridie q̄ responsa redderet) præcone rogante,
annuntiari uellet, si cuiquam illorū ex adyto respon-
disset

difficit, in malam rem, huiusmodi bominem neque tecto
quisquam excipiebat, neq; igni, aquaue impertiebat:
uerum erat illi solum aliud aliò uertendum, tanquam
tempio, deorumq; contemptori, atq; Epicureo: quod qui
dem probrum omnium erat grauiissimum. Quapropter
unum etiam Alexander quiddam designauit ridi-
culum. Nactus peculiares Epicuri sententias, librum
(ut scis) longe pulcherrimum, summatim Epicureae di-
scipline decreta complectentem, medium in forum de-
portauit, ac lignis ficulnis exuſſit, tanquam autorem
ipsum exureret scilicet, ac cinerem abiecit in mare,
oraculo insuper eam in rem edito.

Edico decreta senis comburere cæci.

Haud perpendit scelestus ille, quantum adferret is li-
ber commodatum ijs, qui in eo legendo uersarentur,
quantamq; illis quietem, tranquillitatem, libertatemq;
pareret: propterea quod à pauoribus, spectris, ac pro-
digijs liberaret: tum spes inanes, atq; immodicas adime-
ret cupiditates, mentem sanam ac ueritatem insereret,
plane lustraret animum, non teda quidem, aut squilla,
aut alijs id genus nragamētis: immò recta ratione, uero,
ac libertate. Accipe iam facinus quoddā hominis sce-
leratissimi, unum inter omnia multo impudentissimū.
Qgū iam non mediocrē in Regiam aditum sibi pateſſ-
eſſet, inq; aulam Cœſarcā, præſertim Rutiliano rem
adiuante, atque approbante: quum bellum quod in
Germania grecbatur, maxime flagraret, diuo Marco

cum Marcomannis & Quadiis consente, oracula
diuulgauit, quo iubebat, ut duos leones viuos in Dan
biuum immitterent, marijs cum odoribus, ac sacris qui
busdā magnificis, sed p̄estat ipsum oraculū referre:

Gurgitibus fluuij turgentis ab imbris Istri

Immisce duos Cybeles edico ministros:

Monte feras alitas: tum quantū alit Indicus acr

Florū atq; berbarū bene olentum, moxq; futura est

Et uictoria, pax & amabilis, & doccus ingens.

Ea quum essent facta, quemadmodum ille prescripser
rat: leones quidem simulatq; in bostium regionem ena
tassent, Barbari canes quo spiam aut lupos esse rati, fu
stibus arcebant. At nostrorum protinus maxima stras
ges est consequuta, uiginti fermē milibus simul extin
sis. His consimilia sunt ea, quae in Aquilia contige
runt, quum parum absuerat, ut urbs ea caperetur. At
is ad id quod euenerat Delphicā illam responsonem,
Cræsoq; redditū oraculū, frigide sanē detorsit: dicens
deū quidē prædixisse uictoriā, baud tamē explicuisse,
utrum Romanorū esset futura, an bostiu. Tandē quum
plurimi iam eam in urbem confluarent: premcereturq;
Abonotichitarū ciuitas multitudine eorū, qui ad ora
culum uenitabāt, neq; sufficeret suppeditandis ijs, que
ad uictū erant necessaria, cōminiscitur oraculorū ge
nus quoddam id, quod nocturnum appellabatur. Si
quidem libellis indormire solet, ut aiebat ipse, deinceps
de, tanquam in somnio diuinicus e doctus respondebat:

m̄bil

subtil certitamen. Sed ambigue plerumq; ac confusim: maxime si quos libellos confexisset, accuratius acque obseruantius obsignatos . Ad hunc enim modum circa ullam resignandi periculum, quicquid temere in mensu tem uenisset, subscribebat: ratus & hoc ipsum oraculis conuenire. Erant autem ad id nonnulli constituti inter pretes, qui mercedem non exiguum colligebant ab ijs, qui eiusmodi capiebant oracula, ut enarrarent ea, ex plicarentq;, atq; hoc illorum munus cōductitum erat. Nam interpretum quisq; talentum Atticum pendebat Alexandro. Nonnunq; quū neq; consuleret quisquam, neq; missus esset aliquis: imò quū ne esset quidem cuiusmodi quippiam: tamen oraculū edebat, uti stultos mortales redderet attonitos. Quod genus illud erat.

Hunc age quare tuam qui tectus in ædibus, ac te
 Clam prorsum, uxorem uultuq; oculisq; decoram
 Stuprat adulterio, seruorum ex agmine primus.
 Ipse cui solus suafisti hæc omnia demens.
 Eius enim florem libasti, hoc dedecus ille
 Nunc tibi compensans, cum coniuge dormit berili.
 Quin ijdem tibi iam pridem letale uenenum
 (Ut neq; que faciant, possis audire, nec unquam
 Cernere luminibus) teste furtimq; pararunt.
 Inueniesq; tuo sub lecto pharmaca, iuxta
 Parietem, sub cervicali condita, porro
 Iste conscientia criminibus tua serua Calypso est.
 Quidis Democritus principio non commoueretur, ubi

nominatim et autores, et loca palam audisset designati: Verum illico despuisset, simulatq; cognouisset, quo bac artificio gererentur. Insuper et Barbaris non raro respondit, si quis patria lingua sciscitaretur, puta Syriace aut Gallice, quoties difficile erat inuenire conterraneos eorum, qui rogationem proposuissent: prius de receptis libellis, multum intercedere solet intervalli, priusquam oraculum redderet, quo uidelicet interim per ocium posset et solvere tuto libellos, et nancisci, qui cuncta possent interpretari. Quod genus erat et illud Scythe cuiusdam redditum oraculum:

Morphi ebargalis in umbram chnencbigranc, relinquet lucem. Alias rursum, quum nec adesset item quifiam, neq; tale quicquam omnino contigisset, citra carmen eloquutus est: Redito unde uenisti. Siquidem is qui te misit hodie, perijt, interemptus a Diocle uicino, accedetibus latronibus, Magno, Celere, ac Bubalo, qui nunc etiam comprehensi tenentur in uinculis. Ceterum pauca nunc accipe ex his que mihi ipsi responderit. Sciscitato an caluus esset Alexander, quum libellos palam atq; accurate obsignasse, responsum nocturnum subscriptitur: Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rursum quum diuersis libellis eandem rogationem proposuissim, puta cuiatis esset uates Homerus, idq; alio atq; alio nomine: alteri subscriptis, uidelicet deceptus a puero: qui rogatus qua gratia uenit: ut remedium, inquit, peterem aduersus laterum dolorem:

Cytmide

Cytuide te iubeo, ac Latone rore perungi.

Alteri uero ubi sciscitanti ei dictū esset, utrum mibi sa-
cius esset in Italiā nauigio, an pedestri itinere profici-
eret, respondit: nihil quidem quod ad Homerū attineret:

Carpe uiam pedibus, rate ne sulcaueris undas.

Multo id genus aduersus illum sum machinatus, quo
rum de numero fuit et illud: unica rogatione proposu-
ta libello pro more inscripto talis cuiusdam rogatio-
nes octo, nomen aliquod ementitus, missis drachmis
item octo: preterea quod fieri solitum esset adiun-
gens. At ille persuasus, partim missa mercede, partim
inscriptione libelli, ad unicam rogationem: ed erat
huiusmodi, quando deprehendendus esset impostor
Alexander, octo misit oracula: sed que neque coelum
(quod aīunt) neque terram attingerent, uerum absur-
da et intellectu difficilia omnia. Quod ille ubi in po-
sterum persensisset, preterea quod Rutilianum à ma-
trimonio conatus essem auertere, suassissimq; ne pror-
sus in diuinatione spes reponeret suas: oderat me uide-
licet, ita uti par erat, sibiq; acerrimum boitem iudica-
bat. Quodam itaque tempore percontanti de me, Ruti-
lianu ita respondit,

Noctiuagis gaudet scortis, spurcoq; cubili.

In summa iure optimo me iniussimum babebat. Proinde
de quum me in oppidum aduenisse sensisset, meq; Lucia-
num esse illum cognouisset: adduxeram autem milites
duos, alterū lancea, alterū eonto armatū, quos quidō à

Cappado

Cappadociae preside mibi tum amico acceperam, quo me ad mare usq; deducerent: accersit illico, sane quam comiter multaq; cum humanitate. Ego quum aduenissem, complures apud illū reperio: porrò bona quadam fortuna & milites unā mecum adduxeram. Tum ille manum mibi porrigit osculandam, quemadmodum uulgo facere consuerat: ego admotus, perinde atq; osculū daturus acri morfu corripio, ita ut parū abfuerit, quo minus illi manum mancam reddiderim. Itaq; qui presentes erant, prefocare me accedere conati sunt tanq; bominem sacrilegū: quippe qui iam inde ab initio graviter tulerant, quod Alexandrum illum, nō autem prophetam compellasset. At ille oppido quam generose oblitens cōpescuit illos, pollicitusq; est se facile me placidum redditurum, declaraturumq; quantū posset Glycon, qui nimirum & hos qui maxime sequirent ferociū rētq; sibi redderet amicos. Moxq; ablegatis omnibus, mecum ex postulauit, negans se clam esse que suassissim Rutiliano. Ecquid me laetisset ut ista in se se ficerē, quā possem illum opera apud illum magnas ad res promoueri? Evidem bunc hominis humanitatem commodatatemq; libenter accipio, perpendēs nimirum, quo forem in periculo constitutus: pauloq; post prodibam, iam illi factus amicus. Ea res profecto ijs qui uidebant, uicherenter erat stupenda, quod tam facile suissem cōmutatus. Postbēc quum iam nauigare statuissem, misis Xe ijs ac muneribus permultis (eram autē forte solus cū

Xenoponte

Xenophonte, patre cū reliquis meis in Amastrim premisso) pollicetur & nauim præbiturum esse, & remiges qui nos auerterent. Etenim arbitrabar hæc animo simplici, atq; officiose fieri: uerum ubi iam in medio est. semus mari, uideremq; gubernatorem lacrymantem; & nescio quid reliquis nauitis contradicentem, non optime de euentu spes me ceperūt. Erat autem illis ab Alexander mandatum, ut tollentes nos in mare præcipites darent. Quod si contigisset, facile quod mecum gerrebas bellum, illi debellatum fuisset: sed is qui lacrymabatur, effecit ne quid in nos grauius patrarent. Ac mirbi quidem ita loquutus est: Annos natu, uti uides, sexaginta, quum antebac pie atq; inculpate uixerim, haude quaquam uelam in hac tam grandi etate, presertim quū uxore et liberos babeā, homicidio manus impiare: indicās uidelicet, cuius rei gratia nos suscepisset, quacq; sibi mandasset Alexander. Expositis autē nobis in Argialos, quorum etiam egregius meminit Homerus, retro legit cursum: ibi forte natus præternavigantes lesgatos quosdam Bosporanos Eupatoris regis nomine in Bitbyniā proficiscentes, deportandi uectigalis gratia, quod in singulos pendebatur annos: cum exposuissent illis, quod me periculum circunuallaret, atq; illi se mibi commodos facilesq; præberent, receptus in nauium, incolumis in Amastrim peruenit: tantillum absuerat ut perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipse aduersus illum arma capiebam, omnemq; (quod aiunt) mouebam

mouebam funem, quo hominem ulciscerer, quem iam
 tum ante mibi structas insidias oderam, proq; summo
 ducebam hoste, propter morum impunitatem. Iamq; ad
 accusationem intenderam animum, non paucis mecum
 facientibus, maximeq; qui erant ex Timocratis Hera/
 cleotae schola philosophi. Verū qui tum Bitbyniae Pon/
 toq; præsidebat nos cohibuit, penè supplicans & obfer-
 crans uti desisteremus. Etenim ob necessitudinem que-
 fibi cum Ratiliano intercederet, ne quaquā posse sup-
 plicio afficere: nec si manifesto in criminē deprehendi-
 set. Atq; ita quidem ab iracundia destiti, meq; reprehi-
 non in tempore rem aggressurus, cū iudicem haberens
 ad eum modum affectum. Sed quid s' an nō ex hoc inter-
 alia facinus audax Alexandri: à principe Romano por-
 stulare ut Aboni murus, commutato vocabulo, Ionopo-
 lis appellaretur: utq; nomisma nouum signaret, altera
 quidem parte Glyconis obtinens imaginem, altera uer-
 ro Alexandri, qui insignia auti Aesculapij, ac falcam il-
 lam Persci, unde maternū ducebat genus, teneret. Por-
 rò cū esset de se uaticinatus, oraculo prodito, fatis de-
 cretum esse, ut annos uiueret centū & quinquaginta,
 dehinc fulmine iectum, interitu maxime miserando peri-
 turum: nondum septuaginta natus annos interiit, uide,
 licet (uti conueniebat Podalirij filio) pede ad inguen
 usq; putrefacto, & uermibus scatens. Quo tempore si-
 mul & illud deprehensum est, quod caluus esset: quum
 medicis caput humectandum præberet, admittigandū.
cruciatum

cruciatū, id quod haudquaquam facere potuissent, nisi
 detracto galericulo. Hunc habuit exitū Alexandri tra-
 gedie, atq; hæc fuit totius fabulae catastrophe, ut res u-
 deri posset prouidentia quadam esse gesta, quū casu nis-
 trum ad hunc modum euenerit. Restabat illud, ut Cr-
 epitaphium uita acta dignū ei constitueretur: neq; non
 certamina quædam agerentur ab ihs, qui in uaticinium
 cōiurauerat, uidelicet impostoribus insignibus ac pre-
 cipuis ad Rutilianum arbitrū se se conferentibus, ut is
 pronunciaret, quē ex ipsis oporteret in oraculi succes-
 sionem capessendā eligi, atq; sacerdotali propheticāq;
 corona redimiri. Erat autē in hoc numero simul Cr Pē-
 bus, qui artis professione medicus, tum canus quū esset,
 ista faciebat, neq; medico neq; homini cano decora. At
 Rutilianus certaminis arbitrū, incoronatos eos remis-
 tebat, ipsi sibi diuinandi autoritatem seruans, postea
 quām inde iam demigraverat. Hæc amice ex plurimis
 pauca, quo degustamentum hominis præberem, scri-
 benda putavi, cum uti tibi gratificarer, homini fami-
 liari atque amico, quemq; ego unum omnium maxime
 sufficio: idq; pluribus nominibus, uel propter sapien-
 tiā singularem, uel ob amorem ueri, uel ob morum
 magnitudinem ac moderationē, uel ob uitę tranquillę
 tatem, postremo comitatem atque humanitatem erga
 bos, qui cum uiuis. Tum uero (quod quidem tibi fuerit
 etiam iucundius) ut Epicurum ulciscerer, uirum uere
 sacrum, ingenioq; diuino, quiq; solus que here sunt bor-
 nestas

nesta et nouerit, et tradiderit: quiq; solus extiterit, qui liberos reddere solitus sit eos, qui secum haberent consuetudinē. Deniq; arbitror fore, ut ijs qui in banc lectio nem incident, liber hic nō nihil utilitatis afferre videatur, dum quedam redarguit, quedam in opinionibus borum, qui eū recte sentiunt, confirmat ac stabilit.

ORNATISSIMO VIRO

D. CHRISTOPHORO VRSEVVI

co, Erasmus Rotcrodamus. S. D.

QVID E M bac mente semper fui ornatus
et tissime idemq; humanissime Christophori
re, ut à nullo prorsum uitio perinde abbor-
tuerim atq; ab ingratitudine, nec unquam istos homini
us uocabulo dignos iudicarim, qui alieni in se meriti
tempore ullo possent obliuisci. Rursus eos existimauer-
tim beatos, quibus tantum facultatis fortune commodi-
tas suppeditasset, ut bene de se meritis, possent parem
remetiri gratiam: beatissimos autē quibus licuisset accep-
tum beneficium aliquo cum scōnore rependere. Pro
inde cum antebac sē penumero mecum repeterem, quan-
tum in me nibil promeritum tua benignitas contulisset
(nam collatū arbitror, quicquid ita delatū est, ut baud
scio utrum per fortunam, an per meipsum: certe per te
non steterit quo minus acceperim) circunspectaremq;
quoniam

Quoniam argumento possem aliquam saltem erga te
memoris gratijs animi significationem dare: neque in
tanta fortuna mea tenuitate quicquam occurreret,
quod nulla ex parte, non dicam tuis meritis respondet
ret, sed quod uel animo satisfaceret meo: illud denique
mibi uenit in mentem, ut saltem istos quosdam non in
urbanos homines imitarer, qui flosculo quoipam insi-
gni, aut alio simili symbolo misso, uoluntatis propensio-
nem, promptijs animi studium testificari solent: pre-
sertim ipsi tenues erga eos, quibus neq; res, neque ani-
mus sit alienorum egens munera. Ergo Græcanica in-
gredienti pœtræ (nam musarum horti uel medijs uer-
nant brumis) statim inter multos uaria ad blandientes
gratia, hic Luciani flosculus præter ceteros arrigit.
Eum non ungue, sed calamo decerptum ad te mitto, nō
solum nouitate gratum, colore uarium, specie uenustū,
nec odore modo fragrantem, uerum etiam succo præ-
sentaneo salubrem & efficacem. Omne tulit punctione
(ut scripsit Flaccus) qui miscuit utile dulci. Quod qui-
dem aut nemo, mea sententia, aut noster hic Lucianus
est assequutus, qui prisca comœdia dicacitatem, sed cis-
tra petulantiam referens: deū immortale, qua uafricie,
quo lepore perstringit omnia, quo naso cuncta suspen-
dit, quam omnia miro sale perficit, nihil uel obiter at-
tingens, quod nō aliquo scriat scommate, præcipue pbi-
losophis infestus, atq; inter hos Pythagoricis potissi-
mum, ac Platonicis ob præstigias: Stoicis item propter

L V C . m. intolerant.

intolerandum supercilium, hos punctum ac cefim; bot
omni telorū genere petit: idq; iure optimo. Quid enim
odiosius, quid minus ferendum, quam improbitas virtu
tis profundiōe personata? Hinc illi blasphemī, hoc est, ma
ledici uocabulum addidere, sed bi nimiram, quorum ul
cerat tigera. Pari libertate deos quoq; paſſim & ri
det & lacerat, unde cognomen inditum ab eis specios
sum profecto, uel hoc nomine, quod ab impijs ac super
stitionis attributum. Floruit (uti putant) Traiani fermē
temporibus, indignus ita me deus amet, qui inter sophi
star annumeretur. Tantum obtinet in dicendo gracie,
tantū in inueniendo felicitatis, tantum in iocando lepo
ris, in mordendo acetii, sic titillat allusionibus: sic seria
nugis, nugis serijs mifcat: sic ridens uera dicit, uera di
cendo ridet: sic hominum mores, affectus, studia, quasi
penicillo depingit: neq; legēda, sed planè spectāda ocul
bis exponit, ut nulla Comœdia, nulla Satyra cum huius
dialogis conferri debeat, seu uoluptatem spectes, seu
spectes utilitatem. Ceterum si nominatim queras hu
ius argumentum dialogi, facit id quod semper facit. Py
thagoram uelut impostorem ac præstigiatorem taxat:
Stoicorum fastum & sapientem barbam ridet: diuitus
ac regum uita quantis sit crumnis obnoxia docet: con
tra quam expedita res paupertas hilaris, suaq; contens
ta sorte. Quem uti legas attentius, te maiorem in mo
dum rogo, si quando tibi per tua licebit negotia front
tem exporrigere. Audies enim Gallum cum heros futos
re

re confabulantem, magis ridicule quam ullus possit esse.
autem nos, sed rursum sapientius quam theologorum
ac philosophorum uulgus nonnunquam in scholis ma-
gno supercilio, magnis de nugis disputat. Vale optime,
me atque humanissime Christophore, & Erasmo inter
tuos ascribito clientulos, amore, studio, officio cessurum
nemini. Ex arce Hammensi. Anno. M. D. LII.

LVCIANI SOMNIVM

SIVE GALLVS, DRS. ERAS,
the *Retrodamo* Interprete.

Interlocutores, GALLVS. MICYLLVS.

MICYLLVS

A
T te scelestissime Galle, cum ista
tanta inuidentia, uoceq; tam acuta
ipse perdat Iuppiter, qui quidem
opibus affluentem me, ac dulcissimo
in somnio uersantem, et admirabi-
li felicitate fruentem, penetrabile quiddam et clame-
sum resonans ex parte feceris, adeo ut ne noctu quidem
effugere liceat paupertatem, uel te ipso longe nocen-
tiorem. Atqui si coniectandum est, tum est silentio quod
etiam dum ingens est, tum est rigore frigoreq;, quod non
duas me quemadmodum affolet, antelacano morsicat

tintillatq; (nam hic mibi certissimum gnosson aduentus
 tis dici) ne mediū quidē abduc noctis est. Sed iste per-
 vigil, perinde quasi uellus illud aureum scrutet, ab ipso
 protinus uespera uociferari cœpit. Verum haudqua
 quam impunc: siquidē mox penas de te sumam, sustrēq;
 comminuam, si diluxerit modo. Nam nunc negotium
 mibi facres, subsiliens in tenebris. C A L. Here Mi-
 cyll, e quidem arbitrabar me tibi gratum esse facturū,
 si quoad possem, alta nocte lucem anteuersissim, quo
 possest antelucano surgens, quām plurimum operis cō-
 ficeret. Etenim si priusquam sol exoriatur, uel unicam
 feceris crepidam, istibuc laboris lucro tibi accesserit ad
 parandum uictum. Quid si tibi magis libet dormire,
 e quidem tuo arbitratu quietem egero, longeq; magis
 mutus fuero pīcibus. Ceterum tute uideto, nec personae
 nūm diues, furias expperctus. M I C Y L. O prodigia
 giorum auerfor Iuppiter, ô malorum depulfor Hercu-
 les: Quid hoc mali est? uocem humanam sonuit Gal-
 lux. C A L. Hoccine tandem tibi prodigium uidetur, si
 eadem qua uos lingua loquor? M I C Y L. Quid? an
 non hoc portentum? sed aueritate dīj malum à nobis.
 C A L. At tu mibi uideris admodū illiteratus esse Mi-
 cyll, nec euoluisse Homerī poēmata, in quibus equus
 Achillis, cui nomen Xantus, posteaquam hinnitus lom-
 gum ualere iussisset, medio in prælio constitit, disserrēs,
 totosq; uersus ordine recitans: nō quem admodū nunc
 ego prosa oratione loquens: quin etiam uaticinabatur
 ille

ille, deq; futuris edebat oracula, neq; quicquam prodigiosum facere videbatur: neq; is qui cum audiebat, malorum auerisorem, ita uti tu facis, implorabat, quasi rem abominandā et auertendam audisse sc̄e iudicaret. At quid tandem facturus eras, si tibi nauis cui nomē apud Homerum est Argo, carina fuisset eloquata, ita ut olim in Dodonea sylua phagus per se loquens oraculū edidit? Aut si tergora direpta serpere vidisses, si carnes bovinā mugire seminas, coctasq; uerubus transfixas? Ego uero quū Mercurij sim assessor loquacissimi, decorumq; omnium facundissimi: preterea cōtubernalis uobis et cōuictor, haud mirū uideri debet, si sermonē humanū edidici. Quod si mihi recipias taciturū te haud quaquam grauabor ueriorē tibi causam aperire, unde factum sit, ut eadem quo uos lingua loquar, et unde mihi suppetat buius orationis facultas. M I C Y L.

Modo ne isthuc ipsum sit somniū Galle, quod ita meū loqueris, Sed dicio per Mercurium, o preclare: quid etiam aliud rei tibi sit in causa, ut istam linguā sones?

Nam ut taceam, neq; cuiquam proferam, quid attinet te sollicitum esse? Quis enim fidem mihi sit habiturus: si cui narrem, me Gallū hęc loquentē audisse? C A L.

Ausculta igitur, nam orationem ex me audies, omniū (sat scio) maxime nouam atq; incredibilēm. Si quidein hic qui nunc tibi Gallus appareo, nō ita pridē homo fui. M I C Y L. Profecto et olim istiusmodi quiddam de nobis inaudiram: Adolescentulum quempiam fuisse

m 5 Gallum

Gallum, Marti adamatum, atq; hunc deo compotasse,
 collusitasseq; et in uoluptatibus gefisse morem. Itaq;
 cum Venerem adiret Mars cū ea cubiturus: hunc quor
 que Gallum una secum adduxisse. Quoniam autem So
 lemi potissimum metueret, ne si ē sublimi confexisset,
 Vulcanose proderet, foris ad ostium adolescentulū sent
 per relinquere solitū, cuius indicio certior fieret, quan
 do sol emerget. Deinde Gallū aliquando somno cor
 ruptum, excubias deseruisse inscientem, Solemq; nullo
 praesentiente inminuisse Veneri ac Marti securē dor
 mienti, propterea quod consideret Gallum indicaturū
 fuisse, si quis interuenisset. Itaq; Vulcanum à Sole edo
 sum, eos deprehendisse implicitos atq; irretitos ijs uin
 culis, quo iam olim in illos fuerat fabricatus. Porrò
 Martem simulatque dimissus est, indignatum aduersus
 Gallum fuisse, atq; cum in auctū transmutasse, iisdem ar
 mis, ut in capite pro galea cristam obtineret. Hanc ob
 causam quo nos Marti purgetis, quum iam nihil opus,
 simulatq; Solem exorientem sensistis, multo ante nocte
 ferari, atq; illius exortum prenunciare. C A L. Ferun
 tur quidem e illa Micylle, At quod ego sum narratu
 rus, multo aliud quiddam fuit, atq; adeo nuper admot
 dum in Gallum transformatus sum. M I C Y L. Quo
 nam modo? Nam isthuc maximopere cupio cognosce
 re. C A L. Audistin de Pythagora quodam Mnesar
 chida Samio? M I C Y L. Num sophistam illū dicis e
 gloriosum: qui instituit, ne quis uel carnes gustaret, uel
 fabas

fabas ederet suauissimum mihi edulium, salubre & parabile à mensa submouens? Præterea autem qui mortaliibus suscit, ne intra quinquenniū loquerentur? C A L .
 Scis nimirum & illud, quemadmodum priusquam Pythagoras esset, Euphorb. fuerit? M I C Y L . Præstigia torem & prodigiorum artificem hominem aiunt fuisse sc̄o Gallo. C A L . Ille ipse ego tibi sum Pythagoras. Quare parce, quæso, mihi conuictari, præsertim quum ignores, quibus sim moribus. M I C Y L . At hoc rursus sum multo etiam quam illud portentosius: Gallus philosphus. Attamen expone Mnesarchi gnate, qui factus est, ut ex homine auis, ex Samio Tanagraeus repete nobis prodixis. Neque enim ista uerisimilia, neque omnino facilia creditu. Quandoquidem duas quasdam res iam mihi uideor in te animaduertisse, nimirū alienas à Pythagora. G A L . Quas? M I C Y L . Alterum quidem, quod garrulus es, & obstreperus, quum ille silere insolidos quinq; annos (si memini) præceperit. Alterum vero plane cum illius legibus pugnat. Etenim cum nō haberem, quod tibi obijcerem, fabas heri (sicut nosti) ad te attuli. At tu nihil cunctatus protinus eas sublegebas: unde fit ut necesse sit, aut ementitum esse te Pythagoram esse, quum aliud quiddam sis: aut si Pythagoras es, legem pratergressum esse te, iusque uiolasse, quum fabas ederis, perinde ac si caput patris comederis.
 G A L L V S . Non cognouisti Micyllē, quæ sit harum ferum causa, neque quæ ad unumquodque uitæ genus

conducant. Ego tamen quidem non cito fabas, propter ea quod philosophus esse. Nunc contra concurredim, quippe auctor congruum, neque nobis repudiandum probulum. Verum si molestum non est, audi quemadmodum et Pythagora coepimus esse id, quod sum in presentia, quamquam in multis uite generibus ante hanc mixtem. Et quid ex unaquaque transformatione sum consequutus.

MICYL. Narru queso: nam mihi quidem auditu invenitissimum fecerit. Adeo ut si quis mihi deferat optionem, utrum te ista narrantem audire malim, an rursum felicissimum illud somnium, quod paucis ante uidi, uidere, haud sciam utrum electurus sim, usque adeo cognata germanaque uidentur esse ista tua cum suauissimis illis uisis, et ex quo nos estimo, te pariter ac praeclarum illud insomnum.

CAL. Etiamnum tu somnium illud quod dudum tibi uisum est, in animum reuocas, et mania quedam obseruans simulachra, atque (uti loquuntur poetae) euanidam quandam felicitatem memoria colectaris?

MICYL. Imo illud scias Galle, ne uillo quidem tempore unquam nisi illius mihi uenturam obliuionem. Tantum mellis somniū aufugiens in oculis mihi reliquit, ut praetexto uix queam palpebras attollere, rursus in somnum coēuntes. Itaque qualcm uoluptatem mouent penne in auribus uersate, talcm titillationem mihi prebent ea que uidi.

CAL. Nouum quendam Hercule mibi narras amorem insomniij, siquidem alatus quem sit (sicut aiunt) metuque uolandi prescriptas bar-

beat

beat somnium, iamq; scpta transflit, in oculis etiam vigilantis obuersans, adeoq; mellitum & cvidens apparet. Quare peruelim audire, cuiusmodi nam sit istud, quod te supra modum delectat. M I C Y L . Gestio narrare. Nam dulce est hoc ipsum meminisse, & commemorare de illo quippiam. Verū heus Pythagora: quando tu narrabis de tuis transformationibus? C A L . Vbi tu Micyllē desieris somniare, melq; illud ab oculis absenseris. Interim prior dico, uti intelligam, utrumne per portas cburneas, an per cornicas tibi somnium ad solarit. M I C Y L . Neq; per has, neq; per illas, o Pythagora. C A L . Atqui duas has tantum cōmemorat Homerus. M I C Y L . Valere finas nugatorum illum noctam, qui nihil de somnijs intellectus. Paupertina forca his somnia per istas commentant portas, qualia videbat ille: neq; id admodū perspicue, quippe captus oculis. Mibi uero per aureas quasdam portas dulcissimum hoc aduenit somnium, & ipsum aureum, & aureis undiq; circumamictum, & auri plurimum secum adducens. C A L . Define optime Mida de auro fabulari. Nam dubio procul ex illius uoto, istud tibi accidit in somnium, & solidas auri uenas mibi duxisse uideris. M I C Y L . Multā auri uim nidi Pythagora, multam, quam putas pulchri? quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem dicit? nam ius memoriā redige siquidem meministi, quum aquā prestantissimam dicens, postea aurum admiratur, idq; iure,

statim in initio carminis unius omnium bellissimi. C A L.

Num illud queris?

Aqua est illa quidem optima:

Ceterum aurum, uti candens

Ignis, ita eritens, noctibus eminet eximie unam

Ceteras supra opes: que

Gloriam ac decus addunt.

M I C Y L . Per Iouem, isthuc ipsum: perinde enim ac si informium meum uideat Pindarus, ita prædicat aurum. sed ut tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientissime Gallo. Meministi ut heri nullum domi cibum acceperim: siquidem Eucrates diues ille forte mihi in foro factui obuiam, lotum me in tempore ad coenam uenire iusserrat. G A L . Isthuc e quidē planè memini. Nam totum esuriebam diem, donec mihi profunda tandem uespera domum reuersus, subuvidus, uinoq; madens, quinq; illas fabas proferres, non admodū opiparam coenam Gallo, qui quondam fuerit athleta, quiq; olympia nō segniter olim decertarit. M I C Y L . Ast ubi reuersus à coena fabas tibi obiecisset, obdormij protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte distinum quoddam baud dubie somnum astiftens. G A L . Sed prius que tibi apud Eucratem acciderint Micylle narra: et cuiusmodi fuerit coena, queq; super coenam acta sunt omnia. Nibil enim prohibet te deinceps coenare, si ueluti somnum quoddam eius coene reducas, et que tua cederis, rursum commemorationis

Moratione quasi rumines. M I C Y L. Credebam mor-
lestum futurum me, si haec quoq; retulisset: veram por-
ste aquam tu desideras, en id quoq; narrabo. quū nini-
quam antehac in uita coenassem apud ullum diuitem,
o Pythagora, heri bona quapiam fortuna in Eucras-
tem incidi. atq; ego quidem simulatq; dominum illum
salutarem, ita uti consueveram, subducebam me: ne pu-
dori illi essem, si lacera in ueste fuisset affectatus. At.
ille: Micylle, inquit, hodie natalicia filiae celebro, pluri-
mosq; ad conuiuum amicos invitavi, uerum quoniam
aiunt quendam ex his incommoda esse ualitudine, ne/
que posse pariter ad conuiuum nostrum accedere: tu
eius loco uenito lotus, nisi ipse forte qui uocatus est, se-
met ad futurū renunciarit. Nam nunc quidē ambigit.
Hoc ubi audissem, adorato diuite discedebam: omnes
obsecrās deos, ut algidam febrem aliquā, aut laterum-
dolorē, aut podagrā morbi auctariū immitterent uale-
tudinario illi, cuius ego sellae occupator, caenēq; uicar-
ius, o heres eram uocatus. Interim hoc spaciū, quod
usq; ad balnei tempus intercessit, longissimū seculū esse
iudicabam: dum subinde respicio, quotquot pedū esset
litera, o quando illos iam lauisse consentaneum esset.
Hie ubi tempus tandem aduenisset, oxyus me corripio,
atq; abeo, nitide amodū cultus: sic obuerso palliolo, ut
qua esset parte purissimū, ea uideretur. Offendo autē
ad forces, o alios cōplures, in quibus ctiā illū (gestaba-
tur aut à uiris quatuor) cuius crā subcōnixa uocatur:
qui male

qui male habere dictus erat, atq; id etiam prese ferebat, quod afflita esset ualitudine: nam ex alto genubat, tufiebatq;, ac screabat, uelut ex abdito: quodq; agre graderetur totus pallidus ac tumens, annos natus circiter sexaginta. Ferebatur autem philosophus quissiam esse, ex his, qui apud adolescentulos nugas deblaterat. At barba mire erat tragicā, id est bircina, supra quam credi posset tonsoris egens. Porro increpante Archibio medico, quamobrem quum ita esset affectus, aduenisset: non oportet, inquit, promissa defere, presertim hominem philosophum, etiam si milie urgeant & instent morbi. Putabit enim Euclates se se à nobis haberī ludibrio. Haud quaquam, inquam ego: inq; collaudabit te, si domi potius apud te uelis emori, quam in conuiuio animam unā cum pblegmate excrescans. Atq; ille quidē præ arrogantia disimulabat se dexterum audisse, Haud multo post accēpit & Euclates iam lotus: conspectoq; Thesmopolide (nam id erat philosopho nomen) Praeceptor, inquit, probè quidem factum abs te, qui ipse ad nos ueneris. Tametsi nihilo dexterius tibi fuerat futurum. Siquidem etiam absenti omnia ordine missa fuissent, Hec simulatq; dixerat intragreditur, manus illi porrigens pariter & famulis ianitenti. Ego igitur iam abire parabam: uerū iste conuersus ubi diu secum bæsitasset, posteaq; me tristē admodum uideret: edes, inquit, tu quoq; Micyllē, ac nos bīscum coena. Nam filium in mulierū cōclavi unā cum

magre

matre conuiuio agere iubeo, quo tibi sit locus. In
 grediebar itaq; quum parum absuerit, ut lupus fructu
 bians discederem, uerū ingrediebar pudefactus, quod
 Eucratis filiolum è cōuiuio uideret expulisse. At ubi
 iam tempus esset ut discumberemus, primum tollentes
 Thesmopolim composuerunt, haud sine negocio per
 Ionē, quinq; (si dijs placet) proceri iuuenes, cervicalia
 illi supponentes undiquaq; quo nimirum in eodem ha-
 bitu permanere ac longum etiam tempus durare pos-
 set. Deinde ubi nemo iam tolerare posset, ut iuxta illās
 accumberet, me adductum reclinant, ut eadem in mensa
 essemus. Deinceps coenabamus, ó Pythagora, opipa-
 ram quandā et uariam coenam, multoq; in auro, mulo-
 to item argento. Pocula erant aurea, ministri formos-
 si: tum cantores, et concitandi risus artifices. Insuma-
 ma, iucundissima quepiam erat uita: nisi quod unum
 quiddam me uerbenter male habebat: Thesmopolis
 obstrepsens atq; obturbans, uirtutē nescio quam mibi
 commemorās, docensq; quod due negationes unicam
 efficerent affirmationem: quodq; si dics sit, nox nō sit.
 Nonnunquam et cornua mibi dictitabat esse, atque id
 genus multa philosophabant erga me, quibus ciuiusmo-
 di nūbil opus: planeq; uoluptatē interpellatione minu-
 ebant, qui non sineret exaudiri eos, qui citbara, nocte q;
 canebant. Habet Galle de coena. G A L. Non admis-
 dum suaui Micyle: maxime posteaquam cum illo de/
 liro sene sortitus eras accubitu. M I C Y L. Audi nūc
 et infons

et insomnium: Visus enim mibi Euclates ipse, quem
 bus esset liberis, nescio quomodo ex vita decedere. De-
 hinc ubi me accersisset, ac testamentū condidisset, quo
 me insolitum heredem omnium scripscrat, paulo tem-
 pore superestes emori. Porro ipse uidebar adire facil-
 tates: et tuum aurū, argentumq; ingentibus quibusdam
 scaphis exbaurire, perpetuo subscaturiens et affatus
 affluens: tum autem uestes, mensas, pocula, ministros,
 omnia mea, ut par erat, esse. Postea candido uehiculū
 uectabar resupinus, cunctis qui intuebantur, conspicie-
 endus et admirandus. Accurribant permulti, ac cir-
 cumequitabant: complures sequebantur. Ego interim
 illius inducus uestitum, et annulos gerens circiter se-
 decim digitis insertos: epulum quoddam splendidū in-
 bebam adornare, quo amicos acciperem. Iamq; illi, ita
 ut in somnio fieri consentaneum est, aderant: iam epu-
 le erant cōportatae, iam potus ex animi sententia mi-
 nistratus. In his quum uerfarer, et aureis phialis pra-
 biberē omnibus qui aderant amicis: quū iam inferen-
 tar bellaria, intempestivo tuo clamore perturbasti no-
 bis conuiuum, mersasq; subuertisti, ac diuitias illas ita
 dissipasti, ut in auras cuanescerent. Num tibi uideor
 iniuria stomachatus in te? nam uel tris noctes perpetu-
 as libenter adbuc somniū illud quod mihi accidit, uide-
 re cupiā. G A L . Adeōne es auri cupidus, et opū au-
 dus Micylle: idq; ex omnibus unū admiraris, ac felici-
 tam unicā esse iudicas, si plurimum posideas auris

M I C Y L .

MICYL. E quidē haud solum ita cogito Pythagoras
 quia ipse quoq; tum quum Euphorbus esses, auro atq;
 argēto comis intexto, prodibas pugnaturus cū Achis
 nisi idq; in bello, ubi ferrū quam aurum gestare satius
 fuerat. At tu ctiā tum uoluisti calamistris auro inter-
 nectis in periculum descendere. Atq; ob̄sām (opinor)
 causam, Homerus comas tuas Gratijs familes dixit,
 quod auro argentoq; reuincirentur. Etenim longe ni-
 mirum meliores atq; amabiliores uidebātur, quod es-
 sent auro religatae, unaq; cum eo reluceret. Neq; isthuc
 nouū est Auricomē si tu Pantho patre prognatus, au-
 rum in precio habuisti: quin & ipse deorū omniū, bo-
 minumq; pater ille Saturno, Rheaq; progenitus, quum
 Argolicā illam puellam adamaret: ubi nibil inueniret
 amabilitius in quod sese transformaret, neq; quo Acri-
 sy custodias posset corrūpere: audisti uidelicet, ut au-
 rum sit factus: atq; ita per tegulas illapsus, potitus est
 ea quam deperibat. Iam uero quid tibi cōmemorem, q
 multos usus præbeat aurū? Et ut eos quibus adfuerit,
 formosos, & sapientes, & potentes reddat, decus &
 gloriā illis cōcilians? utq; nōnunq; ex obscuris & infa-
 mibus, claros ac celebres repete efficiat? Nam nosti uī
 ciūm mihi & eiusdē artificij Simonē: qui paucis ante
 diebus apud me coenauit, quū legumen coquerem Sar-
 turnalibus, duasq; extorū cæsuras immittens? G A L.
 Noni Simonē illū breuem: qui fītilē ollulā, que nobis
 erat unica, suffractus, pacta coena abiit, sub ala gestās.

Nām

Nam ipse tūdīstācylle. M I C Y L . Atqui quum eam
fusulerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed
quarū non prodebat, ac vociferabat tum, ó Gallo, quū
nos factō spoliari conspiceres? G A L . Coccizabam,
quod mībi solum licebat id temporis: uerū quid Simon
ille? Nam videbare de illo dicturus, nescio quid. M I ,
C Y L . Ei consobrinus erat uir supra modum dīnes, no
mine Drimylus: is quoad uiebat, ne obulum quidem
domauerait Simoni: nam qui daret, quū ne ipse quidem
pecunias attingeret! At simulatq; mortuus est nuper:
anuerfis illis opibus iuxta leges Simon ille, qui coria
putria, qui patellam circunlingebat, gaudens potitur:
purpura ostroq; circumteftus: famulosq; & curras,
& aurea pocula, & mensas eburnis innitas pedibus
posidet: ab omnibus adoratur: iamq; nos ne aspicit
quidem. Etenim nuper quum illum procedentem con-
spexitsem: Salve, inquam, Simon. At ille indigne ferens:
Edicite, inquit, mendico isti, ne uocabulum meum di-
minuat: neq; enim Simon, sed Simonides appellor. Por-
rò (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius
amore capiuntur. Atq; is quidem eludit eas, ac fastidit:
& alias quidē admittit, comemq; se se præbet: aliae por-
rò que negliguntur, nec em conscituras sibi minitātur.
Vides quantu[m] commodities pariat aurum: quando[rum]
quidē eos qui sunt deformissimi, transfigurat, & ame-
biles reddit, non secus atq; cestus ille poeticus. Audis-
in super & à Poetis dictum.

O aurum

O aurum auspiciata res, & ostentur optimum.
Et rursum.

Aurum est quod opibus imperat mortalium.
Sed quid interim risisti Galle? C A L. Quoniam tu quoque per inscitiam Micyllae, simili modo falleris opinione de diuitiis, quemadmodum vulgus uerum (crede mihi) longe etiam crumno siorem uitam uiuunt, quam uos. Hec autem loquor, qui ipse & pauper, & dines aliquando fucrim, atque omne uite genus sum expertus. Porro paulo post ipse quoque haec omnia cognoscet. M I C Y L. Per louem tempestiuum iam est, ut & tu referas quemadmodum sis transfiguratus: & quid in unoquoque uite generis perspexeris. C A L. Auscultat, boetantum premonitus, me neminem feliciorum uitarum quam tu sis, unquam uidisse. M I C Y L. Quam ego sum o Galle? Hanc felicitatem tibi ipsi imprecor. Nam uidere me tibi ridendum proponere. Verum age, narratrix ordiens ab Euphorbo, quo parto fueris in Pythagoram transformatus: Deinceps ordine ad Gallum usque. Conscientaneum enim est, te uarias res tum uidisse, tun tulisse: nimirum tam diuersis uita formis. C A L. Quemadmodum initio ab Apolline profecta anima interam deuolarit, & corpus humanum subierit, ut illuc ponam quandam dependeret, id longum dictu futurum sit. Præterea neque mihi referre fas est, neque tibi ciuimodi audire. Verum ubi Euphorbus factus essem. M I C Y L. Sed ego priusquam essem, qui nunc sum,

ó preclare quisnam eram? hoc mibi prius dico, nunc
 quid et ego uersus fuerim itidem ut tu? C A L. Max-
 imus. M I C Y L. Quis igitur eram? si quo modo pos-
 tes dicere, peruelim enim isthuc cognoscere. C A L.
 Tu formica fueras Indica, ex carum genere, que auris
 effodiunt. M I C Y L. Et postea neglexi infelix, uel
 paucula frusta in uitā importare: quū illo esset alius?
 Sed age quid post haec futurus sim dico: quandoqui-
 dem consequaneum est scire te. Etenim si quid bona sit
 rei, iam nunc suspendero me ab ista pertica, in qua nūc
 sis. C A L. Istuc proscito nulla ratione possis cogno-
 scere. Ceterum quū Euphorbus esset (nam ad illa re-
 deo) in Troia pugnabam: atq; à Menelaō necatus, alio
 quanto post tempore in Pythagoram perueni. Porro
 consq; absq; recto perdurabam, donec Mnesarchus alio
 quando mibi domum edificaret. M I C Y L. Obsco-
 te, num absq; cibo potuq;? C A L. Maxime. Nihil enim
 istis rebus opus, nisi corpori duntaxat. M I C Y L. Ille
 lud igitur prius dico, ea que ad Troiam gesta sunt,
 num ita se habēt, qualia fuisse dixit Homerus? C A L.
 Quinam ille scire potuisse Micille: qui quidem dum
 ista gerebantur, ipse Camelus erat in Baetris? Ceterū
 ego tibi tantum effabor diuinitus, nihil id temporis
 eximum fuisse: neq; Aiacem usq; adeo magnum, neq;
 Helenam adeo formosam, quemadmodum arbitran-
 tur: siquidem uidi candida quandam et procera certi-
 tice, ut hinc cygno prognatam esse adsimilarent. Cesi-
 terus

terum uerbementer animi, & qualis propemodum Herculeus. Hanc Thesecus primū raptam in Apbihinis posse sedit. Is uixit Herculis ferme aetate. Porro Hercules prius Troiam ceperat, patrum nostrorum memoria, qui per id temporis maxime florebant. Nam hæc mirabilibus Pantibus narrauit, scilicet cum esset admodum adolescens, uidisse Herculem. M I C Y L. Quid autem Achillest? Nam talis erat, nempe quanis in re prestantissimus? An et istæ fabulamenta sunt. G A L. Cum illo quidem congressus non sum: neque queam adeo comperte de rebus Græcorum dicere. Etenim quis scire potui, quum hostis essem? Certe Patroclum illius amicum, hanc ita magno negocio peremi lancea dissecatum. M I C Y L. Deinde te Menelaus multo minore negotio: uerū istis de rebus satis: Nunc res Pythagoricas refer. G A L. Illud in summa Micylle: sibi quipiam eram (oportet enim uidelicet fateri uerum) alioqui non imperitus, neque inexcitatus in honestissimis disciplinis. Profectus sum autem in Aegyptum: quo cum prophetis congrederer, de sapientia cōmunicaturus. Hic adyta subiij, atq; ibi Ori & Isidis libros perdidici. Post rursum in Italiam reauigabā, ac Græcos iuxta ea quæ in Aegypto didicerā, ita institui, ut me perinde ac deum suspicerent. M I C Y L. Evidē inaudicram istæ et præterea quæ admodum creditus fueris, defunctus in uis tam rediſce, utq; aureum femur illis subinde ostenderis. Verum illud mibi dicio, quid tibi uenit in mente,

ut legem statueres: uti neq; carnibus, neq; fabis uescerentur homines? G A L . Ne perconteris ista Micyll. M I C Y L . Quam ob rem ó Galle? G A L . Nam puderet hisce de rebus uerum fateri. M I C Y L . Atqui nō conuenit, uti id facere graueris apud hominem contus bernalem & amicum: nam berm post hac absit ut disixerim. G A L . Nihil sani, neq; preclari quicquā erat: uerum animaducrtebam, si cōsucta modo, atq; eadem que uulgo traduntur à multis præcepīscent: non fore, ut mortales in admirationem adducerem, sed quo peregriniora, magisq; aliena proposuissent, futurum, ut hoc magis nouus, magisq; uideret admirandus. Proinde institueram in animo, noue quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto, cuius causa esset inexplicabilis, quo uidelicet alijs aliud coniectantibus, omnes redderentur attoniti: quemadmodum in obscuris oraculis sole usu acuire. M I C Y L . Illud uide ut rideas me tu quoq; non minus atq; Crotomates, ac Metaponticos, & Tarentinos: cumq; his alios, qui muti sequuntur, tuaq; adorant uestigia, que tu calcata reliquisti. Verum ubi Pythagoram exueras, quem post eum induisti? G A L . Aspasiam Miletensem illam meretrirem. M I C Y L . Pape, quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras? Itane fuit alius quando tempus, quo tu Galle generosissime oua pariebas, cumq; Pericle rem habebas, iam Aspasia uidelicet: atq; ex illo granida factas? Præterea lanam tons debas

debas, trahamq; deducebas? Postremo meretricum in
 morem gestibas, multumq; componbas? G A L. Ista
 quidem omnia feci, tametsi non ego solus: uerū & an-
 te me, tum Tiresias, tum Elati proles Cœnus. Proinde
 quicquid in me conuici dixcris, tantundē & in illos dī-
 xeris. M I C Y L. Age igitur, utra tibi uita erat suauē
 or, quum uir esses, an quū Pericles tecum haberet cons-
 fuetudinem. G A L. Vides cuiusmodi istuc est quod
 percontaris: nempe cui ne Tiresiae quidem expedie-
 rit respondere. M I C Y L. Atqui si minus fateare tu:
 tamen istuc Euripides satis explicuit, quū ait: se malle-
 ter sub clypeo confistere, quam parere semel. G A L.
 Imò præmoneo te paulo post puerperā fore: siquidem
 & tu mulier es olim futurus, idq; saepius longo nimiri
 seculorum orbe atq; recursu. M I C Y L. Non tu pen-
 debis, & Galle, qui quidem omnis mortales Milesios
 aut Samios esse ducas? Nam aiunt te etiam tum quum
 Pythagoras esses, uenusta forma decorū, saepius Aspas-
 iam fuisse tyranno. Verum age secundum Aspasiam,
 in quem uirum aut mulierū denuo renatus es? G A L.
 In Cratem Cynicum. M I C Y L. O Castor, & & Pol-
 lux, quam disimile, ex scorto philosophus? G A L.
 Deinde rex: deinde pauper: paulo post satrapes: de-
 hinc equus, graculus, rana, aliaq; innumerabilia: per-
 longum enim fuerit singula recensere. Postremo Gal-
 lus, atq; id saepius, nam hoc uite genere sum delectan-
 tes. Interea & alijs diuersis mortalibus seruiui, regin-

bus, pauperibus, diuitibus: postremo nunc tecum viso,
 videoq; quotidie, quū uideo te paupertatis tedio com-
 plorantem, ciulantemq;, ac diuitum admirantem for-
 tunas, propterea quod ignores quantum illis adsit ma-
 lorum: alioqui si curas noris, quibus illi distinguntur,
 te ipsum profecto riseris, qui antea credideris cum, qui
 sit opulentus, statim felicissimū esse omnīū. M I C Y L .
 Ergo Pythagora, aut quid maxime gaudas appella-
 ri, ne confundam orationem, si te nunc hoc, nunc illo
 nomine cōpellam. C A L . Nihil intererit, siue Euphor-
 bum, siue Pythagorā, siue vocaris Afpasiam, siue Cra-
 tem: quandoquidem ista omnia sum unus, nisi quod re-
 etius feceris, si (id quod in presentiarum esse videor)
 Gallum me uoces, ne auem hanc parui ducere, contene-
 mercq; uideare: presertim quum tam multis continet
 animas. M I C Y L . Ergo Galle, quandoquidem om-
 nia penè uiuendi genera iam expertus es, atq; omnia
 cognita habes, age dilucide mihi narrato, que sint per-
 cularia diuitum ad uitę rationem, quae pauperū pro-
 pria: quo uidelicet cognoscā, uere ne istibuc affirmes,
 me diuitibus esse feliciorem. C A L . En hunc admis-
 dum interim perpende Micylle. Te quidē non magno
 pere tangit cura belli, si quando rumor sit aduentare
 hostes: neq; sollicitus es, ne in agros incurfantes popu-
 lentur, ne uere hortū proculcent, proterantq;, aut uincas
 uastent: sed simulatq; tubā audieris, si tamen audieris,
 de te ipso uno circūspectas, quo deflexus scrupuli quest,
 ac discri

de discrimine effugere. Contra illi tum de se se solliciti sunt, tum animo discruciantur, quum de mœnibus quicquid opum possidebant in agris, id omne tolli, deportariq; conficiunt. Ac siue inscrendum est aliquid in æstrum, soli accersuntur: siue in prælium excundum, periblitanter: aut peditum turmis, aut equitum alis praesertim. Tu interim uimineum gerens clypeum, expeditus ac leuis, ad saluti consulendum, paratus uictoriale conuinium agere, si quando uictor exercitus sacra fecerit. Rursum pacis tempore, tu quidem quum de plebe sis, ingressus in concionem, tyrannidem in diuites obtines: illi uero trepidant, pauitantq;, ac largitionibus, choragijsq; te placant: siquidem quo tibi balnea, ludi, spectacula, reliquaq; id genus abunde suppeditent, ea omnia curant illi. At tu, censor et acerbis expensor perinde quasi dominus, ne alloquio quidem interdum dignaris illos: quod si tibi collubitum sit, ingentibus saxis in illos degrandinas, uel facultates eorum publicas facis: ipse neq; calumniatorem metuis, neq; latronem, ne tollat aurum, uel ædium consenso fastigio, uel parietem perfozzo: neque necesse habes rationibus occupari, neque exactioribus: neq; tibi cum sceleratis dispensatoribus conflictandum est, neque tantas in sollicitudines distraberis: uerum simulatq; crepidam unam personaris, mercedemq; retuleris septem obolos, sero furgis crepusculo: et si libuerit, lauaris, tum cmpto saperda quopia, aut menide pisciculo, aut paucis ceperum

capitulis, temetipse oblectas, canens plerūq; optimāq;
cum paupertate philosophans, adeo ut eis ob res salu-
bris, ualentiq; corpore, obduruerisq; aduersus gelu-
si quidem labores, qui te exacuunt, muniuntq; certato-
rem hanc quaquam contemnendum reddunt aduerso-
sum eas res, que compluribus inexpugnabiles esse ui-
dentur. Atque hinc nullus ex morbis illis grauioribus
impedit te. Quod si quando leuis cooperit febricula:
paulo negotio eam medicatus, protinus exilis, inedia
temet inde excutiens. Illa porrè fugit illico: quippe me-
tuens te, quem uideat etiam frigore ali, saturumq; fieri,
ac medicorum certis illis recursibus longum ploras-
re renunciantem. At illi ex aduerso propter intemper-
rantiam uitæ, quid tandem mali non habent infelices?
podagras, phthises, pulmonum exulcerationes, aquæ
intercutcs. Nam bæc omnia à sumptuosis illis cōiuījs
nascuntur: Primde quicunq; ex his Icari in in morem
(ut ferè faciunt) se attollunt, propiusq; se soli admor-
uent, haud cogitantes, quod alas habeant cera adglu-
tinatas, ingentem nonnunquam strepitum mouent. Cæ-
terum qui Dedali exemplo non admodum sublimia-
neq; excelsa appetunt: uerum humilia, terreq; uicina,
adeo ut cera nōnunquam salis aspergine madesceret,
tj tutò pletunq; ac citra discrimen transuolarūt. M I S
C Y L. Moderatos istos & cordatos narras. G A L.
Verū aliorū Micylle naufragia fædissima conficias:
nēpe ubi Croesus renulsi alis risum exhiberet Persis,
confcessu.

conscenso rogo: aut Dionysius quem abdicatus tyran
nide, Corintiorum in urbe ludi literarij magistrū ago
ret, post gestum tantum imperium, pueros compellens
ut syllabas connecterent. M I C Y L . Dic mibi Gallo: tu
quem rex essem (nam ait te regem quoq; fuisse) cuiusmp
di tandem id uite genus experiebaris? Mirum ni tum
felix eras, quandoquidem id quod est bonorum omnium
caput posse debes. G E L . Ne mibi in memoriam rege
ras, ô Micyllē, usque adeo supra modum infelix tum c
zam. Nam quo ad res externas, quemadmodum dixisti,
planè fortunatus esse videbar: at intus innumerabilibus
curis distingebar. M I C Y L . Quibus tandem curis?
Nam rem proffus absurdam neque credibilem narras.
G A L . Evidenter imperabam regioni neutram exi
gue Micyllē, omnijugarum rerum fraci, tum incola
rum frequentia, neq; nō urbium pulchritudine cum pri
mis admiranda: preterea fluminibus navigabilibus, ac
mari portuoso cōmoda. Ad hec exercitus ingēs, equi
tatus spectatissimus atq; excellens, satellitiū hanc exi
guum, triremes, pecuniarum uis maior quam ut posset
numerari, uasorum argenteorum plurima copia, reli
quaq; omnis illa principatus tragœdia, strepitusq;
apparatus supra quam credi queat, extructus atq; ac
cumulatus. Itaq; quum prodirem, pleriq; adorabant,
deum quempiam intueri sc̄e rati, aliq; prudentes alios
concurrebant, quo me conspicerent, nonnulli consens
sis testis, magni aestimabant, si plene contemplari licet.

isset quadrigam, stragulam, diadema, tum antecambiale
nes, et eos qui à tergo comitabantur. Ego inter haec
mibi conscient, quanta me res discruciarēt, uerfarentq;
illos quidē propter inficitiam uenia dignos iudicabam:
at mei ipsum miserescebat, qui prægrandibus illis Col
loſis uiderer persimilis: quales uel Phidias, uel Myrō,
uel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quisque
quo ad ea, que foris apparent, Neptunus ipse est, aut
Iupiter, mirifice decorus auro, eboreq; compactus: et
aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuscinam dextra
sustinet. Ceterum si immisso capite que sunt intus inspi
cias, uidabis uectes quosdam, paxillos, et clavos intror
fam prominentes, neq; non uimina, cuncosq;, et picem
sublitam, et aliam item id genus deformitatem intrin
secus imabitantē. Omitto recensere muscarum, muste/
larumq; uim, que nōnunquam in eis mansitant. Huius/
modi quedam res nimirum regnū quoq; uidetur. M I /
C Y L . Nondum explicasti, lutū, et clavos, et uectes,
quinam fuerint in imperio, neq; fæditatem illam pluri
mam quenam sit: nam istum ad modū uectari, tam mul
tis imperare mortalibus, ac numinis instar adorari ba
stenus quidem cum Colofi exemplo quadrat. Si qui/
dem hoc quoq; diuinam quiddam et admirandū: nunc
autē que sint intra Colossum exponito. C A L . Quid
primo loco tibi refrā Micyllē: utrū metus, curas mor/
daces, suspiciones, odium, quo regem persequuntur ij,
qui cum illo uiuunt: infidias, atq; cas ob res somnum ra

rum, & bunc ipsum pertinuem, ac plena tumultus insomnia, cogitationes perplexas, spes semper improbas: anocij penuriam, & occupationes, iudicia, expeditiones, edicta, fœdera, consultationes: quibus rebus fit, ut ne personum quidem aliqua re suam frui liccat, uerum ut omnibus de rebus solus dispiciat necesse est, milleg: negotia sustineat.

*Quippe nec Atriden Agamēnona dulcis babebat
Somnus, multigenas uerstantem pectore curas.*

Idq; quū reliqui omnes Achini sterterent. Adde quod Lydum illum discruciat filius mutus: Persam uero, Clearchus ad Cyrusum desciscens. Atque alium quempiam, Dion cum Syracusanis nonnullis ad aurem communicens. Rarsum alium quendam urit Parmenion collaudatus. Item Perdiccam Ptolemeus. Ptolemeum Seleucus. Quin illa quoque molestiam adferunt: amasius per nim non sponte conuiuens, cōcubina alio gaudens, tum si qui defctionem parare dicantur: aut duo, quathorūc satellites inter se se consurrantes. Porro (quod est omnium grauiſſimum) amicissimi quiq; uel maxime sunt formidandi, semperq; metuendū, ne quid magni mali ab illis exoriatur. Nā aliis à filio ueneno necatus est: aliis itē ab amasio. Aliū simile quoddam fortassis mortis genitus eripuit. M I C Y L . Apagesis. Atrocias, miraqq; sunt ista que narras ô Galle. Nibi igitur multo sit tutius opera cerdonice pronum incumbere, quam ex aurea bibere phiala comiter defatū baſtum: ceterū cicuta, aconitoq;

aconitoq; temperatum. Nam mibi quidem hoc unū est
periculi: ut si paulum aberret sūmion, deflctatq; à re/
cta incisione, sumū secantis digitum ex quo sanguis
netingat. At isti quemadmodum narras, letifera agunt
conuiuia, atque id innumerabilibus in malis constituti.
Deinde ubi conciderint, persimiles esse uidentur tragos
diarum bistrionibus. Nam multi sicut uidere licet, quo/
ad Cecropes sunt scilicet, aut Sisyphi, aut Telephi dia/
demata gestant, argenteisq; capulis gladios, comamq;
mentilarem, & auro intertextam clamydem: quod si/
quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impul/
sus illos media in scena precipites det, risum profecto
moueant spectatoribus: uidelicet persona una cum ipso
diademate contrita, uero autem actoris capite luxato,
cruribusq; maxima ex parte renudatis: ut iam inter/
rioris amictus, quam miseri sint panni fiat perspicuum:
ac coturnorum quos pedibus induxerunt, appareat
deformitas, haudquam ad pedis modum respondens
tium. Vide ut me iam similitudines conferre docueris
optime Galle. Ceterum tyrannis talis quedam res tibi
uisa est esse: uerum ubi equus essem, aut canis, aut pisces,
aut rana, quomodo eam uitæ rationem ferebas? O A L.
Usum quem nunc suscitas sermonem & longior sit, nec
quæ huius temporis. Illud autem unum in genere dixer/
im: nullam ex omnibus uitam mihi non uisam tranquill/
liorem uita humana, naturalibus duntaxat cupiditati/
bus & usibus circumscripam. Siquidem publicanum
equum

equum, aut sycobantam ranam, aut sophistam gracilis
 lum, aut popinatorem culicem, aut cinereum gallum. At
 que id genus alia, quae uos studio cōminiscimini, haud
 quaquam inter illos uidetis. M I C Y L . Q uæ dicis, ô
 Galle, fortassis uera sunt: uerum non me pudebit apud
 te fateri, quod mihi accidit. Haud unquam quini dedi
 cere cupiditatem illam, à puero mihi insitam, uidelicet
 ut diues euadam. Quin nunc quoq; somnium illud ob
 oculos uersatur, aurum ostentans: potissimum autem scis
 leitus ille Simon excruciat, qui quidē tantas inter opes
 delicietur. C A L . At ego te isto lcuabo morbo Micyl-
 le, tametsi nox etiamdū est. Surge modo, ac sequere me.
 Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atq; in alios
 rum diuitum edes, quo nimirum uidas, quomodo res
 habeant apud illos M I C Y L . Istuc quo pacto, clausis
 foribus? Num me parictes transfodere cōpelles? C A L .
 Nequaquam, uerum Mercurius, cui sum sacer, hoc opt
 tanti mihi largitus est, ut si quis longissimā caudā plus
 tam, que ob molliem inflectitur. M I C Y L . Atqui
 duas habes ciusmodi. C A L . At dextram ex his asul-
 sam cuicunque ego gestandam dederō, is quoad uolue
 ro, forcs omnis poterit aperire, cunctaq; uidere, ipse
 inuisibilis. M I C Y L . Evidem ignorabam, ô Galle, te
 præstigiarum quoq; peritum esse. Porro si mihi isthuc
 semel præstiteris, uidebis illico Simonis uniuersas opes
 buc deperitatas, nam eas buc rediens transferam. At ille
 rursum circumrodet, cibibetq; putria coria, quibus con-
 fucuit

suavit soleas compingere. G A L . Atqui nefas sit istud
 facere. Siquidem Mercurius illud mibi mandauit, ut si
 quis pennam tenens, istiusmodi quippiam patrarit, nos
 ciferans furē proderem. M I C Y L . Rem neutiū uerissim
 milē narrat, nempe Mercurium quū ipse sit fur, nō si
 nere alios, ut idem faciant. Sed tamē abeamus. Nam au
 rum auferam, si modo possum. G A L . Pennam prius ro
 uellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti. M I C Y L . Tu
 tuis hoc quidē dō Gallic, tum tibi minus fædū sit faturū,
 ne ultra caudæ parte mutilatus claudices. G A L . Au
 ges sanē: sed utrum Simonē prius adimis, an aliū quem
 piam diuitum? M I C Y L . Haud aliò, imò ad Simonē,
 qui ut delictet pro dißyllabo, tetrasyllabus esse affectet,
 posteaquam diues erasit. Sed iam ad fôres accessimus:
 Quid igitur deinceps facio? G A L . Pennā serae admor
 ue. M I C Y L . Ecce autē, dij boni, ostium perinde atq;
 clavireflijt. G A L . Perge porrò præcedens, vides il
 lum uigilantem ac supputantē? M I C Y L . Video per
 louem & quidē ad obscuram siticulosamq; lucernam.
 Præterea pallet, haud scio unde Gallic, totusq; exaruit,
 atq; extenuatus est, mirum, ni curis. Neq; enim auditus
 est illum alioqui male habere. G A L . Ausculta quid dē
 cat siquidem intelliges, quibus de causis ad eum modis
 sit affectus. S I M O N . Nimirum septuaginta illa talen
 ta tuto admodū sub lectica defossa sunt, neq; quisquam
 aliis omnino uidit. At uero, sedecim illa Sofylus equi
 so uidit me sub præscipi occultantem: Itaq; de curando
 stabulo

Itabalo non est admodū sollicitus, quanquam nec aliās
 admodum laboris appetens, uerisimile est autem illum
 multo etiam his plura sustulisse. Nam unde alioqui Ti-
 bius beritam ingens salsamentum illi opsonio propos-
 suisset? Tum autē aiunt, illum monile emisse uxori dras-
 cbmis quinq;. Heu miserō mihi. Hi omnia mea dissipar-
 bunt bona. Quid quod ne pocula quidē sat in tuto mi-
 bi recondita sunt, quū sint multa. Vercor enim, ne quis
 ea suffoſſo pariete tollat. Complures mibi inuident, at
 que infidias parant, Præter cæteros autem Micyllus
 iste uicinus. M I C Y L . Ita per Iouem. Nam tibi sum si-
 milis, ac patella sub ala gesto. G A L . Tace Micylle,
 ne protinus ipso in furto nos prodas. S I M O N . Opti-
 mum igitur fucrit, ut ipse insomnis seruem. Omne abi-
 bo domum in orbem obambulans. Quis iste? video te
 per Iouem. O parictum perfoſſor, posteaquam es co-
 lumna, bene resſe babet. Pernumerabo denuo reſoſ-
 sum argentum, ne quid forte dudum me fugerit. En rur-
 sum, obſtreput mibi nescio quis. Nimirum obſideor, at
 que inſidijs appetor ab omnibus, ubi mihi gladius? Si
 quemquam deprehendero, rursum aurum defodiamus.
 G A L . Sic tili habent o Micylle, res Simonis, Sed ab-
 eamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc ali-
 quantulum ſupcreſt. M I C Y L . O miser, cuiusmodi
 uiuit uitam? hostibus eueniat ad hunc modum diui-
 tem eſſe. Itaque pugno illi in maxillam illiso, uolo diſ-
 cedere. S I M O N . Quis me pulsauit? Latrocino
 deſpolior

despolior miser. M I C Y L . Plora ac uigila autem si milis corpore reddaris, quandoquidem illi affixus, deditur es. Nos autem, si uidetur, Gnipbonem fænatorem uisamus. Nam nec is procul binc habitat. ipse nobis super apte sponte fores patuerunt. G A L . Vides hunc quoque curis inuigilantem, & usurarum rationes iterantem dignitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham, aut culicem, aut muscam abcundū. M I C Y L . Evidem video miscrum ac uerba hominem, ne nunc quidem multo meliorcm uiuere uitam, quam filibæ aut culicis. Adeo totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. G A L . Ad tuum, si uidetur, Eucratem. Entibi fores per se patuerit. Quin introimus? M I C Y L . Paulo ante hæc omnia mea erant. G A L . At etiam nunc tu diuitias somnias? uides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, uirum natu grandem. M I C Y L . Video profecto quiddam haudquaquam uirile. Porro altera ex parte ipsam itē uxore à coquo constuprari. G A L . Quid ergo? Num optaris et horū heres existere Micyllæ, cunctaque possidere, que sunt Eucratis? M I C Y L . Haudquaquam Gallæ. Imò fame citius interierim, quam id genus quippiam patrarem. Valeat aurum & coniuia. Duo oboli mibi potiores diuitiae sunt, quam si à domesticis mibi domus perficiatur. G A L . Sed iam nunc quandoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Relique rursus aliás uidebis Micyllæ.

ORNAT

ORNATISSIMO IVRIS

VTRIVSQUE DOCTORI THO,

me Ruthallo Secretario regio, post cpi

scopo Dunelmensi, Erasmus

Roterodamus,

S. P. D.

IDE quantum audacie mibi suppeditet
 singularis quedam ingenij tui, morumq;
 facilitus, humanissime Ruthalle: qui cū ness
 ei quam ignorem te inter Aulicos primores, uel autore
 tate, uel gratia, uel splendorc, uel eruditione precipuū
 esse: tamen non uerear meas nugas rudes adbut, uixq; ē
 prima scedula repurgates ad tuam excellentiam mitte
 re. Sed quid facerē? Iam urgebat nauita, uentos et aestas
 nulliservire clamitans. Itaq; nc nihil mei apud homini
 nem tam nostri studiosum relinquerē, id quod tum for
 ce erat in manibus: Misanthropū misi, nimirum ad uis
 rum unum omnium Philanthropotaton. Is est Lucianus
 dialogus: quo uix alias lectu, uel utilior, uel iucundior,
 uersus quidem ille iampridem ab alio nescio quo: sed
 ita uersus, ut interpres hoc modo demonstrare uoluis,
 se uidetur, se neq; Grece scire, neq; Latine: nec teme
 re adeo quis suspicetur cum interpretem subornatum
 esse ab ijs, qui Luciano male uolunt. Tu nostram banc
 audaciam boni consules: & Erasmus in corum numer
 tro pones, qui tui sunt amantissimi. Vale, Londini. Anno
 M. D. 1111

O Lucianus

LVCIANI TIMON

SIVE MISANTHROPVS, D E S.

Erasmo Roterodamo Interpret.

I V P I T E R Philie, hospitalis, sor
 dalitie, domestice, fulgorator, iusfir
 randice, nubicoge, grandistrepe: &
 si quod aliud tibi cognomen attoni
 ti Poetæ tribuunt, maxime quū he
 rent in uerfu. Nam tū illis tu multinominis factus, car
 minis ruinam fulcis, metriq; exples hiatum. Vbi tibi
 nunc magnicrepum fulgor, granifremum tonitru? ubi
 ardens, candens, ac terrificum falmen? Nam bacoma
 mia iam palam apparet, nugas esse, fumumq; poeticū,
 nec omnino quicquam preter nominum strepitū. Sed
 decantata illa tua arma eminus ferientia expromptā
 que, nescio quomodo penitus extincta sunt, frigentq;
 adeo, ut ne minimam quidem scintillulam iracundiae
 aduersus nocentes reliquam obtineant. Itaq; citius qui
 quis ex his, qui peieraturi sunt, extinctū ellicnium mer
 tuerit, quam flammarum fulminis cuncta necantis: usque
 adeo titionem quempī in se se vibrare te putant, ut ins
 cendium aut fumū ab illo proficiens, nihil quicquam
 formident: uerum hoc solū uulnris inferri posse iudic
 ent, ut fuligine compleantur. Quibus rebus factū est,
 ut iam Salmoneus tibi sit ausus etiam obtinare: neq; id
 admodum

admodum ab re: quippe aduersus Iouem usque adeo ita
 frigidum, ut ad facinora feruidus, audaciaq; tumidus.
 Quid ni enim faciat, ubi tu perinde ac sub mandragor
 ra stertis: qui neq; peierantes exaudias, neq; eorum qui
 flagitia committunt, respectum agas? Cæcūtis autem li
 pitudine, et hallucinaris ad ea quæ fiunt: auresq; iam
 tibi obsurducunt, instar horum, qui ætate defecti sunt.
 Quandoquidem quum iuuenis adhuc essem, acriq; ani
 mo, uehemensq; ad iracundiam: permulta in homines
 maleficos ac violentos faciebas. Neq; tum unquam tibi
 cum illis erant inducie. Sed perpetuo fulmē erat in ne
 gocio: perpetuo obuibrabatur Aegis, obstridebat toni
 tru: fulgur contimenter iaculorū in morem, densissime
 ex edito loco demolantium torquebatur. Terre quasi
 sationes, cribri instar frequētes: ad hæc nix cumulatim,
 neq; nō grandosaxorum int morem: atq; ut tecū gran
 dius loquar, imbrésq; rapidi et violenti, ac flumen quo
 tidie exundans. Hinc tantum repente Deucalionis et
 te naufragiū ortum est: ut omnibus sub aqua demersis,
 uix unica scaphula seruaretur: quæ in monte Lycore
 appulit, humani generis quasi scintillulas quasdam ser
 uans, unde sceleratius etiam genus in posterum propa
 garetur. Nimirum igitur dignū se cordia præmium ab
 illis reportas: quum iam nec sacra faciat tibi quisquam,
 nec coronas offerat: nisi si quis obiter in Olympicis: ac
 ita ne is quidem rem admodum frugifram facere ui
 deatur: sed priscum quendam ritum magis referre: dicit
 o z pend

penè Saturnū, ô deorum generosissime, te reddunt, magistratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam templis tuum sacrilegio compilarint: quū tibi etiam ipsi in Olympiacis manus admoliti sunt. Atq; interea tu altifremos ille pigritabar, uel excitare canes, uel vicinos aduocare: ut auxilio accurrentes illos comprehenderent, quum etiamdū ad fugam adornarentur. Sed egregius illc, gigantumq; extinctor & Titanum uictor secubas: quum tibi cæsaries ab illis circumonderetur, decemcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, ô preclare, quis tandem erit finis, que tu adeo secure deficis? aut quando de tantis maleficijs penas sumess? Quot Phætontes, aut Deucaliones, satis idonei sint ad expiandum tam inexhaustam morum iniquitatem? Etenim ut de communibus silcam: de ijs que mibi accidunt dicam: quum tam multos Athenienses in sublimi excederim: ex pauperrimis diuites reddiderim: cūctiusq; quotquot opus haberent, suppeditarim, imò semel universas opes in amicos iuuandos effuderim: simulatque his rebus ad inopia deueni, iam ne agnoscor quidē ab illis, nec aspicere dignantur me, qui dudum reucrebantur, adorabat, meoq; de nutu pendebant. Quod si quando per uiam ingrediens, forte fortuna in eoru quenpiam incidero, perinde ut cuersam hominis iam olim defuncti statuam, ac temporis longitudine collapsam pretercunt, quasi ne norint quidem. Porro alij procul confecto me aliò se se detorquent: existimantes se esse insupicatum

auspicatum, abominandumq; nisuros spectaculum, quē non ita pridem scrutatorem & adiutorem suū esse pre dicabāt. Itaq; prementibus malis ad extremā redactus consilia, renone arrepto, terram exerceo, quaternis cō ductus oblitus: atq; hic cum solitudine, cumq; ligone ph̄ilosophor. Hoc interim lucri mibi uideor fakturus, quod postbac non intuebor plerosq; pr̄ter meritum secundis fortunæ successib; utentes. Nam illud uel maxime urit. Iam igitur tandem aliquando Saturni Rhei & q; pro les excusso profundo isto, grauiq; somno (nam Epimer midem quoq; dormiēdo uicisti) denuo iactato fulmine, aut ex Octa redaccenso, ingenti redditâ flamma iram aliquā strenui illius ac iuuenilis Iouis ostēde, nisi uera fuit que à Cretensibus de te, tuaq; sepultura feruntur.

I V P. Quis hic est Mercuri, quem audio sic uociferantem ex Attica, ad radicem montis Hymetti, horridus totus, ac squalidus, pelleq; hircina amictus fodit autē ut arbitror, nam pronus incubit homo loquax & cōfidens, mirū nī philosphus est, necq; enim alioqui adeo impia, nefariaq; in nos fuerat dicturus. M E R C.

Quid aīs pater, an non nosti Timonem Echecratidis filium Colyttensem? Hic nimirum est, qui nos sacerdus micro in sacris legitimis coniuicio accepit, ille repente diues factus, ille qui totas Hecatombas, apud quem splendide Iouialia festa consueimus agitare. I V P.

Hec quanam ista rerum commutatio? hiccine bone, stus ille? diues, quem tam frequentes cingebant amici?

o 3 Quid

Quid igitur accidit ut hoc sit babitu? squalidus, erum-
nosus, fossor conductius, uti coniūcio, quum tam gra-
uem ligonem gerat? M E R C. Ad hunc modum illum
quodammodo probitas euertit, atque humanitas, & in
omnes quicunq; egerent misericordia. At re uera ue-
cordia potius facilitasq;, nullusq; insuscipiendis ami-
cis delectus, quippe qui neutiquam intellexerit, se se
corulis lupisq; largiri. Quin magis quum à uulturibus
tam multis misero iecur eroderetur, ob id amicos eos
necessariosq; iudicabat, quasi benevolentia erga se se
afficerentur, quum illos epulae magis caperent. Ergo
posteaquam ossa penitus nudassent, circumrofissentq;,
deinde siqua medulla suberat, hanc quoq; admodum di-
ligenter exuxissent, aufugerūt, exuccum & radicitus
defectū destituentes: adeo ut postea ne agnoscant qui
dem, aut aspiciant, tantum abest ut sint qui suppeli-
tent, impartiantq;. Has ob res fossor, & sago, ut uides,
opertus pellico urbem præ pudore fugiens, mercede
terram exercet, aduersus ingratos atra bile stomacha-
tur, qui quidem sua benignitate ditati, admodum fa-
stuose nunc prætereant, ac ne nomen quidē an Timon
uocetur, nouerint. I V P. Atq; profecto uir neutiquam
fastidiendus, neq; negligendus, & iure optimo indigna-
tur, qui ijs tantis in malis agat. Quare sceleratos istos
adulatores ipsi quoq; fucrimus imitati, si cum uirū ne-
glexrimus, qui tantum taurorū & caprarū pinguis-
mas quasq; nobis in aris adolcherit. Quarum nidor etiā
amidum

am dum mihi in naribus residet. Tametsi propter nego-
cia maximamq; turbam peccantium, tum ui, non iure
agentium, neq; no aliena rapientium, præterea ob for-
midinem, quam mihi pariunt sacrilegi, qui quidē tum
multi sunt, tum obseruatu difficiles, adeo ut ne minimū
quidē nos conniucrē sinant. Iam pridē profecto ad Attī
cam regionē oculos detorsissim, maxime posteaquam
philosophia ετ de uerbis digladiationes apud istos in-
crebuerunt, ita ut pugnātibus inter se istis uociferantis
busq; ne exaudire quidem mortaliū uota liceat. Vnde
mihi necessum est, aut auribus obturatis sedere, aut di-
rumpi ab eis, conficiq; qui uirtutē quandam, ετ incor-
porca quedam, merasq; nugas ingenti uociferatione cō-
nectunt: hec in causa fuerunt, ut hunc quoq; neglexer-
im, quū haud mediocriter de nobis sit meritus. Quod
relicuum est Mercuri, tu Plutum adducens, quantū po-
tes ad istum abeas. Porro Plutus unā secum ducat ετ
thesaurum, ετ utriq; apud Timonem perseverent. Ne-
que usq; adeo facile demigrent, etiam si quām maxime
rursum illos per bonitatem ex ædibus exegerit. Ceter-
rum de palponibus illis, atq; ingratudine qua in hunc
sunt usi, in posterum consultabo: pœnasq; daturi sunt, si
mulatq; fulmen instaurauero. Nam fracti sunt in cor re-
tusa cuspide duo ē radijs maximi: quum nuper audius
in sophistam Anaxagoram iacularer, qui suis familia-
ribus suadebat, nullo pacto esse ullos nos, q; dij uocares-
mur. Ac illū quidē errore no scribā, præterea quod

Pericles obtenta manu eum protexerit. Ceterum filii
men in Castoris ac Pollucis templū deortum, cum ille
Iud exufit, cum ipsum parum absuit, quin ad saxum cō-
minueretur. Quanq̄ interim uel id supplicij satis mas-
gnū in istos fuerit, si Timonem cōspexerint egregie
locupletem factum. M E R C . Quantum habet momen-
ti altum uociferari, et obstreperum audacemq; esse?
Idq; non ijs modo qui causas agunt, uerum etiam qui uo-
ta faciunt cōducibile. En mox è pauperrimo diues cu-
serit Timon, qui se in precando clamosum et impro-
bum præstiterit, Iouemq; reddiderit attentum. Quid
si silentio fodisset incuruus: ctiam nunc foderet negles-
ctus. P L V T V S . At ego Iupiter haudquaq; ad istum
rediturus sum. I V P . Quid ita non rediturus optime
Plute, præsertim à me iussus? P L V . Quoniam per lo-
uem iniuria me affecit eijcens, et in multa fragmenta
dissecans: idq; quum illi paternus esset amicus, ac me,
pncē dixerim, fuscinis ex edibus extrusit, nec aliter q;
ij, qui è manibus ignem abiciunt Num rursum ad istum
ibo, parasitis, adulatoribus et scortis donādus? Ad eos
me mitte ô Iupiter, qui munus intellecturi sint, q; ample-
xuri: quibus equidē in preciosim, et maiorem in modū
exoptatus. At bi stupidi cū inopia cōmerciū habeant,
quam nobis anteponūt, ut ab ea accepto sago pellico,
ligoneq; sat habeant, quū quatuor lucrantur obolos,
decem talenta contemptim dono dare soliti. I V P . Ni-
bil istiusmodi postbac in te fakturus est Timon, quippe
quem

quem ligo abunde satis corripuerit, nisi prorsus nullus dolorē sentiunt illius ilia, te uidelicet potius, quām ius opiam esse p̄ceptandam. At tu mihi querulus admas dum uideris esse, qui nunc Timonem incuses, quod tibi patefactis foribus libere permiserit uagari, neq; inclaudens, neq; zelotypus in te. Porro aliās diuersa de causa in diuites stomachabare, quū diceres te ab illis repugulis, clauibus, ac signorum obiectaculis imprefsis ita fuisse conclusum, ut ne prospicere quidem in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas, affirmās preſſocari te nimijs tenebris: eoq; pallidus nobis occurribas, & curis comfctus, digitis etiānum ex affiduo colligendi, coacermandi q; usū contractis, cōtortis q;: quod si quando daretur opportunitas, aufugiturū quoq; ab illis te minitabare. In summa reuī supra modum acerbam iudicabas in arco ferreōne thalamo, Dandas ex emplo, virginem aſſeruari, atq; à ſcelestifimis educari pedagogis, faenore & computo. proinde absurdē face re aiebas bos, quod te preter modum aduarent: neq; (quam liceret) frui auderent, neq; quū ipſis eſſet in manu, amore ſuo ſecure uterentur: ſed uigiles obſeruarēt, ad ſignum ac ſeram oculis nunquā conniuentibus, neq; uſquam dimotis, ſemper intuentes, abunde magnū frumentum arbitrantes: non quod ipſis fruendi facultas adeſſet, ſed quod nemini fruendi copiam facerēt, non aliter quām in praefcipi canis, nec ipſa uescens bordeis, nec equum famelicum id facere ſinens. Quinetiam ridebas

istos, qui parcerent, asseruarentq; , et (quod esset absurdum) ipse quidem sibi substraberent, uerenturq; contingere, non inteligerent autem fore, ut aut sceleratissimus famulus, aut dispensator, aut liberorum pedagogus furtim subiret, Iudibrio babitus infelice et inamabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam, et oris angusti lucernulam, ac fiticulosem scirpulum usuris inuigilare. Quid itaq; an non iniquum, quū haec quondam incusaueris, nunc in Timone diuersa his criminaris? PL. V. Atquis si rem uere perpedieris, utruq; me iure facere iudicabis. Nam et Timonis ista nimia lenitas, negligentia potius, haud benevolentia, studiumq; quod ad me pertinet, merito videatur. At è diuerso, qui me ostijs ac tenebris inclusum seruabat, id agentes, quo scilicet crassior, saginatiorq; , ac uehementer corpulentia onustus euaderem: quum interim neq; ipsi contingenterent, neq; in lucem producerent, ne uel afficeret à quopiam, bos dementes et contumeliosos in me iudicabam, quippe qui me nibil cōmeritum tot in uinculis cogerent situ carieq; putrefacte, haud intelligentes, quo mox demigrent, me alij cuipiam, cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probo, sed ne illos qui dem, qui nimium facile mihi manus admouent. Sed qui (quod est optimū) mediocritate utantur, uti nec prorsus abstineant, neq; penitus profundant. Etenim illud per Iouem considera Iupiter: Si quis ubi puellulā et formosam lege duxisset uxorē, postea neq; obseruet,

nec ulla omnino zelotypia prosequatur, uidelicet si
 nens illam noctu atq; interdiu quocūq; libitum sit ire,
 & quicunq; uoluissent cum his habere rem, uel produ-
 cat potius ultro ut adulteretur, fores aperiens, profi-
 turusq;, & quoslibet ad illam inuitans, num hic amare
 uidebitur? profecto hoc tu nequaquam dices Iupiter, qui
 se penumero amore senseris. Rursum si ingenuā lege
 domū deducat, uti liberos legitimos progeneret, cete-
 rum nec ipse cōtingat florentē etate, decoramq; virgi-
 nem, nec aliū sinat aspicere: sed inclusam, orbam, scri-
 lemq; in perpetua virginitate cōtineat, idq; p̄e amor-
 re se facere p̄adicit, & hūc quidē p̄aferat, pallore,
 corpore exhausto, oculis refugis, num fieri potis est ut
 huiusmodi non desipere uideatur? quippe qui quū libe-
 ris oportuerit operā dare, fruiq; cōiugio, puellā adeo
 formosam atq; amabilē sinat emarcescere, per omnem
 uitam tanq; Cereri sacerdotē alens. Huiusmodi & ipse
 indigne fero: quū à nōnullis ignominiose cædor calcis-
 bus, laniorq;, atq; exhauriō: à nōnullis cōtra p̄cindē
 ut stigmaticus fugitiuus compedibus uincior. I V P.
Quid est aut̄ quod aduersus illos indigneris, quādoqui
 dēm utriq; p̄enas egregias luunt? Alteri quidē dum
 Tantali in morem, neq; bibere sinuntur neq; edere: sed
 ore sicco duntaxat inhiant auro. Alteri uero dum his
 ceu Phynco cibos Harpyiae ipsiſ ē faucib. eripiūt. Sed
 abi iā, Timone multo post hac usurus cordatiore P L.
 An ille aliquādo desinet me ceu foraminoso cophino,
 priusquā

prisquam omnino influxerim, data opera exhaudire,
quasi conetur occupare, quo minus influam: ueritus, ne
si copiosius infundar, ipsum undis obruam? Quo fit, ut
in Danaidum dolium aquam mibi uidear allaturus, fru-
straq; infusurus, mase non continentे liquorem: immò pri-
us propemodum effuso quod influit, quam influxerit.
Adeo latus dolij biatus ad effusionem ac liber exitus.

L V P . Proinde ni biatum istum obturauerit, perpetua
amq; perstillationem fistere studuerit, te propediem
effuso, facile rursum sagum, & ligonem in dolij sece re-
periet: sed interim abite, atq; illum diuitem reddite. Ab
tu Mercuri fac membris, ut redies Cyclops ex Acti-
na tecum adducas, quo fulmen cuspide restituta resur-
ciant. Nam eo nobis acuminato opus fuerit. M E R .
Eamus Plute. Quid hoc? Num claudicas? Evidē igno-
rabam ó preclare: te non cæcum modo, uerum etiam
claudum esse. P L V . Atqui non hoc mihi perpetuum
Mercuri: uerum si quādo proficiscor à Ioue missus ad
quempiam, tum nescio quo pacto tardus sum, & utra-
que claudus pede, ita ut ægre ad metam pertingere
quem: sene nonnunquam interim facto, qui me operie-
batur. Porrò quum discedendū est, alatū uidebis mul-
to amibus celeriorem. Vnde fit, ut uix iam amoto repa-
gulo, ego iam praecoris uoce uictor pronuncier, saltu
stadium transiens, ne uidentibus quidem aliquoties
spectatoribus. M E R . At ista quidem haud uera nar-
rabo: ego tibi permultos commemorare quem, quis
bus

bus heri ne obulus quidem erat, quo restim emerent: qui hodie repente diuites facti, splendide uiuant: albis quadrigis uerbantur, quibus ante ne asellus quidē superpeditarit. Ii tamē purpurati, aurumq; manibus gestans ees obambulant. Qui ne ipsi quidem opinor, credere possunt, quin p somniū diuites sint. PL V. Isthec alias res est Mercuri: neq; enim tum meis ipsius ingredior pedibus: nec à Ioue, sed à Dite ad istos transmittor: quib
 & ipse nimirum opum largitor est, ac magna donans: id quod ipso etiam nomine declarat. Itaq; quoties est mibi ab alio ad alium demigrandum: in tabellas iniçis sunt me: ac diligenter obsignantes sarcina in morem sublatum transportat. Interea defunctus ille alicubi in eedium tenebricosa parte iacet, ueterē linteō in genua iniecto testus, de quo felis digladiantur. Porro qui me sperauerant obtainere, in foro operiuntur biantes: non aliter, quam birundinem aduolantem stridentes puli. Deinde ubi signum detractum est, & lincus ille funicu-
 lus incisus, aperteq; tabellæ, iamq; nouus dominus pro-
 nunciatus est, siue cognatus quispiam, siue adulator, si-
 ue seruulus obsceneus, qui puerili obsequio sauro ē emer-
 ruit, etiam tum mento subraso, pro uarijs & opipar-
 is uoluptatibus, quas illi iam exoletus suppeditauer-
 rat, ingens scilicet præmium ferēs generosus quisquis
 ille tandem fuerit, nonnunquam me ipsis cum tabellis
 arreptum, fugiēs ad portat commutato nomine: ut qui
 modo Pyrrhias, aut Dromo, aut Tibius: iam Megacles

aut Megabizus, aut Protarchus appellatur. Ceterum illos ne quicquam biantes, seq; mutuum intuentes relinquit: ac uerum luctum agentes, quod eiusmodi Thynnus ex intimo sagenæ sinu sit elapsus, qui non paru magnum escam deuorarit. At hic repente totus in me irruens, homo uite mundioris atq; elegatioris rudit, pingui, illotaq; cute, qui cōpedes etiamdum borreficit: si quis prætericns loro increpet, arrectis stet auribus: quiq; pistrinum, perinde uti templum adoret: non est deinceps tolerandus ijs, quibuscum uiuit: uerum et invenos afficit contumelia, et conseruos flagris cedit: experiens, num sibi quoq; similia liceat, donec aut scorculo cui piam irrelitus, aut equoru alendorum studio captus, aut adulatoribus se se permittens, deierantibus Nirco formosiorem esse, Cecrope Codrone generosiorē, callidiorē Vlysse, unum autē uel sedecim partē Cræsis opulentiorē, momēto temporis semel profundat infelix, quæ minutatim multis ex periurijs, rapienis, flagitijs, fuerant collecta. M E R . Ista fermè sic habent uti narras: uerum ubi tuis ipsius ingrederis pedibus, qui tandem cæcus quum sis uiam inuenire soles? Aut qui dignoscis ad quosnam Iupiter te misericordia, dicens illi uisos qui diuinijs abundant? P L V . Enim uero, credis me reperire istos ad quos mittor? M E R . Per Iouem haudquaquam. Neque enim alioqui Aristide præterito, ad Hipponicum et Calliam accessisse, tum ad alios Athenienses, homines ne obulo quidem

dem estimandos. Cæterum quid facis quandoquidem
es emissus? P L V . Sursum ac deorsum circumcursans
oberro, donec imprudens in quempiam incurro: hic
autem quisquis ille sit, qui forte primus me nactus sit,
abducit ac possidet, te Mercuri pro lucro preter spem
obiecto uenerans atq; adorās. M E R . Num ergo fas
litur Iupiter: qui quidem credat ex ipsis animi senten-
tia, ditari abste hos, quos ille dignos existimarit qui
ditescerent? P L V . Et iure quidem optimo fallitur ô
bone: quippe qui quū me cæcum esse non ignoret emit-
tat uestigatū rem usq; adeo repertu difficultem, & iam
olim ē uita sublatam, quam ne Lynceus quidem facile
inueniret, quæ nimirum adeo obscura sit, ac minuta.
Itaq; quum rari sint boni, improbi porrò in ciuitati-
bus omnia obtineant, oberrans facile in huiusmodi
mortales incurro, ac retibus illorum illiger. M E R .
At qui fit, ut quoties eos deseris, ceteriter aufugias quū
mæsis ignarus? P L V . Tum demum acutum cerno,
pedibusq; ualco, ubi ad fugam tempus inuitat. M E R .
Iam illud quoq; mihi responde, qui fit, ut quum sis ocu-
lis captus (dicendum enim est) præterea pallidus, po-
stremo claudus, tam multos habeas amantes, adeo ut
omnes in te defigant oculos? & si potiantur, felices uir-
deantur, sin frustrentur, non sustincent uiuere? Ex his
equidem non paucos noui, qui sic perdite te amarint,
ut se aereo ē scopulo piscoſi in æquoris alta, precipi-
tes abiecerint, rati fastidiri fese abste, propterea quod
illios

illos nullo pacto respexisses. Quanq; sat scio, tu quoq;
fueberis, si quo modo tibi ipsi notus es, furere istos, qui
eiusmodi amore sunt dementati. P L V . At enim crea-
dis me, qualis sum, talem istis uideri, nempe claudum,
aut cæcum, aut si quid aliud adest mihi uitij. M E R .
Quid ni ó Plute s; nisi forte & ipsi omnes cæci sunt.
P L V . Haud cæci quidem, ó optime, uerum inscitia,
errorq; que nunc occupant omnia, illis offundunt tene-
bras: ad hæc ipse quoq; ne per omnia deformis sim, per
sona uebementer amabili tectus inaurata, gemmisq;
picturata, ac uersicoloribus amictus eis occurro: at illi
rati se se nativi uultus uenustatem afficere, amore ca-
piuntur, dispereuntq; nisi potiantur. **Quod** si quis me
toto corpore renudatum illis ostenderit, dubio procul
futurum sit ut se ipsi damnent, qui tantopere cæcuties-
sint, adamantes res neutriq; amandas ac fœdas. M E R .
Quid ergo posteaquam eò peruentum est ut iam diui-
tes euaserint, iamq; personam sibi circumposuerint,
tursum falluntur? Adeo ut si quis illis detrahere con-
etur, penè caput potius, quam personam abjectiat? Neq;
enim uerisimile est etiam cum illos ignorare, auro bra-
eteatam esse formam, quum intus cuncta inspexerint.
P L V . Ad id non parum multæ res, ó Mercuri, mihi
sunt adiumento. M E R . **Quæ** nam? P L V . Simulatq;
qui me primum nactus est, apertis foribus exceperit,
clanculum unà mecum introit elatio, uercordia, jactan-
tia, molitiae, violentia, dolus, atq; alia item innumera-
bilia

Bhia: à quibus omnibus posteaquam est animus occupatus, iam admiratur quæ neutiquam sunt admiranda, & appetit ea quæ sunt fugienda, meq; cunctorum illorum que introierant, malorum patrem stupet, illorum satellitio uallatum, quiduis potius passurus, quam uti me compellatur rejicare. M E R. Ut leuis ac lubricus es Plute, retentu difficultis, ac fugax, neq; ullā præbens ensam certam quo prensus tencare: sed nescio quomo do anguillarum ac serpentum in morem inter digitos elaberis. At è diuerso paupertas, uiscosa, prensu facilis, totoq; corporc mille uncos gerit bamos, ut qui tetigunt, illico hærent, nec facile queant auelli. Verum interea dū nugamur, rem baud paruā omisimus. P L V.

Quam? M E R. Nempe quid thesaurem non adduxerimus, quo uel in primis erat opus. P L V. Istbac quidem ex parte bonofis animo. Nam non nisi in terra relictio illo ad uos ascenderc solco: iussoq; intus manere fibris occlusis, neq; cuiquam aperire, nisi me uocistrant tem audierit. M E R. Iam igitur Atticam adeam illi. Tu me consequitor chlamydi adhærens, donec extremitam uiam attigerimus. P L V. Recte facis Mercuri, quū me per uiam ducis. Etenim si me desereres, forsitan oberrans in Hyperbolū aut Cleonem inciderem. Sed quis hic stridor ceu ferri saxo impacti? M E R. Timor hic est, qui proxime montanum & petricosum fodit solū. Papæ: adest & Paupertas, & Labor ille, tum Roibur, Sapientia, Fortitudo, atq; id genus aliorū turbid:

L V C. p quorū

quorum omnium agmen Fames cogit, longe præstans
 tuis quam tui sint satellites. P L V . Quia igitur quam
 oxyphime discedimus Mercuri? Neque enim ullum operi
 raprecium fecerimus cum homine eiusmodi uallato exi-
 eritu. M E R . Secus usum est Ioui: quare ne metu de-
 terreamur. P A V P E R T A S . Quo hunc nunc Ar-
 gicida manu abducis? M E R . Ad hunc Timonem, ad
 quem à Ioue sumus ire iussi. P A V . Ita ne rursum Plu-
 tus ad Timonem? posteaquam ego hunc antea delitius
 male corruptū suscepi: cōmendansq; Sapientię & La-
 bori, strenuum, multiq; precij uirū reddidi? Adeo ne de-
 spicienda, iniuriaq; idonea uobis Paupertas iudicor: ut
 hunc, quae mihi unica erat possessio, eripiatis, iam exas-
 etissima cura ad uirtutem excultum? ut Plutus hic ubi
 denko susceperebit, per contumeliā & arrogantiam illi
 manu iniecta, talcm reddiderit, qualis erat dudu, mol-
 lem & ignavum, ac uerodem: rursum mibi restituat,
 ubi iam nibili factus erit, & reūculus? M E R . Sic ó
 Paupertas, Ioui placitū est. P A V . Evidem abeo. At
 nos Labor & Sapientia, reliquiq;, consequimini me.
 Porro hic brcui cognoscet, qualis in se fuerim, quam
 nunc relinquet: nempe adiutrix bona, & rerū optima
 rum doctrix. Qui cum donec habuit cōmercium, sano
 corpore, ualentiq; animo perseverauit: virile exigens
 uitā, & ad se se respiciēs: superuacua autē & uulgaria
 ista aliena, ita ut sunt, existimans. M E R . Discedunt
 illi: nos ad eum adeamus. T I M . Quidam estis, o scle-
 sti

sti? aut qua gratia huc aduenisti homini operatio mer
cenarioq; negotiū exhiburi? uerum haudquaquā la/
ti abibitis, sc̄elesti ut estis omnes: nam ego uos illico gle/
bis & saxis petitos cōminuam. M E R. Nequaquam
d̄ Timon, ne ferito, neq; enim series mortales: uerū ego
sum Mercurius, hic Plutus. Misit nos Iupiter, uotis tu/
is exauditis. Quare, quod benc uertat, opes accipe, dc/
sistens à laboribus. T I M. Atqui uos iam ploraueritis,
ctiam si dij sitis ut dicitis. Siquidē odi pariter omnes,
cum deos, cum homines. Sed hunc cæcū quisquis hic fu/
erit, mihi certū est ligone impacto cōminuere. P L V.
Abeamus per Iouem Mercuri: quandoquidē hic homo
mibi uidetur non mediocriter insanire, ne malo quopi
am accepto discedam. M E R. Ne quid ferociter Ti/
mon: quin exue potius penitus istam ferocitatē, asperis/
tatemq; ac manib; obuijs excipe bonā fortunā: rur/
sum diues esto. rursum Atheniensū princeps, & ingra/
tos illos despicio, quū solus florebit. T I M. Nihil mi/
bi uobis est opus, ne obturbate. Sat opū mihi ligo: præ
terea fortunatissimus sum, si nemo propius ad me ac/
cesserit. M E R. Adcōne queso inhumaniter?

Hæc ego sc̄ea Ioui refro atq; immania dicta?
Atqui par erat forsitan homines tibi haberri inuisos, ut
qui tam multa indigna in te cōmisissent: deos odio te
prosequi nequaq; erat consentaneū, quū illi tantopere
tui curam agant. T I M. At tibi Mercuri, Iouiq;, quod
me respicatis, plurimam equidem habeo gratiam: ceter

ceterum hunc Plutum nequaquam recepero. M E R .
Quid ita? T I M . Quoniam pridem innumerabilium
 malorum hic mibi fuit autor, quum me assessoribus
 proderet, insidiatores in me inuitaret, cōfaret odium,
 illecebris corrumperet, inuidiae obnoxium redderet:
 deniq; quū repente me adeo perfide ac proditorie de/
 stituerit. Contra, paupertas optima, me laboribus uiro
 dignissimis exercens, mecumq; uere & libere conui
 uens, & quibus opus erat suppeditauit laboranti, &
 uulgaria ista docuit contemnere, effecitq; ut nibi uite
 spes omnis ex me ipso penderet, dcmōstrans quānam
 essent opes uere meae: nempe quas neq; adulator affen
 tans, neq; sycophanta minitās, neq; plebes irritata, neq;
 que concionator suffragiorū autor, neq; tyrannus in/
 tentus insidijs queat cripere. Itaq; iam ualidus effectus
 ob laborem, dum hunc agellum gnauiter exerceo, ne/
 que quicquam eorum quae sunt in ciuitate malorū aspi
 cio, abunde magnum & sufficientem uitum mihi ligo
 suppeditat. Quare tu Mercuri, quā uenisti uiam reme
 tiens, recurre, unā tecū Plutū adducens ad Iouē. Illud
 mihi sat fuerit, si effecerit ut omnes mortales per om/
 nem etatem eiulent. M E R . Nequaquam ó bone, neq;
 enim omnes ad eiulandum sunt accommodi. **Quin tu**
iracunda pueriliaq; ista missa face, ac Plutum excipe:
 non sunt reijciēda munera, que à Ioue proficiuntur.
P L V . Vin' Timon ut contra te partes defendam me
 es, an grauiter seres si quid dixeros? T I M . Dicito, ne
 multis

multis tamen, neq; cum proœmijs, quicmadmodū pers
ditissimi isti solēt Oratores. Nam huius Mercurij gra
tia te seram paucis dicentem. P L V T . At qui multis
mibi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accu
sato. Attamen uide, num qua in re te quemadmodum
ais læserim: qui quidem dulcissimārū quarumq; rerum
tibi extiterim autor, opifexq; , autoritatis, præsidentiae,
coronarum, aliarum item uoluptatum: mea opera con
spicuus eras, celebris & obseruandus. Cæterum si quid
molesti ab adulatoribus accidit, non mihi potes impu
tare: quin ipse magis abs te sum affectus contumelia,
propterea quod me tam ignominiose uiris illis execra
tis suppeditaris: qui te mirabātur, ac præstigijs demen
tabant, mibiq; modis omnibus insidias struebant. Por
rò quod extremo loco dixisti, te à me proditum, deser
tumq; fuisse: istud criminis in te possum rētorquere,
quum ipse sīm modis omnibus à te reiectus, precepsq;
exactus ex ædibus. Unde promilli chlamyde, sagum
istud charissima bī paupertas circumposuit. Itaq; ter
ritis est mihi hic Mercurius, quantoperc louem orauer
rim ne ad te uenirem, qui tam hostiliter essem in me des
bacchatus. M E R . At nunc uidcs Plute, in cuiusmodi
hominem sit commutatus. Proinde audacter cum illo
confuctudinem age. Tu uero fode ita ut facis. Tu inter
rim thesaurum sub ligonem adducito. Audiet enim si
tu accessueris. T I M . Parendū est Mercuri, rursusq;
ditescendum. Quid enim facias quum dij. compellant?

tamen uide, in quas turbas me miserū coniūcias: qui qui
dem quū ad hunc usq; diem felicissime uixerim, tantū
auri rep̄te sum accepturus, nihil cōmeritus mali, tan-
tumq; curarum suscep̄turus. M E R. Sustine Timon
mea gratia tamct̄si graue est isthuc, atq; intolerandū:
quo uidelicet palpores illi p̄ae inuidia rūpantur. Ego
porrò superata Actna in caelum reuolauero. P L V.
Abiit ille quidem sicut apparet. Nam ex aliarum remi-
gio facio coniecturam. Tu uero hic operire, siquidem
digressus Thesaurum ad te transmittam, sed feri fortius:
us: tibi loquor auri Thesaūre, Timoni huic audiens
esto, offerq; temet eruendum. Fodi Timon altius im-
pingens. Ceterum ego à uobis digredior. T I M. Age
iam ó ligo, nunc mibi tuas uires explica, neq; defatige-
re, dum ex abdito Thesaurū in apertū euocaris. Hem
prodigiorum autor Iupiter, amici Corybantes, ac lu-
crifer Mercuri, undēnam auritatum? Num somnium
hoc est? Metuo ne carbones reperturū sim experre-
ctus. Atqui aurum profecto est insigne, fuluum, graue,
et aspectu multo iucundissimum.

Pulcherrima Aurum fauſtitas mortalibus.

Quippe quod ignis in morē ardes, noctesq; et dies re-
uides. Ades ó mibi charissimū desideratissimumq; nūc
demū credo uel Louem ipsum olim aurū eſſe factū. Ete-
nim quæ tandem uirgo non exorrecto ſinu usq; adeo
formosum amatorem excipiat, per tegulas illapsum? Ó
Mida Cræſeq; ac munera Delphico in templo dicu-
ta: ut

ta:ut nibil eratis si cum Timone, cumq; Timonis opibus conferamini:cui ne Persarum quidem rex par est.
 Oligo, sagum charissimū, uos huic Pani suspendi commodum est. At ego q; maxime semotū mercatus agrū,
 turriculaq; seruandi auri gratia constructa, uni mibi
 affatim uixero:sepulchrū item inibi mibi defuncto parare est sententia. Hæc igitur decreta sunt, placitaq;
 in reliquum uitæ:sciuntio, ignorantia, fastidium erga mortales omnes. Porro amicus, hospes, sodalis, aut ars
 misericordia, mere nuge. Tum commiserari lachrymantem, suppeditare egētibus, iniquitas, ac morū subsuersio:
 at uita solitaria, qualis est lupis: unus sibi amicus Timon cæteri omnes hostes, & insidiarum machinatores. Cum horum quopiam congredi, piaculū: adeo
 ut si quem appexero dūtaxat, inauspicatus sit ille dies.
 In summa: non alio nobis habentur loco, quam signasse
 xea, æreāue: neq; fœcialem ab illis missum recipiamus,
 neq; fœdera feriamus. Solitudo terminus esto. Cæterū
 tribules, cognati, populares: postremo patria ipsa, fri-
 gida quadam & sterilia nomina, stultorumq; mortali-
 um glorie: solus Timon diues esto: despiciat omnes:
 solus ipse secū oblectetur, liber ab assentationibus, &
 onerosis laudibus dijs sacra faciat: epuletur solus, sibi
 ipsi uicinus, sibi particeps, excutiens se ab alijs. Ac se
 mel decreatum esto: ut unus scipsum comiter accipiat,
 si moriendū sit, aut necesse habeat sibi ipsi coronā ad-
 mouere. Nulumq; nomen sit dulcius, q; Misanthropi,

id est, hominum osoris. Morum autem note, difficultas
asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas: quod si quem
confexcro incendio conflagrantē, obtestantemq; quo
extinguam, pice olcoq; extinguere: rursum si quem
flumen undis abstulerit, isq; manus porrigens, implo-
ret ut retineatur: hunc quoq; demerso capite propelle-
re, ne possit emicare: hunc ad modum par pari relatu-
rus est. Hanc legem Timon tulit Echecratides Colyt-
ensis: et concionis subscriptis suffragijs idem ille Ti-
mon. Age hac decretā sunto: bæc fortiter tucamur. Cæ-
terum magno cmerim ut id omnibus innotescat, quod
opibus abudo: nam illa res illos præfocauerit: sed quid
illud? Hæc que trepidatio: undiq; concurrunt, pulue-
rulenti atq; anbeli, haud scio unde aurū odorati. Vtrū
igitur hoc cōscenso colle saxis eos abigo, è sublimi de-
iaculans: an bac tantum in re legem uiolabimus, ut se-
mel cum illis congrēdiamur: ut magis angantur, fasti-
diti, repulsiq; ? Ita satius esse duco. Itaq; restemus quo
illos iam excipiamus. Age prospiciam: primus eorum
iste quis est? Nempe Gnatonides adulator, qui mihi nu-
per cœnam petenti, funem porrexit, quum apud me se-
penumero solida dolia uomuerit. Sed bene est quod ad
me uenit: nam primus omnium uapulabit. G N A T O.
An non dixi Timonem uirum bonum non neglecturos
esse deos? Salve Timon formosissime, iucundissime, con-
suiuator bellissime. T I M . Scilicet et tu Gnatonides,
multurum omnium edacissime atq; hominum perditissime

GNA. Semper tibi grata dicacitas. Sed ubi come
 potamus? Nam nouam tibi ad scro cantilenam, ex his
 quos nuper didici dithyrambis. TIM. At qui elegos
 canes, admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone.
 GNA. Quid istuc? Feris ó Timon? Attestor. ó Her-
 cules: hei hei in iuste uoco apud Arcopagitas, qui uul-
 nus dederis. TIM. At qui si cuncte paulisper, mox
 cædis me reum ages. GNA. Nequaquam, quin tu plas-
 ne uulneri medere, paululo auri inuncto. Mirum enim
 in modum præsentancū id est remediū. TIM. Etiam
 manes? GNA. Abeo. At tibi male sit, qui quidem ex
 uiro commodo tam sœus factus sis. TIM. Quis hic
 est qui accedit recaluator ille? Philiades, assessorū
 omnium execratisimus. Hic quum à me solidum acce-
 perit fundum, tum filiae in dotem talenta duo, laudati-
 onis præmium, quum me canentem reliquis silentibus,
 omnibus solus maiorem in modum extulisset, deierans
 me uel oloribus magis canorum, ubi me pridem ægros-
 tum confexisset: nam adieram oratus ut mei curant
 ageret: plagas etiam egregius ille uir impegit. PHIL-
 LIADES. O impudentiam, nunc demum Timonem
 agnoscitis: nunc Gnatonides amicus & coniuua: enim
 uero habet ille digna se, quandoquidem immemor est.
 atq; ingratus. At nos qui iam olim coniuctores sumus
 & equales ac populares: tamen modeste agimus, ne insu-
 lire uideamur. Salve herc, fac ut istos adulatores sacri
 legos obserues, qui nusq; adsunt nisi in mēsa: præterea à

coruis nihil differunt. Neq; post bac huius etatis mortaliū ulli fidendū est. Omnes ingratī, & scelesti. At ego quum tibi talentum adducerem, quo posse ad ea que uelles uti, in via accepi, te summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his de rebus admonitus te. quanquam tibi forsitan me monitore nūbil erat opus, uero nimirum adeo prudenti, ut uel Nestori ipsi, si necesse est, consilium dare queas. T I M . Ita fiet Philiades, sed age, accede quo te ligone comiter accipiam. P H I . Viri, caput mihi comminutum est ab hoc ingratō, propterea quod cum ea que in rem illius erant, admonui. T I M . Ecce tertius huc orator Demeas se recepit, taurulas dextra gestans, aitq; se mihi cognatum esse. Hic una die de meo sedecim talenta ciuitati dependit: nam damnatus erat, ac uinctus. At quum soluendo nō esset, ego misertus illum redemi. Porro quum illi sorte obuenisset, ut Erechtheidi tribui distribueret arariū, atq; ego adiens, id quod ad me redibat poscerem, negabat se ciuem nosse me. D E M . Salue Timon: præcipuū generis tui præsidium, fulcimentum Atheniensium, defensaculum Græciæ. Profecto iamdudum te populus frequens, & utraq; curia operitur. Sed prius decretū audi, quod de te conscripsi. Quandoquidem Timon Ecbe eratidæ filius, Colytensis, uir nō modo probus & integrus, uerum etiam sapiens, quantum aliis in Græcia nemo, nunquam per omnē uitam destitit optimus de Rep. sacra: Tum autem in olympicis uicit pugil, & lucta cursuq;

cursuq; die eodem, ad hæc solenni quadriga, & quæstriq;
certamine. T I M . At ego ne spectator quidem unquam
in olympicis sedi. D E M . Quid tū? spectabis posthac,
sed ista communia addisatus es. Tum anno superior
re apud Acharnenses pro Rep. fortissime se gesit, &
Peloponensium duas acies concidit. T I M . Qua ratio
ne? Quippe qui nec unquam arma gesserim, neq; un
quam militie dederim nomen. D E M . Modeste tu qui
dem de te ipso loqueris, nos tamē ingrati fururi sumus,
nisi meminerimus. Præterea scribendis plebiscitis, &
in consultationibus, & in administrandis bellis non me
diocrem utilitatem attulit Reipub. His de causis om
nibus uisum est, curiae, plebi, magistratibus tributim, ple
beis singulatim, communiter uniuersis, aurum statuer
re Timonem iuxta Palladem in arce: fulmen dextera
tenentem: radijs tempora ambientibus, utq; septem au
reis coronis coronetur, hæq; coronae bodie in Diony
sijs per Tragœdos nouos promulgantur. Siquidem ho
die, illi Dionysia sunt agenda. Dixit hoc suffragium
Demeas orator, propter ea quod cognatus illius pro
pinquus, ac discipulus eius sit. Nam & orator optimus
Timon: præterea quicquid uoluerit. Hoc igit
tur tibi suffragium, sed utinam & filium meum ad te
pariter adduxissim, quem tuo nomine Timonem ap
pellavi. T I M . Qui potes Demea, quum ne uxorem
quidem duxeris unquam, quantum nobis scire licuit?
T I M . At ducā, nono incunte anno, si deus permiscerit,
liberisq;

liberisq; operam dabo. Tum quod crit natum (crit autem masculus) Timonem nuncupabo. T I M . An uxori
 rem tu sis ducturus, e quidem haud scio, tanta à me plas-
 ga accepta. D E M . Hei mibi. Quid hoc est rei? Tyrann
 eidem Timon occertas: pulsasq; eos qui sunt inge-
 nui, ipse nec ingenuus planè, nec ciuis: uerum propediē
 pacas daturus, quū alijs nominibus, cum quod arcem
 incenderis? T I M . Atqui non conflagravit arx sceler-
 ste. Proinde palam est, te calumniatorē agere. D E M .
 Verum effosso ærario diues effectus es. T I M . Atqui
 non effossum isthuc, unde ne hac quidem probabiliter
 abs te dicuntur. D E M . Verum effodietur posthac, sed
 tu interim omnia que in eo condita, possides. T I M .
 Alteram itaq; plagam accipe. D E M . Hei scapulis
 meis. T I M . Ne uociferare, alioqui & tertiam tibi illi-
 dam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, si quum
 incrimis duas Lacedæmoniorum acies, fuderis, unum
 scelestum hominem non protriucro. Tum frustra uice-
 rim in olympijs, & pugil et palæstrites. Sed quid hoc?
 An non philosophus Thrasycles hic est? profecto ipsius
 est, promissa barba, subductisq; supercilijs, & magnum
 quiddam secum murmurans accedit, Titanicum obtur-
 ens, cæsariem per scapulas fluentem uentilās, alter quis-
 dam Boreas, aut Triton, quales eos Zcusis depinxit.
 Hic habitu frugalis, incessu moderatus, amictu mode-
 stus, mane mirum quam multa de uirtute differit, dam-
 sans eos, qui uoluptate capiuntur, frugalitatem lau-
 dans

dans, at ubi lotus ad coenam uenit, puerq; ingentem illi calicem porrexit, meraciore autem maxime gaudet. perinde ut Lethes aquam ebibens, à dilucularijs illis disputationibus diuersissima quæ sint exhibet, dum mihi instar præripit obsonia, & proximum cubito opposito arcens, mento interim cōdimentis oppleret, dum canum rictu ingurgitat, prono incumbens corpore: per inde atq; in patinis uirtutem inuenturum se speret, dumq; usque adeo diligenter catinos extergit indice dito, ut ne paululum quidem reliquiarum finat adbarere, nunquam non querulus, tanquam deteriorem partem acceperit, uel si totam placentam, aut suum solue omnium accipiat, qui quidem edacitatis & insatiabilitatis est fructus, temuletus, uinoq; bacchatus, nō ad cantum modo, saltationemq; uerum ad conuicium usq;, & iracundiam. Ad hæc multus inter pocula sermo (tum enim uel maxime) de temperantia, sobrietateq;, atque ista quidem loquitur, quum iam à mero male affectus ridicule balbutit. Accedit his deinde uomitus. Postremo sublatum cum de conuiuio effrunt aliqui, ambabus manibus tibicinæ inhærent. Quanquam alioqui ne sobrius quidem ulli primiorum cesserit, uel mendacio, uel confidentia, uel auaricia. Quin et inter assentatores primas tenet, peierat promptissime, anteit impostura, comitatur impudentia. In summa prorsus admirandum quoddam spectaculum est, omni ex parte exactū, auarieq; absolutū: proinde nō ciulabit clariss uidelicet

quibus

quam sit modestus. Quid hoc? papæ, tandem nobis Thrasycles? T H R . Non hoc animo ad te uenio Timon, quo pleriq; isti, qui nimirū opes admirati tuas, argenti, aurii, opiparorum conuiuiorum adducti sive concurrunt, multaq; assentatione deliniunt te, hominē uidelicet simplicem, facileq; impudentem id quod adeat. Siquidem bāud ignoras offam mibi in cœnam sat esse, tum opes niam suauissimum cæpe aut nasturcium, aut si quando lubeat lautius epulari, pusillum salis . Porrò potū fons Athenis nouem saliens uenit suppeditat. Tum pallium hoc quavis purpura potius. Nam aurum nībilo magis apud me in precio est quam calculi qui sunt in littoriis. Sed tua ipsum gratia buc nīc conculi, ut ne te subuerterit pessima ista, atq; infidiosissima res opulentia: quippe quæ multis sapientia immedicabilium malorum extiterit causa. Etenim si me audies, potissimum opes uniuersas in mare præcipitabis, utpote quibus nībil sit opus bono viro, quiq; philosophiae posse opes praespicere. Ne tamen in altum o bone, sed fermè ad pubem usq; ingressus, paulo ultra solum fluitibus operiū, me quidem uno spectante. Quod si hoc non uis, tute igitur eas potiore via ex ædibus eis cito, ac ne obolum quidem tibi facias reliquū, uidelicet largiens ijs, quicunq; opus habent, huic quinq; drachmas, illi minam, alij talentū. Porrò si qui erit philosophus, hunc æquum est duplam aut triplam ferre portionem: quanquam hoc quidē mihi non mea ipsius gratia postulo, sed quo amicis, si quā cgebunt

egebunt, donem: sat est si modo peram hanc largitione tua explueris, ne duos quidem modios Aeginiticos capientem. Nam paucis contentū, modestumq; conuenit esse cū qui philosophatur, neq; quicquam ultra peram cogitare. T I M. Evidem ista quæ dicas probo Tbras cycles: ergo si uidetur, priusquam peram explicam, age tibi caput opplebo tuberibus, posteaquam ligone sum mensus. T H R. O libertas, ô leges, pulsamur ab impurissimo libera in ciuitate? T I M. Quid stomachari ô bone Tbrasycles? num te defraudavi? Atqui adjiciam ultra mensuram Chœnices quatuor: sed quid hoc nego eij? Compleures simul adueniūt. Blephas ille, et Laches, & Gnipbon, breuiter agmen eorum qui uapulabunt. Itaq; quin ego in rupem hanc consendo, ac ligone qui dem iamdudum fatigatum, paulisper interquiescere sunto? At ipse plurimi congestis saxis, procul eos lapidē grandine peto. S L E P S I A S. Ne iace Timon, abiit me enim. T I M. At uos quidem nec citra sanguinem, nec absq; vulneribus.

ERASMVS ROTERO=

DAMVS RICHARDO VVIT,

fordo Britanno, docto & cum primis

iucundo amico, S P D

V M annis iam aliquot totus Greccanicis

C in literis fuerim Richardo charifime, nuper quo cū literis Latinis redirem in gratiam

tiam, Latine declamare cœpi, idq; impulsore Thoma Moro, cuius (ut scis) tanta est facundia, ut nihil nō pos-
sit persuadere uel hosti: tanta autem hominem charita-
te complector, ut etiam si saltare me, restimq; ducere
iubeat, sim non grauatum obtemperatus. Tractat il-
le idem argumentum, & ita tractat, ut nullus sit omni-
no locus, quem non excutiat eruatq;. Neq; enim arbi-
tror (nisi me uehemens in illum fallit amor) unquam na-
turam finxisse ingenium hoc uno presentius, promptius,
oculatius, argutius, breuiterq; dotibus omnigenis
absolutius. Accedit lingua ingenio par, tum morum mo-
ra festivitas, salis plurimum, sed candidi duntaxat, ut ni-
hil in eo desideres quod ad absolutum pertineat patro-
num. Quare non hoc animo laborem hunc suscepi, ut
tantum artificem uel æquarem, uel uincerem, sed uti
cum amico omnium dulcissimo, qui cum libenter soleo
scria ludicraq; miscere, in hac ingeniorū palestra qua-
si colluctarer: idq; feci eo libentius, quod magnopere
cupiam hoc exercicij genus, quo nullū aliud æqua frui-
giferum, in ludis nostris aliquando instaurari. Neque
enim aliud esse in causa puto, quod hac nostra tempe-
state quum tam multi sint, qui scriptores eloquentissi-
mos euoluant, tam pauci tamen existant, qui non infan-
tissimi uideantur, si quando res oratorem poposcerit.
Quod si tum Ciceronis Fabijq; autoritatem, tum uete-
rum exemplum sequuti, q̄n tolleranties uelēt oīs dili-
genter à pueris exerceretur, non esset (opinor) tanta
dicendi

dicendi inopia, tam miseranda infantia, tam pudenda
balbuties etiam in his qui literas oratorias publice pro-
fitentur. Nostram declamationem ita leges, ut eam me
pauculis diebus lusisse cogites, non scripsisse. Hortor
autem ut et Moricam conferas, itaque iudicem, num quid
in stilo sit discriminis inter hos, quos tu ingenio, mori-
bus, affectibus, studijs usque adeo similes esse dicere sole-
bas, ut negares ullos gemellos magis inter se similes re-
periri posse. Vtrumque certe ex aequo amas, utriusque uicissi-
sim ex aequo charas. Vale meum delicium Richarde
festiuissime. Ruri, ad Calendas Maias, M D VI

LVCIANI TYRAN- NICIDA, DE S. ERASMO RO- TERODAMO interprete.

ARGUMENTVM DECLAMATIONIS

*Quidam in arcem ascendit, uti tyrannum occideret, atque ipsum quidem non reperit. uerum filium eius interemit, gladiumque in vulnere reliquit. Adueniens tyrannus, ubi filium extinctum conspexit, eodem ense necem sibi consiscit. Is qui ascenderat, tyrannique filium peremutat, præmium tanquam ty-
rannicida petuit.*

DECLAMATIO

V V M duos eodem die tyrannos occides-
tim iudices, alterū quidem etate iam af-
fecta, alterum euoforentem, & ad sceles-

L V C. q TUM

rum successionem capessendam paratum, unicum tamē pro ambobus prēmium petitū uenio, qui quidem unus omnium quotquot unquam tyrannicide fuerunt, unico uulnere duos maleficos fuerim amolitus, neciō; dederim, filium uidelicet ense, patrem indulgenti cbaritate qua filiū adamabat. Itaq; tyrannus pro his quæ comisit, abunde magnas pœnas nobis depēdit: quippe qui eū uiuus affexerit, filium prius morte sublatū, et quod est omnium maxime nouum, compuisus sit deniq; ipſe sui tyrannicida fieri. At filius illius mea quidem manus peremptus est, cæterū occisus alteram ad cædem operam mibi suam commodauit, dum qui uiuo patri scelerum socius fuerat, eiusdem post mortem (quatenus licuit) extigit parricida. Ego itaq; sum is qui tyrannidē sustuli, pariterq; mecum gladius, quo cuncta confecta sunt, meus: tametsi cædis ordinem commutarim, ac mortem modumq; nouarim conficiendi sceleratos: nempe hunc qui ualentior erat, ac sese defendere poterat, ipſe perimens, porro senem soli gladio reseruās. His igitur de causis et amplius quiddam à uobis me consequutur rum arbitrabor, prēmiaq; latrum, quæ numero & qua rent eos qui essent interempti: utpote qui non præsentibus modo malis uos leuarim, uerumctiam futurorum formidine, quiq; stabilem pepererim libertatem, nullo reliquo qui scelerum capessat successionem. Verum interim tantis rebus strenue peractis, in discrimen adducor, ne præmio fraudatus à uobis discedam, ac ne solus non

non feram mercedem, quam leges à me seruatae prestat
tuunt. At qui contradicit, is mihi uidetur nō Reipubli-
stico quemadmodum ait hoc facere, sed quod extinse
etos esse illos grauiter ferat, atque eum qui illis mortis
autore extitit, ulcisci conetur. Vos igitur iudices mihi
paulisper attendite, dum tyrannidis mala tametsi ipsi
optimè nostis, commemororo. Siquidem hoc pacto futu-
rum est, ut et beneficij mei magnitudinem intelligar-
tis, et ipsi plus capitalis voluptatis, reputantes nimi-
sum quibus sitis levati malis. Neq; enim quemadmodum
alijs quibusdam saepenumero accidit, itidem et nos sim-
plicem tyrannidem atq; unicam scrututem sustineba-
mus, nec unius domini violentiam tolerabamus: uerum
soli omnium quos similis habuit calamitas, duos pro
uno tyrannos habebamus, et in geminas contumelias
distrahebamur infelices. Porro senex multo erat mode-
rator, quippe ad iras lentior, ad supplicia segnior, et
ad cupiditates tardior: ut pote cui iam etas uehement-
iam impetus cohiceret, uoluptatumq; cupiditates re-
frenaret. Quin ad suscipienda maleficia filij instinctus
nolens impelli ferebatur, ipse alioqui non admodum
tyrannicus, nisi quod illi morem gerebat. Siquidem
indulgens in filium supra quam credi queat erat, id
quod re declarauit, ita ut filius illi esset omnia. Illi
parebat, per uim faciebat quicquid ille iusserat: sup-
plicio afficiebat quoscunque preceperat, ac prori-
sus in omnibus illi obsequundabat. In summa, filius in
q 3 patrem

patrem tyrannum quendam agebat, pater filij cupiditatem satelles erat. Tametsi buic propter etatem bonorum cedebat adolescens, soloque imperij nomine temporabat, tamen res et caput tyrannidis erat ipse. Et quanquam tutamentum presidiumque principatus ab illo mutuaretur, scelerum tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat qui satelles continebat, qui custodias obtinebat, qui tyrannidem affectantes e mediatis tollerabat, qui insidias formidabat, ille qui castrabat ephesbos, qui coniugia violabat, illi uirgines producebantur. Tum si quae cedcs, si qua exilia, si quae pecuniarum extirpationes, delationes, contumelie, ea omnia iuuenis temeritate gercebantur. Porro senex illi obsequebatur, comitemque scelerum sese prebebat, ac coprobabat duntaxat filij sui flagitia. Itaque, quem careres nobis erat intolleranda, propterea quod quem animi cupiditatibus ex imperio potestas accedit, nullum flagitijs madum impunitum illud in primis discruciabat, quod proficere mus diuturnam, uel eternam potius seruitutem eam futuram, et per successionem alij post alium domino tradendam Remp. populumque homini scelesto hereditatis instar obuenturum. Nam id alijs spem non exiguum facit, quod apud se reputant, que inter se dicunt: at mox coercebitur, at mox demorietur, paulo post liberi sumus futuri. Verum de his nihil eiusmodi sperabatur, quin potius iam intuebamur paratum tyrannidis heredem. Unde factum est, ut ne aggredi quidem quisquam fortius ciuians

ciuiū, & qui eadem quæ ego animo statuisset, auderet.
 Sed desperabatur ab uniuersis libertas, atq; inexpug-
 nabilis tyrannis videbatur: quippe quum esset cum tam
 multis configendum ac dimicandum. At menib[us] ista de-
 terruerunt, neq; per pensa negocij difficultate refugi,
 neq; ad suscipiendum discrimen trepidauit: uerum solus,
 solus inquam aduersus adeo ualidam uariamq; tyran-
 nide[m]: uel non solus potius, sed gladio comite consen-
 di: quippe qui mihi sit auxiliatus, mecumq; ex parte ty-
 rannum intercemerit, quum mors mihi interim ob oculos
 obuersabatur: at ē diuerso perpendenti, quod pu-
 blicam libertatem mea cæde redempturus essem. Ergo
 ubi in primam irruisse[m] custodiam, neq; mediocri ne-
 gocio satellites submouisse[m]: occidēs interim, in quem
 incurrisse[m], & quicquid obfisteret amoliens, ad ipsum
 negocij caput ferebar, ad unicum tyrannidis robur, ad
 nostrarum calamitatum fontem. atq; irrupto arcis pro-
 pugnaculo, quum uiderem illum fortiter tucentem scse,
 multisq; vulneribus resistentem, tamen occidi. Et iam
 tum erat sublata tyrannis, iam tum mihi confectum fa-
 cinus. Ex eo tempore liberi omnes, nisi quod reliquus
 adhuc erat senex solus, inermis, nudatus custodijs: iam
 que amissio magno illo suo satellite desertus, neq; deinceps
 de dignus fortis dextra. Ibi nimirum mccū ipse iudices,
 hæc animo reputabam. Cuncta mihi pulchre habent,
 cuncta confecta sunt, cuncta cō quō destinaram: perdu-
 sta. At cum qui reliquus est, quo tandem modo pœnas

dare cōuenit? Me quidem meaq; dextera nequaquam est dignus, præsertim si post splendidum facinus iuuenile atq; magnificum interimatur, priorem illam cædem dedecoratus. Carnifex aliquis querendus est illo dignus, uerum post calamitatē, ne uel hanc ipsam lucris faciat: uidet, discrucietur, appositū habeat ensem, huic reliqua mando. Hæc ubi mecum statuisse, ipse quidē illinc di'cedo: at ille peregit id quod ego prædiuinaueram, tyrannum occidit, summamq; meæ imposuit fabule. Adsum igitur, popularēm administrationem uobis adportans, cunctisq; bono iam ut animo sint edicēs, ac libertatem annuncias. Iam meis fruimini factis: uacua, sicut uidetis, sceleratis hominibus arx: imperat nemo, quin & magistratus creare liberum est, & causas agere, & ex legib.: contradicere. Atq; hec omnia uobis mea contigerunt opera, meaq; fortitudine, uidelicet ex una illa cæde, postquam pater iam uiuere non quibat. Acquum itaq; censco, ut his pro meritis debitum mihi à uobis præmiū donetur, nō quod lucri audiui, aut fordidui quispiam sim, nec is qui mercedis gratia de patria benemereri statuerim: uerū quod præmio cupiam officia mea comprobari, neq; repudiari, aut ingloriosificri conatus meos, si uelut irriti præmioq; indigni iudicentur. At hic contradicit, negatq; æquum facere me, qui decorari munere, præmiumq; ferre cupiam. Neq; enim tyrannicidam esse me, neq; quicquam à me pro legis sententia cōfictum esse, uerum facinori meo deesse quiddam

quiddam, ad hoc ut præmium postulem. Percontor igitur illū, quid præterea requiris à me? nōne uolui? nōne ascendi? nōne occidi? nōne libertatē peperi? num quis imperat? num quis iubet? nū quis minitatur dominus? num quis nocentium manus effugit meas? haudquaq; dixeris, sed omnia plena pacis, omnes restitutæ leges, libertas manifesta, Democratia stabilis, inuiolata connubia, pueri tuti, uirgines absq; periculo, publicamq; felicitatem solennibus férijs celebrat ciuitas. Quis igitur horum omnium autor? quis est qui illa sustulit? bac peperit? Etenim si quisquam præ me dignus honore sit, cedam præmium, desistam à petendo munere. Quod si solus omnia peregi, audens periclitans, ascendens, interiens, excrucians, alterum ultus in altero, quid mea calumniaris officia? quur facis ut populus parū erga me gratus existat? At enim num occidisti tyrannum? Porro lex tyrannicide præmium decernit. Verum dic mirbi, nunquid interest utrū ipse interimas, an mortis causam ministres? Mea profecto sententia, nibil: uerū hoc solum spectauit legis cōditor, libertatē, Democratiam, sceleratorū sublationē. Huic honorē decreuit, hoc præmio dignum iudicauit, quod quidē inficiari non potes, quin mea contigerit opera. Etenim si occidi eū, quo occiso, ille nō poterat uiuere, nimirū ipse cædem peregi, ego occidi, sed illius manu. Itaque ne discepta de cædis modo, neq; illud expende quemadmodum interierit, uerum an iam perierit, & an qd' perijt, id à me fit proferendum.

etum. Quandoquidem et illud excusurus mibi uideris, atq; his aduersus bene de Rep. meritos calumnijs usurus, Si quis non gladio, uerum lapide lignoue, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porro si fame tyramnum obsecrasssem, ad mortis necessitatē compellens: nam ibi quoq; requisitus eras à me cedem, mea ipsius manu peractam: aut desiderari adhuc quiddam dicres, ad id ut legi factum à me satiis uideatur: atq; id quū scilicet sum acerbius etiā atq; atrociorc mortis genere transcidasssem? Num hoc duncaxat specta, hoc require, hoc excute. Quis nocentium reliquus: aut quae metus expectatio: aut quod calamitatū uestigium? Quod si purgata omnia, si pacata, profecto sycophanticum est, modum rei gestae calumniantem premio frustrari uelle, quod ijs quae uirtute confcta sunt debetur. Evidem et illud memini dissentum in legibus, nisi forte propter diutinam scrututem oblitus sum eorum que ab illis dicuntur. Causam mortis esse duplicem: puta, si quis ipse occidat: aut si non ipse quidem occidit, neq; manu facinus peregit, uerum compulit, præbuitq; mortis occasionem. Ex aequo et hunc quoq; lex censet suppicio affici oportere, idq; iure optimo. Neq; enim statuit minus ualere oportere audaciam quam facinus: ac postcasu peruvacaneum est cædis rationem uiamq; spectare. Deinde bunc qui sic occiderit, tanquam bomicidam personam oportere dare censabis, ac nequeq; absoluendū censes. At me qui per omnia consimili modo Remp. iuuī, nō censes.

censes ea capere oportere, quæ ijs debentur qui benefi-
cio iuuerunt. Neq; enim illud dicere posis, me quidem
imprudentem fecisse, sed exitū quendam cōmodum for-
tuito fuisse consequutū præter animi sententiam. Nam
quid præterea iam formidasē, eo qui ualidior erat in-
terempto? Quorū autem gladiū in uulnere reliquissim,
nisi planè quod erat euenturum, id ipsum prædiuina-
sem! Nisi forsitan illud dices, hūc qui extinctus est, tyran-
num non esse, neq; hanc appellationem in illum compe-
tere: neq; uos multum p̄remij hoc nomine, si ille fuisset
occisus, decreturos fuisse. At qui istud dicere non queat:
an tyranno interempto, ei qui cædis causam ministra-
uit, p̄remium negabis? O curiositatem, de illo laboras
quo pacto interierit, quum interim libertate fruaris?
Aut ab eo qui Democratiam restituit, nescio quid su-
peruacaneū præterea requiris? At qui lex(uti fateris)
caput rei geste spectat. Que uero ad id conducunt, ea
omnia missa facit, neque iam ultra curiosius exutit.
Quid enim, an si tyrannum exegerit quispiam, non is
iam tyrannicide p̄remiū cepisset? cepisset opinor, idq;
iure optimo: siquidem & bic proscrutute libertatem
peperisset. At id quod à me patratum est, non exiliū
habet, nō in posterum instaurandæ tyrannidis metum:
uerum absolutam sublationem, totiusq; generis inter-
nitionem, omneq; malū radicitus excisum. Et mibi per
deos, iam ab initio ad finem usq; (si uidetur) rem totam
perpendite, num quid corum quæ ad leges pertinet sit

q s pretermisſū

80 LVCIANI TYRANNICIDA
pretermissum, et num quid in me desideretur ex his
que Tyrannicide oportebat adesse. Principio mentem
prius oportet suppetere forte, et amante Reip. queque
pro communibus commodis periculum adire non re-
cuset, queque priuato suo interitu multitudinis incolu-
mitatem ausit redimere. Num hac parte quicquam mihi
defuit? Num frangebar animo? Num quum prescirent
per quae pericula mibi perrumpendū esset, per ignari-
am refugi? Profecto non potes dicere. In hac interim
parte tantum cōmorare, atq; estima, an non uel uolus
esset tantū ista, ac statuisse, praeclarum facinus futurum
fuisse uideatur. Ac putato me solius animi, uolūtatisque
argumento prēmium postulare, tanquam qui benefi-
cio iuuerit. Tum si uoluntati mee facultas defuisse: uer-
rum aliis post me Tyrannum occidisset, dic mihi: num
absurdum aut preter equum fuerat dare prēmiū? Me
nime. Si dicerem, ciues, uolui, statui, aggressus sum: uo-
luntatis experimentum dedi, solus dignus sum qui prē-
mium feram, Quid tum responsurus fueras? Nunc por-
trō non hoc dico, sed insuper ascendi, periclitatus sum,
atq; innumerabilia priusquam iuuenem occiderem, pa-
traui. Neque enim usque adeo facilē, factuque procluem
esse rem existinetis, custodias perrumpere, satellites
opprimere, unumque hominem tam multos amoliri. Quia
istibuc penē maximum est omnium quae sunt in Tyrann-
icidio, totiusque negotij caput. Nam ipse iam Tyrann-
icus non magna res est, neque expugnatu, neque conseru-
difficilis

difficilis: uerum ea que tueruntur continentq; Tyranni
dem, que quidem si quis superarit, is nimirum cuncta
que destinauit, peregerit, et perpusillum est, id quod
superest. Sed ad Tyranos peruenire nunquam mibi conti-
tigisset, ni prius qui illum cingunt custodes oppres-
sem, omnesq; satellites ante debellasse. Nihil adhuc
addo: uerum in his rursum immoror. Custodiā opres-
satellites superauit. Tyrannum incustoditum, inermem,
nudum reddidi. Vtrum his rebus confectis, non tibi uide-
or honore dignus: an adhuc cædem ipsam à me re-
quires? Quia metiam si cædem queris, ne ea quidem des-
siderabitur. Non sum incruentus: uerum cædem pere-
gi, magnam ac strenuam: nempe iuuenis etate ac uiri-
bus florentis, atq; omnibus formidandi, per quem ille
ab infidelijs erat tutus, cui uni fidebat, qui complurium
satellitum instar erat. An non igitur, queso te, præmia
dignus uideor, sed tantis rebus gestis honore fraudar-
bor? Quid enim si satellitem unū, atq; adeo quid si Ty-
ranni ministrum quempiā interemissim? Quid si serv-
uum aliquem charū? an non hoc quoq; magnum uisum
fuisse, cōscendisse, mediaq; in arce, medijs in armis, ali-
quem è Tyranni familiaribus iugulare? Nunc et bunc
ipsum qui occisus est, cuiusmodi sit cōsidera. Filius erat
Tyranni, uel Tyrannus potius crudelior, dominus in-
tolerabilior, ad supplicia dirior, ad contumelias violen-
tior, quodq; est maximum, hæres ac successor omnū;
quiq; in longū nostras calamitates posset prorogare.

Vix' hoc solum mibi confectum esse? Ipsum uero Tyrannum uiuere adhuc, fuga creptū? Iam horum nomine premium postulo. Quid dicitis? Non dabitis? An non et illum uerebamini? An non dominus, an nō gravis, an non intolerandus erat? Porro nunc negotij caput deniq; ipsum perpendite. Etenim quod hic à me requirit, hoc quām fieri potuit, pulcherrime confici: Tyrannumq; aliena cæde occidi, non simpliciter, nec uulnere uno, id quod fuerat optatissimum illi, uidelicet tantorum facinorū sibi conscio, sed posteaq; illū prius multo dolore excarnificasse, tum quo nibil babebat charius, miscrabiliter prostratū corām oculis ostendens, puta filiū in ipso ēui flore, tametsi scelestū quidē illum, attamen et etate uigentē, et patri similē, sanguine tamen boq; oppletum. Hac nimirū sunt parentū vulnera, his gladij uerorum Tyrannicidarū, haec mors digna crucibus delibus Tyrannis, haec ultio tantis sceleribus cōgruit. Ceterū protinus interire, protinus excidere sibi, neq; huiusmodi ullum spectare spectaculū, profecto nihil habet Tyranno suppicio dignū. Neq; enim ignorabam uir egregie, non ignorabam, inquā, neq; quemq; diuum latuit, quanta ille charitate filiū sit prosequutus, adeo ut illo extinto, ne paululū quidem temporis sibi in uitam morandum esse fuerit ducturus. Atqui haud scio, an omnes patres hunc ad modū affecti sint erga liberos: uerū hic etiam ultra reliquos habebat quiddā, idq; mērito, quippe qui conspiceret illum unicū esse qui curaret

ret

get, seruaretq; Tyrannidē, quiq; solus pro patre pericula susciperet, & tutamen imperio adderet. Itaq; si non ob charitatē, certe ob rerum desperationem sciebam illum protinus exiturū ē uita: per pensurū cnihi, iam nihil esse quir uelit uiuere, adēpto tutamine, quod illi filius ministraverat. Nimirū effeci, ut bēc omnia ille agminatim circunsisterent, forma, dolor, desperatio, formido, quiq; in posterū imminebant metus: bis aduersus illum auxilijs sum usus, atq; ad id extremū illum consiliū adegi. Interiit itaq; uobis orbus, excruciatus, plorans, lacrymans. Luxit luctū, non illū quidem diuturnū, uerū qui satis magnus esset patri. Postremo quod est omnī acerbissimū, ipse sibi necem consciuit, quod quidē mortis genus, præ ceteris miserrimū, multoq; atrocior, q; si per aliū inferatur. Vbi mihi gladius? Num quis alius cum agnoscit? Num cuius alterius hoc gestamen erat? Quis cum in arcem adduxit? Ante tyrannū quis eo est usus? Quis cum ad illū misit? Ensis particeps, successorq; meorū egregie factorum, post tanta pericula, post tantas cædes cōtemnimur, & indigni præmio iudicamur. Nam si buius tantū nomine præmiū à uobis postularem: si sic dicerem iudices: Tyrannū quū mori uellet, quū id temporis incertem se deprehēdisset, meus hic illi gladius inscruiuit, & ad consequendā libertatē auxilio fuit uniuersis, hunc quoque laude, præmioq; dignū iudicassetis. Porrò domino tam popularis rei non gratiā retulisse: is! Nonnc inter-

ros qui de Rep. benemeriti sunt, scripsissetis? Nōne gladium inter sacra monumenta consecrassetis? Non illum secundū deos uenerare minui? Nunc mihi confidere, quæ uerisimile est fecisse Tyrannū, quæ dixisse, priusquam fibi mortem consiceret. Quū iuuenis a mortuicidaretur, ac multis ctiā vulneribus confodaretur, idq; in his corporis partibus, quæ conspicue magis, magisq; sint oculis obuiæ, uidelicet ut q̄maxime discrucias ret cum, qui genuerat, quoq; primo statim conspectu perturbaret, miserabiliter inclamabat, parentem implorans non adiutorem, nec opitulatorem: quippe qui senex iam esset, atq; innalidus: uerum domesticarū cladiū spectatorē. Nam ego int̄crim discesseram, autor qui fueram totius tragœdiæ, relinquens actori cadaver, scenam, gladiū, reliqua quæ ad actum fabulae pertinebant. At ille astans, ubi filiū conspicuit, quem habebat unicū: semiuium, sanguinolentū, cæde cōfpersum, tum vulnera perpetua, plurima ac letalia, hunc ad modum exclamauit: O nate exticti sumus, int̄crempti sumus, tanq; Tyranni iugulati sumus. Vbi mactator? Cui mseruat? Cui me relinquit? qui quidē iamdudū propter occisum te filiū extictus, nisi forte me tanq; senem contemnit, ac lento supplicio me conficit: producitq; mihi mortē, redditq; mihi cædem longiorē. Atq; hec loquutus, ensem quærebat. Nam ipse inermis erat, propterea quod per omnia filio fideret: uerū ne is quidem deerat, ut qui iamdudū fuerit a me paratus, atq; ad fūcū

cinus futurū relictus. Euulso igitur ē cēde gladio, atq; ē uulnere exempto, ait: Dudū me occidisti, nunc finem malis impone gladic. Ades patri lugenti solamen, senis lemā; manū & infelicem adiuua, jugula. Tyrannū occide, luctu libera: utinam prior in te incidiſſem, utinam in cēde priorē occupaſſem locū. Occidiſſem quidem, sed tanq; Tyrānus duntaxat, sed qui crederem mibi ſu perceſſe ultorem: nunc autē tanq; orbus occumbo, nunc tanq; cui defit ctiā mactator. Atq; hēc ubi diceret, gladium adegit, tremens neq; ſat potens. Cupiebat quidē, uerū non ſuppetebāt uires ad facinus exigendū. Quot bic supplicia? Quot uulnera? Quot mortes? Quot tyra nnicidia? Quot præmia? Postremo ſpectasti omnes iuuenem dudum prostratū, nec exigū profecto, neq; mediocrium uirium opus, ac ſenem huic circumfusum, atq; amborum ſanguinem commixtū, libertatis illam & uictorialē uictimam, meiq; gladij facinora. At gladius ipſe in medio amborum: declarans quām non indignum ſe domino p̄eſtitit: teſtansq; quod mibi fidans nauaſſet operam. Id ſi à me ipſo fuſſet patratū, minus fuerat futurum. Nunc autem illuſtrius eſt ipſa nouitate. Atq; ego quidem ſum iſ, qui tyra�nidem ſuſtuli. Cæ terum actio in multos eſt diſtributa, quemadmodum in fabulis fieri conſueuit. Ac primas quidē partes eḡe ipſe. Secūdas autē filius. Porro tertiam Tyrannus ipſe. Nam gladius omnibus inſeruiuit.

DECLAS

DE CLAMATIO D.

ERASMI ROTERODAMI, NON

*illa quidem uerfa, sed quæ superiori de,
clamationi è Luciano uerfa
rcfpondeat.*

I M I H I causa hæc iudices, apud
concionem popularem, quæ studijs
potius, quam exacto rerum iudicio
duci consuevit, esset agenda, ac non
magis apud iudices ex honestissi-
mis ordinibus delectos, nimirū grauißimos sapientiſ-
fimōsq; nonnihil profecto uerteret, ne omnium animis
noua bac & insperata lētitia gestientibus, atq; (ut ita
dixerim) exultantibus, nec satis attentos, nec dociles
essem auditores habiturus. Porrò fauētes, beneuolosq;
multo minus: quippe qui frontem modo, quasiq; perso-
nam buius negocij intuentibus, non faciem ipsam pro-
pius cōtemplantibus uideri fortasse possum, in commu-
ni totius ciuitatis gaudio, tum autem in causa tam po-
pulari, uelut importunius obſtreperet atq; obturbaret.
Enim uero quum omnis affectus inutilis est ad recte iu-
dicandum, tum inīgens, intemperans, atq; exundans lē-
titia, non solum iudicium omne funditus tollere solet,
uerum etiam nostri sensus non raro nobis eripere: præ-
ſcritim (ſi quemadmodū bac nostra) post graues diu-
turnasq; calamitates, ac ueluti tempeſtate ſæuifimam
repente

repente preterq; spem (quasi portus quidā) fuerit obiecta. Quid autē tam acerbū liberæ multitudini, quām scrutus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quām libertas? Itaq; nō rebus modo ipsis, sed uel manibus haurum rerum uocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dū gaudiorum adhuc uelut aestus quidam impotēs, omnia sursum ac deorsum miscet, dum lētitiae temulentia, dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandū instituere non sinit. Verum uera iudices singularis sapientia, perspicacitatisq; non hoc tantum scrupulo me leuat, uerum & banc mihi seduciam suppeditat, ut spem futurum, ut hoc contra, dicendi munus, quod euidem nec inuidentia, nec fauore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reip. charitate suscepi, nobis non modo non inuidiosum, sed fauorable, plausibileq; uideatur. Etenim postquam uiderem manifesta quadā decorum benevolentia, post diuturnam ac miserrimam illam scrututem, toties Reip. uotis expetitam libertatem aliquando contigisse, nihil prius curandum nobis esse iudicaui, quām ut gratos nos exhiberemus in eos, à quib; nobis tam egregia felicitas esset profecta, quo uidelicet munus suum huic urbi propriū, perpetuumq; facere uellēt, & constabilire, tueri q; quod largiri non essent grauati, meminissimusq; iisdem in manu esse, ut eriperent ingratias, quod optatibus dedissent. Sunt au-

tem uel prime gratitudinis partes, intelligere uidelicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et bac una ratione mortales diuinæ beneficentiae gratiam reserare possumus: si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus, si ad illos autores referamus. Neq; mihi committendum putavi, ut dum nimiū candidi in ciuem esse uolumus, indeos ingratiani pīq; reperiamur. Neque enim istud nomine nūc perinde laboratur, ne hoc præmīj pereat erario, & huius lucris accrescat (quoniam id quoq; longa iam Tyrānide exhaustius est, quam ut inde temere dari præmia conueniat immentibus) Illud agitur, ne dij immortales qui huius male consulta, nobis uerterunt bene, hoc tantum munus à nobis tanq; ingratias reposcant, si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiae, id illis fraudatis, in hominē cōtulerimus. At quem hominem obsecro? Nempe qui quum priuatius contra leges iuuencē occiderit, atq; hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosam occasionem modo præbuerit, idq; adeo imprudens (uti mox docebimus) non ueretur pulcherrimū Tyrannicide titulu dijs eris pere, sibi arrogare: Reip. diem dicere, ac leges ipsas in ius uocare: ciuitatē ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptā. Nullum quidem iudices facinus speciosius Tyrannicidio, nullum dijs dignius: uerum hoc impudentior, qui sibi laudē tam eximiam usurpat immititus. Nullum præmium honestius illustriusq; quam quod Tyrānicidæ debetur. Sed hoc impene.

impensis accuratiusq; spectandum, ne temere deceri
natur indigno. Per multa siquidem, per multa ad id res
quiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam diuis
no præmio dignus quis esse videatur: quorum nihil in
huc cōpetere, paulo post euincimus. Proinde quū non
tolerādæ improbitatis mibi uidetur, qui legibus tum
bomicidij, tum temeritatis poenas debeat, cum à legi
bus præmium omnīū maximū petere: petere dixi, imq;
flagitare: ex ita flagitare, ut etiam si unū ex huius ars
bitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditorū
sunt debitūrē, Quæ cuncta quum postulare iure potu
isset: maluit tamen homo uercundus, unico persoluto,
reliqua sibi deberi: ut haberet nimirū, quod obnoxie
Reip. ^{reip. 10} s libido sit, possit impropetrare: Tum illud
utrum jū p. tius, an odio dignum existimem: quod in
tribun. ¹¹ us, quod apud ornatissimum seuerissimum
iudicū concessum, Thrasonem quendā nobis è comae
dia retulit: Sensisti iudices, ut è corona pleriq; risunt
tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tra
gœdiā illam suam nobis recitabat: de se terq; qua
terq; Tyrannicida, de sapiente illo gladio commilito
ne suo, qui per se prudens senem interemit: digno vide
licet, qui inter sydera collocetur, domino in decorum
numerū relato. Dij boni, quibus phaleris, quibus fucis,
quibus ampullis facinus illud nobis suum ornauit, iacta
uit, exaggerauit: quam militari iactantia, quam Sten
torea noce, quam fastuoso uultu, quam arrogantibus

supercilijs, quām stupidis oculis, suum ipse uobis ēnco
 mium detonabat? Quæso iudices, ut etiam nunc homi
 nis uultum diligenter attendatis: nōnne uobis minitari
 uidetur? nōnne dicere? ni mihi præmium decreueritis,
 hanc feretis impune, incolumi diuino illo meo, ac for
 tissimo gladio, qui uel sine me, meas uices ubi lubebit,
 acturus est. Quis tandem istam ferat iactantiam, uel in
 eo, qui uere Tyrannum occidisset? Hec quoq; me cau
 sa iudices (neq; enim inficiandum est) commouit, ut hu
 ius obſifterem petitioni, uel magis, ut immoderata ar
 rogantiam, ut odiosam huius imputationem retunde
 rem. Videbam iam inde ab initio, quum certatim uni
 uersa ciuitas dijs libertatis autoribus grataretur, ut
 hic ſeſe iratumens in mediū ingeſſerit, quām indigne
 tulerit uictimas dijs ſcuatoribus immolatas. Sibi bunc
 bonorem eripi, ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis au
 torem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica,
 priuataq; ſua dextræ, ſuo magnifico gladio deberi.
 Agite quid futurum deniq; iudices auguramini, ſi ad
 huius intolerabilem iactantiam, uestra autoritas, ue
 ſtra comprobatio, ſi præmium quaſi pignus accesserit?
 Quid, niſi ut Tyranno ſubmoto, alter quidam huic ci
 uitati paretur, qui uentoſe lingue, gloriæq; quaſi Ty
 rannidem quandam exerceſt? Qui quotidie nobis od̄
 osam iſtam ſuā Tragœdiā ingerat, quotidie dextram
 iſtam Herculānam, & gladium prodigiosum minite
 tur? Vtrum eſt hoc iudices Tyrannide liberari, an mu
 tare

tare Tyrannum? Videtis ipsi quām minaci fronte me iam obtueatur. Quid mibi succenses? Quid minutaris oculis? Quid terres supercilios? An mihi non licet libertate in cōtradicendo (tuo scilicet munere) uti, quū tu sic abutare? qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri uentant) criment tam atrox, tam capitale in ciuem impingere, tantum quia libuit, idq; apud iudices iratos, intam frequenti ciuium corona, quod nequem uel leuissimo confirmare argumento. Si quidem quām reliqua gloriose, tam illud impudenter dicebas, mibi nullam fuisse causam, quare tibi contradi cendi partes susciperem, nisi quo Tyranni necem, que me discruciat scilicet, ulciscerer. Quo quidem tuo exemplo si uiciissim in te liberet uti, mox intelligeres quām atrocias, quanto probabilius in te possint retor queri. Nam tuū istud tam inuidiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) conuicium, me longe minus etiam territabat, quām (quod uulgo dicunt) ex pelui redditum fulgur. Etenim preterquam quod neq; affinitas, neq; cognatio, neq; necessitudo, neq; emolumen tum, neq; prorsus alia res ulla mihi cum Tyranno intercessit, quur mea referret illum uiuere, sine quibus rebus nullam in quenq; criminis haerere suspicionem tu quoq; scires, nisi nunquā tribunalia uidisses, ac nisi hodie deuīū te lucelli spes fecisset iureconsultū: equi dem arbitror, meā fidem, integritatē, pietatē, totamq; meā uitā sic huic Reip. spectatā esse, ut isto crimine tibi

potius improbitatis odiū, quām mībi suspicione ullām
 conciliaris. Vides q̄ multis adductus sim causis, ut tibi
 obsisterem. Denq; (si scire uis) bona ciuitatum pars id à
 me enixissime flagitauit, ut sui patrocinium aduersum
 te capesserem, negantes sibi uideri Tyrannide liberos
 se, nisi te à Tyrānicidē præmio deicerem. Nō quod
 pudcat homini debere hanc felicitatem: tametsi id quo
 que durum, ei debere qui sic imputet. Sed debere arro
 ganti, sanè quām molestum est: at debere, cui non debe
 as, iſtū uero non grauiſſimū modo, uerum etiam ſtul
 tiſſimum. Evidem ne lenoni quidem, uel uerbo reſra
 ger, ſi modo iſ promereatur: ſed obnoxiū eſſe tam im
 portuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id uero bis
 miserum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim insolentius
 exprobrat beneficium, q̄ qui quod nō dedit, id uult de
 diſſe uideri. Sed finge mībi nullam eſſe causam quur ti
 bi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum fit meo,
 profecto nihil habes quod mībi iure succenſeas. Ete
 nim quū apud iudices tam ſanctos agatur: ſi uere præ
 mium meruisti, non tibi honorem eripio, uerum etiam
 uehementer illuſtro, quando non paulo magnificenſi
 us eſt tyrannicide præmium euiciffe, quām tuliffe. Si
 minus, equi ueniam dabis, ſi boni ciuiſ fungor officio,
 ſi nullo meo emolumento Remp. debiti præmiij ream
 defendo, ſi ſtultiæ crimen, ſi imprudentie infamiam
 à ciuitate depello, ſi non ſinō, ut noſtro omnium perli
 culo hæc urbs in deos existat ingratia: Postremo ſi deo
 rum

sum immortalium causam ago, quibus honorē debitum
 tu conaris interuertere, ut uel hinc sat liqueat, quan-
 ta religione reliquam causam egeris, qui statim ingre-
 diens tam impudēter sis calumniatus. Contradicit, igitur
 tur contra Remp. fauet Tyranno. Quanquam ego il-
 lud quoq; liberæ ciuitatis esse iudico, hoc loco uel Ty-
 rannorum causas citra fraudem agere licere. Neq; tar-
 men à uobis postulo iudices, ut uel mihi profit in cau-
 sa hoc meum erga Remp. studium, uel huic obfit tam
 insolens arrogantia: imò non deprecor inuidentie sur-
 spicionem, non refugio uel atrocissimam illam, quam
 iste mihi conabatur impingere, inuidiam, ut Tyranno
 fauisse uidear, nisi certioribus, quām ut à quoquam re-
 selli possint, argumentis euinco, nisi dcmum & aduerso
 fario persuadeo, modo ne tergiuersetur, ut q̄maxime
 civiliter quis agat, nullum ei deberi præmium: Sin ex-
 actius, seueriusq; pœnam etiam ab ipso deberi. Que
 quidem dum quām potest breuiſime facio, quæſo iudi-
 ces, ut me attentis animis atq; auribus audiatis. Memi-
 nisti iudices, ut iste inter dicēdum subinde nobis cona-
 tus sit ob oculos ponere, id unū ſpectare iuſſerit, quan-
 tis malis Tyrannide ſimus leuati. Hoc paſſim inculca-
 bat, haec re bonam orationis partem occupabat, nihil
 nos aliud perpendere uoluit, niſi quod graueſſe ſcrututē
 toleraſſemus, nūc optata libertate frueremur. Niſi rū
 id tantum uos ſpectare uoluit, quod ab hoc iudicium
 nihil attinebat. Neque enim hoc in quæſitionem uenit,

quām misera sit Tyrannis, quām optāda libertas. Sed de illo cognoscitis iudices, quū libertas huic urbi sit restituta, quanta hinc laudis portio huius uirtuti debeatur, et an id quod euentū cū buius facto coniunctum est, idem cum eius merito coniunctum uideri oporteat. Religam autē eadem uestigia, quibus ipse in causam ingressus est, quod eisdem refellendi genus simplicissimum esse puto: sequarq; partes illas, quibus iste rem fecuit, id nimirū agens, ut quemadmodū ingeniosi coniuvatores iisdem carnibus alio atq; alio modo coquendis, condicendisq; efficiunt, ut multa opsoniorum genera uideantur, itidem iste nobis ex unico bomicidio multa faciat tyrannicidia. Repetā igitur ordine gradus illos, quibus iste facinus suū sibi misus est mirifice attolleret, & in quibus identidem restitabat. Quod si me deturbante, uel in uno quolibet consistere poterit: tum ipse se uictore pronunciet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia? Primū quod uolui, deinde quod conatus sum. Tum autem quod filium occidi plusquam tyrannum. Postremo, quod pater ob mortem buius sibi necem consciuit. Principio quod uoluit iudices, quis nō leuius esse uideat, quām ut sit refellendū? nisi quod iste tanta uoce intonabat, toties inculcabant, quod Tyrannū uoluisset occidere, atq; id (ut nibil iam accideret) tamē præmio dignū assuerabat. Quid autē tā ridiculum, q[uod] nudæ uoluntatis præmiū à lege flagitare? q[uod] adeo nihil ad se pertinere putat, quid uelint, aut in animo statu-

ant

ant homines, ut neq; pœnā irrogent, si quid uelis modo
perperam: neq; premiū ostendat, si quid officiose uelis:
uerū id unūquēq; uoluisse interpretatur, quod nulla uis
coactus effecerit. Ergōne, inquies, nō magna facti pars
est uoluisse, quod quidē arduis in rebus uel solū suffice
re solet? Recte sanč. Sed apud deos modo: quippe qui
bus solis perspicuum est quid nolis aut uelis, ab his pre
mium expectandum, si quid præclarum animo concepe
ris. Lex hominum uices agit, & quid in obscuris illis
sinuosi cordis specubus mortales agitent, adeo suare/
ferre nihil putat: ut non dicam abdita aut suspiciofa, sed
ne ea quidem admittat, quæ populari sunt opinione fa
māq; iactata. Postremo ut non nisi comperta recipiat,
non audiat nisi quæ sunt certissimis argumentis depre
bensa, probata, ciuita. Cedo, quod est facinus tam nefar
ium, cuius simplex uoluntas in crimen unquam est uo
cata? Ista iudicia Aeaci, Rhadamanthiūq; tribunalibus
seruantur. Hic mihi non quid uolueris, sed quid feceris
adfero. Quod si nulla lex ulli flagitio supplicium mi
natur, quod in animo statueris, quæ tandem est impus
dentia, pro merito quod præstare uolueris duntaxat,
perinde quasi præstiteris, à lege quasi premium postu
lare? Quæ quidem quum ad id unum sit comparata, ut
maleficia uel deterreat, uel coerceat, multoque magis
ad eius partes pertineat, nocentibus erogare pœnam,
quam bene merentibus largiri præmia (id quod mox
copiosius demonstrabimus) posteaquam in criminibus

non accipit in simulatione merae uoluntatis, queso te, in
 petendis premijs ostentationem uoluntatis admittet?
 Quis autem est ciuium uel quantumlibet ignarus, qui
 non uelit Tyrannum occidere, si tuto liceat? Qui non
 uel leno, saltē emolumenti causa uelit? Deniq; quis non
 facile simulare possit uoluisse se: uidelicet quo pre-
 mium gratis auferat? Vis itaq; dicam, quantum hoc to-
 tum habeat momenti, uoluisse occidere? Nempe perin-
 de est, quasi te somniaris occidisse. Par pari pensari
 conuenit. Qui præstítit beneficium, ei lex beneficium
 rependit: at qui bene uoluit tantum, ei quid debetur, ni
 si ut uicissim bene uelit Resp. I nunc, & hoc in gradu
 nos iube consistere. Rem tam eximiam, inquis, animo
 uerfaui, statui, decreui: an premiu negabitis? Non frau-
 daberis præmio, si isthuc nomine postules: uerum illud
 interim præmij feres, uelut homo nimii perfrictæ fron-
 tis, irrisus, explosus, exibilatus discedes, quē nō puder-
 rit id à lege postulare, quod ne leno quidē ausit à quo,
 quam petere, ut rem pro uoluntate auferat, nemo tam
 uccors qui concedat, ut uoluntatē nescio quam, hoc est
 minus quam uerba precio redimat. At nō uolui tantū,
 inquis: uerum & periclitatus sum, ascendi, submoui sa-
 tellites. Primū isthuc tu quidem consulte facis, quod de
 gradu illo desiliisti, in quo nimis profecto incōmode sta-
 bas, quanquam ne in hoc quidem multo cōmodius cons-
 stiteris. Nam etiam si paulo minus absurdū uideatur,
 bānd ita multo minus impudens tamen est, quū lex pa-

lum præmiū decernat ei, qui factū præstiterit, te quod
conatus modo sis, præmiū poscere. Ergo ne hoc quidē
iuris erit apud te legibus, quod per illas est ciui priua-
to cum ciue priuato? Age quid si quis ciuium tecum in-
iisset contractū, ita ut ille pecuniam stipulatus, tu con-
ditionem pactus es, mirū ni suo uterq; periculo, atq;
is nondum præstata conditione, nummos his uerbis abs-
te petat: Cedo mercedem, conatus sum, tentavi, adnisi-
sum: an non protinus impudenti homini respondebis:
Cedo conditionē? Nam de tuo conatu quid mea refert?
quandoquidem effectum abs te pactus sum, non cona-
tum. Puta totidem uerbis tibi nunc respondere legem:
Agnosco contractum, non muto pacta: debeo præmiū,
sed si tu conditionem prestitisti, si tyrannum occidisti.
Verbis aut obligantur, aut absoluuntur homines. Si co-
nato pollicita sum præmium, non grauabor dare. si et
qui facinus peregisset, quod tandem ius est te ferre quod
es stipulatus, me non ferre quod sum pacta. In priuatis
ac minutis cōtractibus nemo tam improbus inuenitur,
ut lucrum conditione promissum postulet, non præsti-
ta conditione, nemo tam stultus ut det, si quis postulet:
Et tu à Rep. maximum omnium præmium postulas, q
conatus modo sis? Nihil mihi nisi nugas adfers, donec
illud unum audiam, quod te prestare oportebat. Voi-
lui, inquis, ascendi, perrupi custodias, submoui satellis
tes, quantulum iam est illud quod superest? Quid ad
buc desideras? Nempe nihil in te desidero praeter illud,

cui

cui soli debebatur præmium. An non intellexisti in isti usmodi contractibus duplex esse periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum propriæ pertinet: uidelicet persoluenda mercedis, & præstanda cōditionis. Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio, neq; tua referre putas, neq; refert quam angusta mibi res, unde corradendum quod debeam preciū. Tu itidem conditionem tuo suscipis periculo, neq; mea quicquam interest, quo sudore, quo periculo sit ea tibi præstanda. Totam istam curam, totum hoc negocium tibi relinquo. Quod si ego iam præstata abs te cōditio ne, cōmemorem tibi in agris meis male prouenisse segetes, merces naufragio periisse, nihil auelli à malis debitoribus, non sine gravi dispendio conflari posse pecuniam, quam tibi debeamus, dic obsecro, nōne nugas agere me dices, negans horū quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo posse satisfieri tibi, si pecunia numeretur. Ne que quisquam est iudex tam inquis, quin te tuo uti iure facietur. Et mibi pulchre satis factum existimat, si tu mihi tragediam adferas, quantum adieris periculi, quantum sudorum, quantum uigilarum exhauseris, dum studas præstare conditionem? Res est (mibi crede) calumniostior, scrupulosiorq; q; ut legibus tam occupatis conueniat, alienam expendere uoluntatem, alienos pensulari conatus: quorum suos quisq; nimio solet estimare, non suos difficile est adamūbi perpendere. At fari, facilis est estimatio. Proinde ea in legis cognitione

cadit

cadit: hinc reliqua omnia cōsuevit metiri. Tametsi nō piget interdum equi boniꝝ rationem habere. Verum in his litibus, quac de ueterc illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, que negoꝝ ui, neqꝝ dolo coierunt, quid est quod à prescripto recer datur, nisi quis uelit omnino à pactis discedere? Quid uis? Circunspice, & si potes usquam imuenire exem plū, non nego præmium. Sepenumero in pugilum Olympicis, sepe in certamine spectator (opinor) sedisti. Cedo, num quando uidisti quenquam tam impudentē, qui palmam sibi hoc nomine uendicaret, quod strenue certasset? Non arbitror, atqꝝ id in re penè ludicra, certe ad uoluptatē cōparata. Et tu in tam serio, omniumqꝝ splendidissimo negocio, id tibi postulas, quod in scenicis illis pudeat uel impudentissimū tentare? Age quoties & illud uidisti cuenire, ut qui sc̄e fortissime, doctissimē que geſiſſet in cursu, is à præmio longissime abeffet, et ignauissimo faueret euētus? Habeat ille sane, quod cau ſetur, excidisse babenas, conſternatum equum, fractam rotam, iactet ſc̄uel arte, uel uiribus tanto præcellens tiorem, quanto Thersite preſtitit Achilles, niſi metans prior attigerit, profecto poſtulandi præmij ius nullum habebit, fortunam ſuam incufare licebit. Cæterum Ago nothet & non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen deſcenderit, ut eius ueretur conditione, id eſt, ita demum præmium ferret, ſi uirtuti fortuna fa uente uiciſſet. Alioqui ſi conati, nō tantū effectui præ mium

miām debetur, tot palmis effet opus, quoū in Olympiū certamē uenissent. Quanquam in buiusmodi ludiis, qui solennitatis, uoluptatisq; gratia proponuntur, sit interdum, ut uictis quoq; præmia statuantur, nō honoris, sed solatij gratia: uerum serujs in rebus atq; adeo periculis, quænam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset: et ita peregisset, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantū absis, mox audies: nam nunc de conatu tantū agimus. Lex igitur ciuicam promittit coronam ei, qui ciuem in bello servarit. Quis unquam abhunc honorem uel aspirauit, quod se telis obicerit, quod nō sine multis uulneribus discesserit? Profecto nisi ciue seruato, nemo ciuicam patit. Quis unquam his uerbis muralem petiit. Acriter contendit iudices, ut mœnia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum. Quantumlibet enīsus sit, nisi consenso muro, nemo tam inuercundus, ut muralem coronam sibi dcberi dicat. Obsidionalē nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremo nullus bonos petitur, nisi ab eo qui id efficerit, ad quod honor inuitat. Qui nauim in tempestate desertam, ad littus perduxerit, huic ex lege uendicatio est carum rerum, quæ nauī uebebantur. Quorū attinet hic tuam iactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo nauem intus cum reduceres, sed uictus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quæ sunt in nauī, tibi uendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quisquam te uel pilum si

pat attingere? Non opinor. Si quis unquam orationem,
 supplicationem, triumphum obtinuit, quod ad uictoris
 am omnibus neruis esset enis, quod gnauiter se gesse
 rit in bello, nisi superior discesserit, nisi prescriptum à
 lege numerum hostium fuderit, aude ergo tu tibi præmiū
 promittere, quod tyrannicidium sis aggressus. Quod
 si nemini hominum memoria contigit, desine tibi noua
 spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod
 sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimū.
 Noli nobis cōmemorare, quanto capit is periculo mu
 rum arcis concenderis, qua uirtute satellitum Tyrann
 icum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quo
 rum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad ob
 tinendum tyrannicide præmiū, duobus duntaxat uer
 bis est opus, Tyrannum occidi. Quantumvis conatus
 exaggeres, alleues, at tollas, non nisi tyrannicide debe
 tur præmiū. Alioqui quid dices si eodem illo dic, quo
 tu arcem concendi, permulti pariter aggressi, sua
 quisq; uirtute freti: quoru nemo tamen tyrannū inter
 remisset: utrum omnes tyrannicide præmio patientur
 ex aequo, nempe quia conati? Age quid si multis stre
 nuerem aggressis, uni cui piam, qui sit omniū ignauissi
 mus (ut nō semper uirtuti respondet fortuna) cū cōtingat
 interficere, an non preteritis reliquis hic unus honorē
 auferet? Quamobrē tandem? Non quia plus adierit peri
 culi, sed quoniā id cōfecit, cui lex honorē decrevit. Hic
 ex fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam
 operam

operam, negabis eorum esse virtutis egregios conatus merito fraudari premio, nisi fortuna suffragio adiuventur. Sed quæ tandem potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimis facit equissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exemplū conferre) quid ini-
quius, quam uel summū artificem ab imperitissimo superari, si modo iactus commode cadat. Atq; id adeo ne
mo tanquam iniquum causatur: propterea quod cui lu-
sus huius lex non probatur, ei liberum erat non suscipe-
re. Itaq; lex quid prestari uelit, id palam atq; in medio proponit. Quid abs te prestari posse, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil manult, quam ut res quam op-
time cadat: quod si posteaquam nihil iam intentatum re-
liqueris, quo minus efficeris, per fortunam stetit, intel-
ligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenscas. For-
tunam, si ita lubet, in ius uoca, cum lege nihil tibi rei:
que ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi præstanti.
Neque uero existimemus iudices, istud à maioribus
qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse fa-
ctum, ut conato præmium non esse statuendū putarint:
videlicet illud cauerunt, non tantum ne ancipites istas
et inexplicabiles huiusmodi de conatu lites inuitarēt,
scrutiam quod intelligerent tyrannicidij conatum
nō posse, nisi summo ciuitatis periculo suscipi. Vnde fu-
turum proficiebant, ut si conati præmiū statuissent,
temeritate

temeritate conantiū Resp. subuerteretur potius quām restitueretur. Etenim tyrānis quid aliud est quām graue capitaleq; ciuitatis hulcus? huic si quis medeatur, ci merces digna proposita est, quam ita demū ferat, si res medium præsentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certū artificem, qui sua diligentia peritiaq; fatus, non sinat hoc licere fortune, ut dum ipse salutē dare conatur, illa uitam penitus eripiat. Quid! utrum tu igitur in eiusmodi discrimine conatum præmio iudicas inuitandum esse: an potius pœna deterrendū, nisi quod conatus est quispiam, idem præstiterit? Nec illud te subleuat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quū lex in maleficijs pœnam irroget simplici sceleris molitioni, par esse ut multo magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiōrē uideri ad compensandam uirtutē, quām ad retaliandam culpam. Atq; ut de quām bic tota erras via. Principio non animaduertitis hoc tyrannicidij facinus toto genere à reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum priuato molientis periculo modo coniuncta est: huius cum publico Reip. discrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud sit quām temeritate priuata rem omnīū prodere. Deinde lex nec in quovis criminē, nec qualemcunq; conatū in questionem uenire sinit, uerū in paucis duntaxat, quæ uel propter insignem atrocitasē hoc odij merentur, uel eiusmodi sunt, ut prius

L V C . S exitium

exitium adfrant, quām conatus dent significationem: quod genus parricidiū, ueneficiū, proditio. Postremo nō uides nibil esse simile, totaq; natura rationeq; discre parc, pœnæ legitimam irrogationē, et honoris largitionem. Nam alterū quidem propriæ legū munus, alterum quasi quedam de iure cōcessio, legisq; candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demū intelleges, si reputes quām multa sint quæ lex iubeat, addita pœna ni parcer: quām multa item uetet, nisi obtēmeraris suppliciū minitans: contra, uix unum atq; alterum esse, ad quæ præmio sollicitet. Quædam enim ciui modi sunt, ut durū ac seruile uideatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare libēris. Hic lex nimirū urbanius ac uerēndius tecum agit, patris, nō magistratus sumit babitum, precio ad id inuitat, quod alioqui gratuito te prestare decēbat. Rursus alia tametsi id genus sunt, ut à quouis non improbo ciue prestari uelle oporteat, tamen et fortiora uidentur, quām ut à multis prestari queant: et periculosa, quām ut multi uelint suscipere: nam inbus manum uidetur cuiquam uitæ suæ contemptū imperare: ad hæc igitur præmio animat, quasiq; calcar addit virtuti. Proinde nō oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quām ad quæ semel ipsa astringit. Nec mirandum est si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturaliū munere suo, quām in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic astipulatur

astipulatur illud, quod nouis etiam criminibus exemplū,
aut nouū noua lege solet institui, aut à simili lege mu-
tuos sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid
noui facinoris cum laude patrauit, ut præmiū à simili con
stitutiōe decernatur. nisi lex extet, quae nominatim hor-
norem statuat eius facio, quod roget, uix habebit: quod
postulet, haudquam. Quur enim legi necessē sit pas-
sim ciuiū suorū officiū mercede redimere? quandoqui-
dem ne sit impunita improbitas, id publicitus omniū re-
fert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autē est quod
nō uel gratus patriae debeat ciuis? cui si uel animā im-
penderis, quid mirandū, si quod acceperas, id restituissē
Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officiū per-
soluas, nō præmiū illico tibi debeat, si prosoluas, Itidē,
si quid in leges conmittas, non potes effugere suppliciū:
at nō statim illae tibi præmiū debitare sint, si quid cum
officio feceris. Nam si ciues omnes se se in officio contine-
rent, ne opus quidē esset ullis legibus: quod proprie quae non ad
bonos mores conparatur, sed malis ē moribus nature sunt,
id quod uere uulgo dicitur, ac pharmaci uice fungātur.
Finge itaque nullas esse leges, quemadmodū de aureo Sa-
turni seculo fabulantur poetæ, suo quenque sponte fungi
officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex
præmium decernat? Vti lex nō minatur nisi improbis,
ita nō pollicetur optimis ciuibus. Quorsum enim opus
promisso, quum uirtus absoluta abunde scipsa contenta
sit? Proinde petere quod illa nō sit pollicita, profecto plus

quām impudentissimum est: improbe flagitare quod eā
 candide ciuiliterq; promiserit, ciuis est probitatis nō sa-
 tis spectatæ. Tu quid merueris, paulo post excutietur;
 interim finge sanè p̄cipuum quandam utilitatem at-
 tulisse, cui tamen ex lege p̄mium nō debatur. Vtrū
 protinus clamitabis infrugiferum fuissē officium, ciuita-
 tem in ius vocabis, plebem ingratam uocisrabere, mi-
 nitabere iudicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sen-
 tentia decernant? An potius ipsam uirtutē abunde ma-
 gnum sui premiū iudicabis? Oblectabis te conscientia
 recti. Hunc esse maximum fructū officij duces, quod de
 alijs citra tuum emolumentum benemerendo ad deorū
 benignitatem uidearis accedere? Nimirū hæc tibi futu-
 ra sunt satis, si modo ciuis sis optimus. Quod si nō con-
 tentus istis, aliud adhuc nescio quod p̄mium desider-
 es, certe maximo proximū est gloria: hoc tu iam pro-
 p̄emodum tulisti. Quanto metiris precio, uolitare per
 ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari milie,
 oculos omniū in te coniectos circunferre? Ista, inquam,
 uel maxima p̄miij pars: nam pecunia sanè quām exis-
 guum momentum adfert. Tu conatus duntaxates, per/
 magna portio, uel caput potius ipsum tuo deest facino-
 ri. At quum interim bis rebus frueris, dum non occiso
 tyranno, tamen uelut tyrannicida celebraris, quæso te,
 quantula pars abest à tuo p̄mio quod latus eras,
 etiam si tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum
 p̄mium, penè dixerim, inuidendū mibi uidetur, quod
 iam

iam tibi licuit toties Recipub. tyranicidium imputare,
 quod in celebri iudicio tibi contigit honestissimum pre-
 mium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante
 Rep. magnificam istam tuam tragœdiam peragere.
 Mihi uidetur indices, beneficij tulisse gratiam, quisquis
 exprobrare beneficium potuit. Tu fortuna, tu deorum
 munus imputas ciuitati, & sunt fortassis qui tibi liber-
 tatem acceptam ferant. An haec tanta præmia contem-
 nis? que uel uero tyrannicide sufficere debuerant, nisi
 lex maluisset præmio conatum ab effectu distinguere.
 Quanquam nullum me hercule præmiū magis cōgruit
 ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, q̄
 ut illi contingat tyrannicide præmium sperare, nec fer-
 re tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecū cō-
 morari iubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus
 minus promeretur præmium, quod aliorum proposito
 fortuna modo defuit, tibi uoluntas, ut aīs. Efficisti quod
 uoluisti: id qd' erat necesse, nec fecisti, nec uoluisti. Sed
 iamdudum aliū gradum (ut uideo) circunspectas, in
 quem te recipias: nam in hoc quām citra omnem pre-
 miū spēm consistas, intelligis. Age sequemur te per omni-
 a, & aliunde aliò fugitatem persecuemur, nec usq̄
 finemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum
 inquis, uerum etiam occidi, nempe filiū: atq; id facinus
 in duo secas tyrannicidia, & quod filiū sustuleris plus
 quam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod
 parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo

mox, nunc hoc cuiusmodi sit inspiciamus. Parentem ait
 abs te, jugulato filio, eadem occisum opera negas enim
 referre, qua via peremeris, modo sustuleris: immo splendi-
 dius istuc uideri uis, quod tuo quidem ense, uerum ipsius
 dexterā sit interemptus. Hec tam honesta iudiccs
 oratio poscit parum attentū fallere, presertim hoc rem
 fucis illis suis ex phaleris uenditante, dum nobis ob oculos
 ponit ualidum illum florentemq; iuuencem, sic patri
 adamatum, crebris uulneribus confossum: parentem ser-
 nem miserum, illi circunfusum, eodem exanimatum en-
 se, sanguinem utriusq; inter se confusum. Ista quidem di-
 etu splendida, sed quid ad tuam causam attinent? Ne-
 mo tam cecus qui non uideat, nemo tam effrons qui ne-
 get, spectaculum illud multo omnium iucundissimum ex-
 citisse ciuitati, quum senem tyrannum iuueni uideret in-
 cumbentem, exanimem exanimi, et in altero gauderet
 se leuatum malis preteritis, in altero futurorum me-
 tu. Hæc quum per se maxima, quum Reip. sint grati-
 ma, quid attinet uerbis exaggerare? Illud unum in hoc
 iudicio uertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat,
 quod pater sine controvèrsia tyranus occisus est, an
 fortunæ superumq; dexteritati. Quod enim tuo gladio
 peremptus est, id uero quam est futile nibiliq;. Quid si
 tuo gladio ab eo qui eum utendū abs te rogasset, tyran-
 nus esset necatus, nū tu protinus tyrannicide premiu-
 petitum uenires? Lex occisoru*pollicetur honorem, tu*
 cum iugulasti, de quo certe cōtrouersum esse poterat,
tyranni

tyranni nomine censendus esset necne, cum de quo nimirum erat dubitationis reliquisti. Si prudens, prudens excedisti à præmio: si metu, multo minus etiam causæ est postulandi muneric. Verum illud tute uolumen ter urgebas, uti prudens uolensq; reliquisse uiderere. Sed quid tandem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset, non toro metu liberare Rmp. sed ultorem tui factoris, et verum certumq; tyrannum reliquere: intellegebas ut aīs) omnē negocium confectum extincto ius uene, propterea quod modis omnibus futurum præscribes, ut senex illico sibimet codem gladio necem cōscisceret. Videte iudices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi diuinandi scientiam cōmentus fuisset, non poterat bīnc explicare sc̄e. Siquidē hæc uel augur, uel haruspex, uel uates diceres, fortasse nonnulli los inuenires qui ista prædicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudentius? quid uanius? quid ueri diffīlīus? quam asseuerare, id certum præscisse te, quod tale sit ut quiūs aliis exitus potius fuerit expectādus? An conjecturis es assequutus id euenturum quod euenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, nisi ut uel spērares, uel suspicarere? Porro in re tam ancipiēti, quæ dementia erat sp̄cm incertam sequi, discriminē certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas coniecturas, quibus hic noster uates præsensit inopinatum omnibus exitum. Iam ætate fessus erat, inquis, iam miribus defectus, nec oblineri iam autumabat posse

tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quām ut filio uellet esse superstes. Nōnne sentis bēc ac deo non esse naturae rerū consentanea, ut iam omnibus videantur cōfētē confutata, uel priusq; refellantur? Vtrū sc̄ni mentē ullam fuisse putas, an nō putas? Si non putas, fieri potuit ut illi tutum uideretur, qd' neutiquam erat tutum, atq; ita protinus toto falleris augurio: sīn putas sapuisse, quur erat quod usque adeo diffideret? Quasi uero tyrannis uiribus duncaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, uersutia, calliditate, largitione, crudelitateq; cōtineatur: que omnia si magis in senem quām in adolescentem competit, quur tu in diuersum torques augurium? An non illa etas usu rerum callētior est: an non altius disimulat? an non cauet diligētius? an non prospicit oculatus? irascitur implacabilis? tenacius iniuriae meminit? meliusq; in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiae duce quantulum est illud momētū, quod corporis vires adferunt: at in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illū terroreret ademptus filius, quām extinctus satelles quispiam audacior? quum arx superesset approbe munita, supercressent opes, arma, satellitū ingens agmen, tot in ciuitate factiosi potentesq;, qui nō solum tyranni partes adiuuabant, uerum etiam tyrannos agebant: quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne nimiū securi negligantur. Usque adhuc senem cruda

cruda uiridiq; (quod omnes norunt) senecta callidum, animosum, ambitiosum, non stultum, una filij mors consternauit, ut rebus desperatis protinus è uita sibi mis grandum duxerit: præsertim quum ille patris dominatum nubilo reddiderit tutiorem, sed multo inuidiosior em, idq; ob libidinem, atq; a tatis insolentiam temeritatemq; adeo ut expedierit propemodum illi ad stabiliciendam tyrannidem filium è medio tolli. Etenim quo propius ad iusti regni speciem accesserit tyrannis, hoc minus est inuidiae obnoxia, magisq; tuta. Inuenis ille solum hoc augebat, quod maxime tyrannos solet euertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi senis peccatore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, q; ut defuncto posset superesse. De matrecula quapiam priuata loqueris, an de viro scire, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego iudices in eo sermone argumentis coarguedo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiatur? Quis unquam isthuc audiuit? tyrannum usq; adeo pia in liberos fuisse animo, ut non dicam commori uoluerit, sed conuiuere cōmode quiuerit? Credite mihi, priuatorum isti sunt affectus. Tyranus neq; quid natura, neq; quid pietas, neq; omnino quid sit officium nouit. Exuit hæc omnia, simulatq; tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui uel deos ipsos odit) quos aut metuit, et tollere nondum expedit,

aut quorum opera ministerioq; ad fulciendum imperium indiget. Quod si ullos ille posset amare, similes certe sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleratos, quando nubil ad conciliandā charitatem efficacius mortum similitudine. At qui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant, adeo ut prepostorum, uel peruersum potius quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neq; enim quisquam Stoicus fuit, ut eque uacat omnibus affectibus atque tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille illum pietatis igniculū in quenquam mortaliū sentire potuit, qui in patriam uite parentem altricemq;, qui in cœlites omnium bonorum autores tam sit impius, ut illā crudelissima opprimit scrutute, horū phana despoliet, iura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, si namusq; te priuatos affectus in tyrannicum peccatum, hoc est, ignem in flumen transferre, an tandem persuadebis illud, usq; adeo indulgēter illum adamasse filium, usq; adeo in cum omnes uitæ suæ spes, uoluptates, opesq; semel contulisse, ut illo sublato, ne minimam quidē uitæ causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuite, uerum ex uniuerso mortaliū genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, et ab ipso (si uis) Promethei simulacro. Quotus quisq; fuit pater, quota queq; materna, que ob liberorū necem sibi fatū accersuerit? Naturalis hic dolor, et quē nemo ferè non modeste ferat

rat. Priuatis parentibus uel indulgentissimis, muliercularum intemperatissimis affectibus mediocris luctus sufficit, tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse tu Lynceus preuidebas? Age, hoc quoq; tibi donamus, uicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pictatē, uicerit indulgentia materculas omnes, qui tibi compertū esse potuit, utrō sc̄ dolor paternus inclinaret? In rabiē, an in desperationem? Q̄o diligebat impotens, hoc erat probabilius, ut sc̄ n̄x natura ferus, ciuibus infensus, uel maxime uellat esse superstes, uel ob id deniq;, quo ueterē illam iram, nūc filij nece acerrime exasperatā irritatamq; Reip. supplicijs saturaret. Quod si aliās uite pertesum fuisset, haec nimis una causa poterat illū in uita retinere. Quid autē senili animo vindictæ cupidius? An nescis q̄ impotentes etas illa concipiatur impetus, quo rapiatur astu, quo flagrare soleat incendio, si quādo atroci insurgniq; cōtumelia laceſſatur? Que uero potuit esse atrocior, q̄ filij cædes sic amati, ut tu quidem aīs? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid seuitiae, quicquid immanitatis: si qua sanguinis stirpis, si qua suppliciorū fames, deniq; si quid tyrannicū, id omne semel de integro poterat excitare quasq; renouare. Mitiora etiā animalia, date orbitatis iniuria, in rabiē solet agere, & tu in tyrāno (quo nullū animal immittius) nihil tale metucndū esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus uidemus euenire? Q̄od si tibi

si tibi uni compertum erat tyranno sic in delicijs esse
 filium, quid igitur aliud tua sicut opera, nisi ut scuissi
 ma illa Tigris, rapto catulo, in rabiem uersa, in misera-
 ram banc ciuitatem dilaniandam discerpendamque insi-
 laret? Id si non cuenit magna diuis gratia, tibi magnum
 debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam di-
 ram bebuam in nostra capita fortunamque immiseris. Eli-
 ge nunc utrum malis, an uerum fateri, nihil suisse ty-
 ranno cum nostris affectibus commune, an configere
 sic adamasse, ut matercularum quoque uicerit deliciae.
 Certe neutro modo tua constabit diuinatio: que nisi
 confiterit, non est quod ad eius rei laude appetires, que
 fortune commoditate te imprudente euenerit. Postre-
 mo donemus ergo hoc tibi, ut praescieris, et certum pra-
 sciueris, deo uidelicet quopiam te certiorum faciente
 (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac
 si non praescieris, quia praescientiae tue fidem legifas-
 cere non possis. Profer quibus predixeris id euenturum
 quod cuenit: doce quis deorum quando istibuc tibi pre-
 nunciarit, nihil habes quod dicas. Verum posteaquam
 rem feliciter cuenisse uideres, tum demum post factum
 uates esse coepisti, quemadmodum uulgo tum fieri, tum
 dici consuevit, post euentum stultos etiam sapere: et
 quo fortune beneficium uerbis in te transmoueres, tra-
 gadiam istam nobis comminisci capisti, causas reperi-
 sti, quibus praescisse uidcare. Sed diu boni, quam non
 bonum postam te praestitisti, qui tam inconsistentia,

tam

tam cum natura pugnantia finxeris, scuissimum tyranum ob pictatem erga filium ultro uitam fugisse: ob unius capitis necem tutū sibi non putasse in vita comorari, quum omnia superessent quibus tyrannis comparatur et obtinctur, sublato eo in quo omne tyrannidis presidiū collocarat, repente rebus suis diffusum ad inferos abijisse. Age, mitto nunc argumēta, hæc omnia uera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem ullum habent ueri, si mibi ex omni hominum memoria uel unum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, ut non spadones ac pallacæ longe prætulerit: qui sic illis induxit, ut non suspectos habaret obseruaretq;: qui sic illis sit fīsus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac seruis stigmaticis plus qm in illis fiducie posuerit. Ego tibi pmultos referre possum, qui filios sic oderint, ut uiuos esse pati nō possent: adeo metuerint, ut ne cibum quidem unā capere uelent: adeo diffiderent, ut tum demum se tutos esse putarent, si quis illos ē medio submouisset. Nullus inutilior tyranni satelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios manuit ille sicarios, fugitiuos, homicidas, sacrilegos: his uitam suam manuit committere, qui sua patria frui nō possint, et alienam exerceere gaudēat, qui barbaricis serinisq; viribus antecellant, et gigantes illos impios referant, qui propter animi cupiditas tem non difficile ad quiduis periculi suscipiēdum persuaduntur, et propter ingenij feritatē à nullo facinore abhorret

abhorrent. Hi sunt idonei tyrannorū ministri, hi fiducia, munimentum, praefidiumq; tyrannidis multo tutissimum: hos si quis ademerit, causam uideatur dedisse, quorū rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat: Actates at utilior etas grandior. Robore unus erat. Prudentia? magis sapientia. Custodijs quas obtinebat? at si aduersus patrē obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi unus satelles ademptus erat? Nam custodie quo deficeret, nisi ad eum cui alcabatur? Tuitior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno suspecta, filius violētus et insolens, propterea quod reliqui illi Barbari solo lucro contenti sunt. Filius illud præmium spectat, tyrannidis successionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentē possidet dira regnandi libido. Ibi cōtemptis naturæ legibus, et filium horret pater, et patris interitum optat filius. Sed dicturis iam dudā nefcio quid: manc, præsensi, nihil inexpugnatum omittam. urges, Nisi præter modū adamauit filium, nisi difsus est, quorū sibi mortem consciuit? Istbuc uero merito demirandū, quippe quod præter omnium, ac tuam etiam spem cuenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi dij in mentem immiscrint, ut sibi uim adferret: hoc tantū euincere sat est, se nullis cōiecturis hunc exitū certo præscire potuisse, quantūlibet amarit filiū: tametsi causa nō admodū obscura. Iam deorū si qui fuerūt huic infensi Reip. iras

diuturnas

diuturna nostra calamitas satiauerat. Iam propitios nostra uota, nostra sacra commouerant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille senex diis atq; homini bus dignas admissorum penas datus erat. Iam aderant ultrices Erynnes, aderant Furie, facibus et bybris omnibus armate: hec illi mentem ademerunt, hec uanam formidinem incuscrunt, hec attonitum ad spontaneam sui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugisse, qui filium peremcerat, quam una cæde contentum fore, qua quidem una in re iure potes gloriari, quod tyrannum uehementer fecelleris. Virum esse patabat, qui hoc facinus percigisset. Credebat esse talcm, quales audierat esse solere tyrannus, qui magno suæ uitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adorarentur facinus, nisi ratione probe perfecta, qua possent perficere. Hanc suspicionē Pan ille, aut si quis alius est deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificem, sensit adesse necessitatem illam fatalem, quam nemini nocentium uitare licuit. Itaque quod huius urbis pietati, quod decorum bonitati debetur, quur tu id phaleratis dictis in te transferre conasris? Vbi discrimen erat subeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res preter spem pulchre cecidit, tutamq; putas, fortuna laudem in te deriuas. Sed finge diuersum existimuisse consequutum, pone tyrannum ira percitum, passim ciues ad exquisita supplicia rapere, prescribere, iugulare, in exilium agere, possessionibus exuere.

Quid

Quid hic dices? non sines, opinor, eorum malorum causam in te tanquam in autorem referri, et fortuna argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum esse, si quid fortuito preter propositum cuncterit. At nunc nonne iniurium est, quod boni, fortunae commoditate preter spem cuenit, id totum in te uelut autorem uelle traducere? Etenim te nihil expectasse minui, quam id quod cuenit, uel ipsa res clamitat. Si hoc animo concendisses arcem, ut filium, non patrem occidisses, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potius in iuuenem incidisti, et tum deniq; diuina ista mens et futurorum presaga, sed que non nisi post euentu sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum iudices in re tam tumultuosa, secum uelut ociosus consultare coepit, utrum senem sua dextra dignum existimat, ibi demum praeuidere coepit, fore ut pater ipse sibi manus adferret. Et quo commentu tam impudens iudices efficiat paulo probabilius, quem nec uidit, nec uidere potuit, ea perinde descripsit, nimiriū (ut iactat) poeta, quasi spectator astiterit, quid in mentem uenerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem projecto impudentiae, fingere praescisse se, quod esset euentu consequitur, et quod non uideris, id ita narrare quasi uideris. Quāto melius tuo commento, id est, fabulae sua fides constitisset, si ita finassis: te quū perempto iuueni, stricto gladio ad senem

ire

ire destinasses, repete à tergo adfuisse Palladem illam
 Homericam, et iam euntem capillis reuocasse te: uer-
 tuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscuras-
 res, se se citra tuam operam curaturam, ut ille suapte
 manu, sed tuo gladio peremptus, glorie tuae nihil tene-
 brarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis:
 debinc abditum te per rimam contemplatū. uel (quod
 est te dignius) repente deam sepsisse te nebula, ut ty-
 rannice necis tutus et ociosus spectator assisteres, nec
 prius illinc discessisse, quām negocium omnē cōfectum
 uidisses. Hęc si confinxisses, paulo minus malum poe-
 tam te præstitisses. Sed ociū, opinor, nō supp̄petebat ad
 omnes fabulæ parteis commode tractandas, uidelicet
 lucri cupiditate te protinus ad præmiū postulandum
 rapiente. Nunc uel ipsa te prodit inconstantia, figmen-
 tiq; coarguit. In arcem ascendisti, quo tyrannum occi-
 deres, neq; tum præuidebas, quod sole ipso clarissim uis-
 deri uis. In medio negocio subito nescio quis deus oculi
 los tibi restituit, ut uideres futurum id quod accidit.
 Porrò si ueris fidem facere uoluisses, narrare debuer-
 ras quemadmodū nocturnus explorator furtim arcem
 concenderis, in aedes clanculum irrepseris, forte fortu-
 na obuio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, sed ue-
 experireris, si quod tuto facinus posses designare: hęc
 molienti commodum fuisse fortunam: itaq; quum ador-
 lessentem solam atq; incustoditum offendisses (ut est ea
 nimorum etas securior, periculiq; minus cogitans: præ-

terca diuturna tyrannis iam magnam metus partem
 exuerat) tum haud scio (ut mores illius erant) multo uis
 no sepultum , atq; immoda libidine defessum , fortiter
 iugulasse scilicet , & somnū illi cum morte , id est , ger-
 manum (ut ait Homerus) cum germano coniunxisse :
 deinde ubi iam cardines procul stridere cōpissent , ex/
 audito uidelicet moriētis gemitu , ibi te metu exanimata
 cum ita fugisse , ut non uacarit gladium ē uulnere tolle-
 re , quem nec parricide , nec sicarii solent relinquere .
 ne deprehendātur : Interea domi latitasse te , iam dudis
 de fuga cogitantem , & longinquas aliquas , semotasq;
 mundi latebras animo circumspectantē , in quibus ab-
 ditus posses irritati patris sœ uitiam fallere : Iamq; te ad
 spontaneum exilium accincto , repete in uulnus exiisse
 famam , liberam esse ciuitatem , tyrannum unā cum fi-
 lio iugulatum , reliquos metu fugisse , autorem ignorari
 facinoris : Ibi repente ad nouam tuę fabule catastro-
 phen , immutasse te animum , & qui prius de salute fues-
 ras sollicitus , protinus ad præmij spem arrestū fuisse ,
 lucriq; aviditate , priusq; tibi satis esset excogitata ra-
 tio , qua totā huius inopinati euentus laudē in te tradu-
 ceres , profiliisse in medium : id quod uidimus , clamitasse
 tuū illum esseensem , tuū facinus , non unū præmiū tuę
 virtuti fore satis . Hæc nemo non credidisset , sunt enim
 rerū naturæ cōsentanea , usu cōprobata , omnīū opinio-
 ne recepta . At tu dum sedulo quidē , sed tamen parum
 ex arte , quam nobis præscientiam niteris persuadere ,

quād

quām multa comminisceris, non dicam tota facie à uero distantia, uerum etiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? primum tyrannum tam maternē filium adamasse, ut sine eo uiuere noluerit: sic ob unius mortem meruisse consternatum, ut intuita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fissum, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta cede nō potuerit ad ultionem inflammari: tam inuolidum, ut tua dextra fuerit indignus: tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se iugulareret. Non uides quām non competit tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam etatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praesidijs munitam, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatisimū, tanta imbecillitas in iratum? Quidigitur erat, quur tu senem illum tantopere contempseris, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera iugularetur? Tunc indignū iudicabis quem occideres, quum cum Resp. non putarit indignū quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum iudices, non talem sensimus, ut culquā contemnendus uideri debuerit. Neq; tu eum unquam contempsti, nisi forte contemnere est, misere formidare. Sciebas arcē armis refertā, sciebas superesse satellites, quorū uel unus (si seni uires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Nō ignorabas (id quod nemo nostrū neficit)

quantum uirium illi partim exercitatio, partim inger-
nij feritas etiam in illa secessa reliquerat. Tum non te
fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolor
re inflammari, ut iuuenibus etiam ualidissimis sepe-
mero fuerit intolerandum, si quando solitum illud rot-
bur quod etatis gelu uelut obtorpuerat, magnoralit
quo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus
est, ut non illi pudor, ira, dolor ingēs uires suppeditet?
Hoc erat uidelicet, quur tu filium quam patrem malu-
eris occidere, quod illum inopinantem, inertem, dor-
mientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnandum erat,
armato, uallato, irato deniq;. Hoc erat quur gladium
relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum
dum reciperes, mactuens uidelicet ne tantillum sarcine
te redderet in sua tardiorem. Reliquisti inuitus, quo
tyranno prodi posse: sed prodi maluisti quam depre-
bendi. Neq; ego nunc formidinem tuam accuso, in modo mis-
ror magis quod pedibus consistere, quod fugere potu-
eris, quam audires moueri tyrauicam familiam, stri-
dere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum ui-
gilantibus uiris, accinctis, armatis, sobrijs, irritatis, des-
tique cum rabioso patre dimicandum esse: non quod
illum usq; adeo filij mors commoueret, sed quod arbit-
raretur, et haud scio an uere se petitum fuisse, dexter-
ram tuam errasse tantum in filio. In nunc et spera, non
dicam hos iudices uiros omnium perfficientissimos,
sed uel ē media plebe quenquam esse tam mucosissi-
ribus

tibus, cui non suboleat, imo qui non planè odoretur, perficiatq; totam banc fabulam abste confitam. Et quod portes solent, quum hærent in explicando tragœdiæ argumento, hanc ueluti deam diuinationem arte quadam induxisti, quo præsensionem tuam iudicibus probares, sine qua uidebas præmū obtineri nō posse. Sed occasionem, inquit, ministraui paterna mortis, qui gladium quo sc feriret reliquerim: atq; id solū non modo satis esse putat ad petendum præmium, uerum etiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorū consecretur, dominus pro deo præsenti colatur. O hominē suarum, si hac spes uere concepit: impudentem, si quū non speret, postulat. Itane tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in artem arma, hoc est, in syluam ligna portanda putasti? Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatē: an uero nihil res ferre putas, quam præbeas occasiōnē, quomodo, quo animo? Primum, gladiū reliquisti, quo nihil minus de est tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris: reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte cū gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas: reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in ciuiū iugulos distinxisset? quid si eodē lectos aliquot ex huius urbis iuuen-

tute adolescentes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, qui a tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinacabit: quippe cuius causa peralta est. Id si non evenerit, nihil ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat, id dijus in manu est: si bene uerterit, nihil gratiae debetur ei qui dedit imprudens: si male, temeritas imputatur. Neque enim culpa uacat, qui periculosam ministrat occasionem: quem si feliciter, mirentur omnes: si infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyranus tuo en se alios in usus abutcretur. Scio me iudicces haec pluribus refellere uerbis, quia neceesse uideatur, quippe tam friuola: uerum id mibi propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non reuictum prætermittere. Quare quæso ne pigeat ita ut antehac fecisti, patienter atque attente cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo deicio. Hic sibi uhementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Non gabat uitari posse, quin præmiū deberetur quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum iam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus dissertum aiebat, nihil interesse utrum manus sua quis occidat, an mortis causam prebeat. Addebat, equum esse, ut quoniam in maleficijs causam datam imputarent leges ad supplicium, multo magis idem obseruarent in benefactis ad premium. Hec aiebat meminisse se in legib. esse disputata, illud addens

addens Tbrasonicum, nisi sibi diurna seruitus legum
 memoriam obliterasset. Non tu legum oblitus propter
 diuinam desuetudinem, sed nunquam quid sibi ueline
 leges inquisisse uideris. Bis enim hic erras, qui neq; can
 se datæ rationem, neq; dantis animū discernas, id quod
 legibus traditū est, nec animaduertis longe diuersam
 esse rationem maleficij & beneficij imputandi. Quid
 ait noue iuris interpres? Itāne satis esse iudicas uel ad
 poenam, uel ad præmium, qualem cunq; quomodo cūq;
 causam dedisse? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem
 occiderit manu, an gladiū illum dederit, quo se postea
 confudit? At qui hanc laudem nunquam ille sibi uimdi-
 casset: tametsi probabile uideri poterat, in eum usum
 hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros
 erarios omnes uel ad poenam uocamus, uel ad premiu-
 m, quoties armis in eorum officina perfectis, aut iugul-
 tantur ciues, aut seruantur? Postremo quur hoc quod
 tu petis præmium, non ensis istius tui opifex petit por-
 tius? Tyrannus gladium erat habitus, te non porrige-
 gente: tu porrigere nō poteras, nisi buius industria tibi
 ministrasset. Age si telo interuenandū temere misso,
 forte tyrannum uicinum interfecisses, clamares tiby
 rannicidæ deberi præmium, an potius nihil tibi debere
 tur laudis, quod imprudēs & inscius iaculū torsisses?
 Imò in ius potius uocādus es, qui miseri teli temerita-
 te ciuē (quod in te fuit) occideris: nā quod in tyrannū
 incidit, & nihil ad te. Quid si caupo uinū lene de suave,

quale Poliphemo dedit Ulysses, tyranno uenidisse, atq; ille eius dulcedine caput, audius se se ingurgitasse, et, xaq; re cōcepta febri decessisset, auderes ne caupo, uini titulo tyrannicide premū flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut cum ualentū, uinoq; madidum exploderet? Ceterum quanto frigidore titulo nunc idem postulas? Vt cunq; coniecturis praecipi poterat: ut etas uinosa tam illicibili uino audius, intemperantiusq; frueretur, crapulam cōsequeretur morbus, presertim in senectute: morbum mors: Vulgo hæc eueniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim ante hac ob filij necem sibi manus intulit? Accedam proprius. Finge te tyranni coquum esse: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamē ille oppido quam lubens uescatur: interminari morbi capitalem, ni temperet: id te non fugere, eum cibū tu arte tua, cupediusq; & condimentis magis ac magis illecebrosum reddis. consequitur edentem morbus, quem predixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum prosiliens, & adhuc iure madens, fuligine niger, tyrannicide premum postulabis? Mortarium, tonsillum, & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrānidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea causa, qua tamē ista tua multo est absurdior. Nam illi uoluntas occidendi nō defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc iugis

iugulasti filium, quo pater ultro uitam relinquet, &
 causam dedisti, ad quiduis potius quam ad istud idoneam.
 Accipe exemplū tuo similius, quam ouum sit ovo
 (quod aiunt) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille
 misere ac perdite deperisset, occidisses: eaq; cognita
 re tyrannus sibi uitam abrumperet, auderes ad præ
 mium aspirare: auderes dicere, te certum prescisse, for
 re, ut tyrannus sponte fugeret ē uita? Certe quanquam
 plures amicas extinctas sequuti sunt, quam filios, nemo
 tamen tibi crederet, nemo tibi præmium decerniceret,
 tuum factum periculosum & anceps dicerent: omnes
 fortunæ gratias haberent, cuius commoditate res ea fe
 liciter cœsisset. Tibi abunde magnum præmium existi
 marent, si commissi uenia donatus discederes. Primum
 igitur diuersam imputandi maleficij, & ascribendi be
 neficij rationem conueniet distinguere, deinde cause
 equalitatem, postremo animum: atq; ita demum lique
 bit, quid tibi lex debeat. Nam quod aiebas legem proli
 xiorem esse oportere ad reddendum præmium, quam
 ad infligendam pœnam, id in privilegijs, que in exem
 plum nō uocantur, fortasse locum habet. In iure commu
 ni longe secus est. Siquidem (uti superius demonstraui
 mus) nulli nocenti lex nō minatur pœnam: paucis bene
 factis præmium ostendit. Tum in maleficijs etiam conq
 tum simplicem suppicio prosequitur, in benefactis sem
 per exitum requirit. Nec mirum, nec iniquū, si lex est
 diligentior in negocio, ad quod unum est nata, atq;
 t s instituta

instituta, quām in eo, in quo temporis ratione tanquā alienas sibi sumit partes. Ergo in utroq; cōmuniter spe-
ctat, ut causa sit idonea: deinde ut animus adsit, nō tam
tum casus. Hoc rursum interest, quod in benefactis nec
causa idonea, nec animus idoneus satis facit legi, nisi his
accesserit euentus itē idoneus. In malefactis, si quid nor-
cendi animo tentes, nō expenditur nec euentus, nec cau-
sa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudi-
cat, tibi nihil ad scelus defuisse pr̄ter fortunam: quā te
subleuari, quod tandem ius sit? In euentu simul & cau-
sam datam & animum expendit. Si animum uitiosum
cōperit, nihil moratur causam, quām sit idonea, putat
animum & euentum ad pœnam commerendam suffice-
re. Sin animo simplici data est causa mali idonea, &
non consequitur euentus: lex quasi conniuet ad id, &
non putat ad suam cognitionem magnopere pertinc-
re. Sin euentus est consequitus, etiam si de animi uitio
doceri non potest, tamen temeritatis & negligentiae
 nomine pœnam irrogat: partim propter suspectā dan-
tis uoluntatem, partim ut hæc latebra peccantibus eri-
piatur, imprudens feci, discantq; homines uel suo peris-
culo cauere, quod alieno faciat periculo. Ergo qui pru-
dens & sciens, certam atq; evidentē noxē causam de-
derit: cum perinde lex censet, quasi facinus manu pere-
gerit. Veluti si quis hostē opibus, copijsq; iuuerit, per-
inde est ac si ipsius arma contra ferat. Siquidem id sup-
peditauit, sine quo bellum geri nō poterat. Aut si quis
inimicum

inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendū curet, ut naufragio intereat: aut in conclave pensili ter studine inducat, ut ruina opprimatur: aut iuxta legeū ūlū agroti, loco pharmaci uenenum ponat, futurū spē trans ut eo hausto pereat, tametsi non bilit agrotus, tam ueneficiū postulari potest qui posuit, propter uitio ūlū animi uoluntatem. Nam uehementer erat probabile id euenturum, quod ille moliebatur. Huic si detrahatur nocendi uoluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi uoluntate, apponas euentū: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorancia absoluerit. Porro si in loco non ad id destinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceat: lex tecum non agit, nisi si quem occideris, aut uulnē raris, aut si cui dānum dederis. Ceterum quod facis, tuo facis periculo. Quod si quid borum consequutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quaē culpa temeritatis non uacat. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabilius poterat præstimeri. Vides quanto discrimine difficiantur, inter quaē tu nihil interesse dicebas. Primū non statim imputatur ad præmium, quod ad pœnam, idq; non à malignitate legum lateris, sed partim ex ipso rei natura proficiscitur, partim à legum officio. Deinde discernitur animus, causa data dijudicatur: spectatur euentus. Age nunc si libet, tuam causam, qua tuum facinus estimari uis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem

incutabilem mortis causam tyranno dedisse, sed insprudentem, nulla tibi sit præmij petitio. Quis enim inficiës benemereri dicitur? Fortibus viris præmia dantur, non fortunatis tantum. Nam exicimus iam dudum opinor, ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filiam, ut pater sibi necem consiceret: quod euenturum ne uates quidem quisquam prescire poterat, tu nec suspicari. Imò postea quām rem plenam discriminiſ, fortune arbitrio cōmisiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex ſe non poſtulat: at idem ſi male euenifſet, temeritatis poenas eras debituras. Neq; enim tibi ſuccurreret inculpata ignorantia. Quid enim eque formidandū erat, quām ne tyrannus, ſimulatq; occifo filio ſe peti inſidijs perſenſiſſet, omnia tyranidis mala in nos conduplicaret? Iane ut de animo res tibi conſtet, cauſam dediſti non ſolum non idoneam, uerum etiam periculofißimam Reipub. Vin hoc tibi argumento euidentiſſimo demonstrari. Finge te quempiam è ciuibus uitio occidiſſet: extineti patrem id faccre, quod modo fecit tyrannus. Vtrum tu dupliſi cedis criminē teneberis, an ſimpliſi opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atq; his fermè tuis argumentis utetur. Indulgentiſſime filium adamabat, in illum omnem familię curam reclinauerat, illo ſe oblectabat. atq; hæc de priuato ſene cum fide dicet, que tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te ſciſſe, præuidiſſe futurū, ut illæ uitam ſa geret

LVCIANICAE RESPONDENS 303

geret orbatus filio, in quo uno omnia ritæ oblectamēta
collocarat. Non tibi defuisse iugulandi senis voluntatē,
sed hoc tantum egisse, ut miserabilius sua dextra peris-
meretur, ut odium tuū plenius miseri patris malis exar-
turares. Ideo iuuenem necasse, in hunc usum gladium
in vulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabis-
liora in hoc, quām in tuo negocio: Et tamē negabis pa-
ternam necem ad te pertinere: atq; animi suspicione,
cause qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fu-
isse, quur ille sibimet manus adferret. Te nec præscire,
nec timere potuisse id, quod sit consequutum: quod rau-
rum extet exemplum patris, ob filij necem sponte fugi-
entis ē uita. Alioqui futurum fuisse, ut et mater sibi far-
sum accerferet: quippe quā impotenter amare sit cō-
sentaneum, ac minus aduersum dolorem animi uiribus
ualere. Hæc non dubitares tibi profutura, ad alterum
crimen depellendum, et prodesse dubio procul'. At
qui quod in maleficijs ualent, ne quid imputetur, id mul-
to magis in hac causa ualent, ne quid acceptum feratur.
Ibi te liberaret à uoluntatis suspicione, quod causas pa-
rum idoneas dederis: hic ex causis multo minus idoneis
propter personam tyranni, uideri uis non modo quod
euenit, fuisse suspicatus, uerum etiam certum præscisse.
Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quod
tametsi uitio abs te data est causa, tamen idonea non sit
ad id quod euenit. Imò ipsi tota res imputabitur, et les-
gibus poenas dabit, sepultura prohibitus, quod ciuitati

citrus

302. DECLAMATIO ERASMICA

citra causam idoneam, ciuem unum ademerit. Tibi no[n] nisi unius filij mors imputabitur, etiam si mater quoq[ue] & filiae, & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter cuenisset: quippe ubi summum Reip. periculum & uerteretur, & praeime-ri probabiliter posset. Venio nunc ad quartu[m] illud pre-sidium iudices, quod iste tutissimum, ac pen[e] inexpug-nabile iudicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non solu[m] sit no[n] habiturus, quo tyrannicidij & huius laudis arcem obtineat: ueru[m] uix etiam latebrani inuenturus, ubi temeritatis ac maleficij poenam effugiat, quo nimis rum intelligat, quam non inimice, non curiose (ut aie-bat) secum agam: ut quum possum in crimen ac poenam uocare, sat babeam ab honore non promerito secluder-e. Ait sibi deberi premium, uel hoc uno nomine, quod inuenient occiderit, iam plusquam tyrannum, cum ty-rannidis paratum haeredem, etiam si hunc euentum dij no[n] dcdissent, ut senex ipse uitam abrumpet. O deplot-ratam impudentiam. Tu tibi premiu[m] peteres, si tyran-num suae furiæ non essent ultæ? Dij quid uis potius dede-rint, quam istuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus in-terim oratione, quandoquidem id tuto licet: tametsi ad-solam mentione inborrescit animus. Tûne, inquam, os-cio filio, relitto sene uiuo, tyrannicide premium pete-re? An potius nec ipse supercesses, qui possis petere: nec esset resp[on]s[u]m dare posset? Nam tu aut exquisitis supo-glicijs exanimareris, aut in extremis Orcadis exul das

Nitesceres: nos pro tyranno iam immanissimum carnificem patremur: Et tuum caput ubi nunc; terrarum latitares, diris imprecationibus deuoueremus, qui nos tua incogititia, uel precipiti magis lucri cupiditate instantiam malorum tempestatem coniecisses. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio: duos igitur bac ciuitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitauit, quin tyranni uocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fando auditum est, duos una in ciuitate sedisse tyrannos? id quod magis etiam natura reputavit, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem aluearibus duose reges pariter non frument. In armentis taurus tauru cedere cogitur. In iisdem lustris non connue nit duobus inter se leonibus: Et tyrannus (quo nullum animal effratus) parem in eadem urbe patitur: Non uides necessario fieri, ut e duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse manus in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. premium postulas? Tyranni partes adiuuisti, non Reip. Sin patri ceperit: quid tandem illum uocare potes, nisi tyranni uel prefectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione deriuares, quam multa tu quidem non ex re, sed pro causa tua commoditate cominiscebaris? Ceterum quid in
 bis

304 DECLAMATIO ERASMICA

bis configendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam senem iam etate mitem, et qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, que natura acerba tempore mitescunt, et in aliis abeunt succum. Porro iuuenem ferocem, illo insolum gerentem tyrannidem, iamque patri uino succendentem. Priuatus paterfamilias non fert filium se uino successorem: et tu uis istuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum est liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: et tyrannus se ueluti abdicans imperio, negotium omne in adolescentem reiecerat? Non dubito, quin et ipse uideris, quam dura sint ista, et quam a communisensu abhorrentia. Verum quid faceres, nisi tales personae induxisses, cxitum inuenire tragedia tua non poterat? Quaeso te, an unquam auditum est tyrannum etate mitescere? Quando tu desines ea que sunt priuatorum, que bonorum principum, tyrannis tribueres? Ut eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita etiam plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut uinis nonnullis acorem concitat: itidem tyrannus non adimit sauitiam etas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenij tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, que quo magis serfescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent etatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus in genijs

genijs fortasse nonnulla uitia senecta uel detrahit, uel
certe mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit. At
tyrannorū mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis,
scelere & immanitate imbutis atq; educatis, præter ut
tiorum omnium incrementum adferre senecta quid po
test? Nisi forte libidinē adimit? Quanquam ista tyran
nidis quantula tandem est portio? Scd esto fuerit sane
propter etatem ad uoluptates segmior, uerum erat fa
stidiosior: unde fit, ut imbecillior sit ad coitum, ad rap
tam axidior. Fortasse pauciores huic execabātur cōphe
bi, sed insigniores. Pauciores producebantur uirgines,
sed exquisitiores. Q[uo]d nō autem & plures? uidelicet
quo senile fastidiū optione, & uarietate uinceret. Hoc
ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobi
liores sunt, quo fortuna præstatiōres habēt liberos, hoc
magis cīs à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant.
An tu putas unā cū uiribus senescere libidinem? Mul
to secus habet. Imò quantum etas improborum homi
num facultati detrahit, tantū adjicit cupiditati. Quan
quam tyrannicum animum his in rebus non tam uolu
ptatis usus capit, quam nostra delectat contumelia. Ut
frigeat in sene tyranno Venus, certe feruet uigetq; ma
litia, seuitia, nocendi libido. Postremo totum illud ui
tiorum agmen, quæ propria tyrannorum sunt, cupidis
tas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracun
dia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, cru
delitas, implacabilitas, immanitas, periurium, (Quid an

tem oportet omnia commemorare nobis omnibus scis
 nimium nota? horum inquam nullū non etate fit acer-
 bius, propterea quod iuventa nonnunquam naturæ bo-
 nitate uincitur: præterea quedam mala nondum didi-
 cit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si
 quid melioris ingenij à natura insitū est, id omne mul-
 to ac diuturno flagitorum usu penitus exuit, & pror-
 sum in inumanissimam quandam feram abiit. Id ita eue-
 nisse, judices, in execratisimo illo sene, quid ego coner-
 argumentis docere, quem suacuique memoria abunde sa-
 tis exemplum suppeditet? Quod si iuuenis se se gerebat
 insolentius, uidelicet patris abutens imperio: num tu
 hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eas-
 dem tyrannide sexcentos tyrannos facile reddideris.
 Nam quis est omnino in tyranni familia, uel extremum
 mancipium, qui non ipse penè tyranno sit ferocior, uio-
 lenior, sceleratior? Filius, inquit, emolumentis imperij
 potiebatur: patri præter nomen nihil cessit. Quasi uer-
 ro non sit istuc omni tyrannidi commune. Longe minis-
 ma fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsi-
 sum redunt tyramnum. Quemadmodum in latrocinitate
 fieri consuevit: præda cōmuniter in omnes distribui-
 tur, uel in eos potius quoru opera capiuntur. Alioqui
 non cohæredit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quis
 quis fuerit, plus etiam permittat suis, quam sibi ipsi. Sor-
 lum nomē sibi proprie uendicat. Et in nullos est tyran-
 aus indulgentior, quam in scelerum ministros: quippe
 quorū

quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub unius umbra satelles omnis, omnis minister, familiares, ieno, Tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridicule fecero, si hoc quoque concr argumentatione probare, judices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi forte tam diutine calamitatis memoriam, tam pauculi dies obliterauerunt. Neque enim esset res usque adeo misera tyrannis, si unius modo foret toleranda violentia, Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenae, feris quam hominibus similliores? Neque defunt, qui se simulcent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse, quo nimirum hoc nomine meritantur a ciuibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, et pro quolibet occiso tyrannicide primum petes? Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater etate fessus, omnem dominatum in filium transstulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id iuuenis violentia committebatur. Sed istuc quantum absit ab imagine ueri, quis tam cæcus, ut non videat? quis tam obliuiosus, ut non possit experimento reflectere? Ego tibi complures nominare satellites possim filio insolentiores. Ad hæc, uerissimum est nullius insolentiam minus approbasse senem quam filij, uel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyranus, uel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus inuidiae, odijque sibi conflari (Callidissimi autem tyranni est, eatus legitimum imitari regnum, quatenus

obtineri tyrannis posse) uel quod pater etiam pessimus, tamen liberorum nonnihil offenditur uitijs, & ad crudelitatis ministeria alienis quam suis uti manuit. Quod si clam patre rapinas, raptus, atq; id genus facinora designabat filius, profecto non tyrannū agebat, sed insolentem satellitem. Sin approbante patre, quas siq; per illum exerceente tyrannidem, utri tandem parerat imputari commissa, huic per quem grecabantur, an ei cuius autoritate arbitrioq; fiebant? Nō arbitror obscurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent uertare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi quidem neq; pueros emasculant, neq; uirgines abripiunt, neq; prescribunt, neq; bona diripiunt, neq; pba na diffoliant, neq; hereditatibus manum injiciunt, neq; compilant ararium, neq; tormentis excruciant, neque quenquam iugulant, neq; armis uicos expugnant: neq; incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In unum tamen tyrannici nominis inuidia competit, in unum occidendum lex praeium instituit, in unum stringendi ferri ius facit, illos sue cognitioni rescruat. Quorum ut quisq; sua opera tyranno profuit, ita aliud atq; aliud uocabulum imponi potest, certe tyranni uocabulum nemini congruit, nisi unde illi, sub cuius ueluti clypeo, tota illa perniciofissimorum hominum colluices latitat. Arbitror uobis, judices, per numero auditū esse, id quod eleganter à doctissimis viris est scriptum, tyrannis nō longas modo, uerum eti-

am plurimas esse manus plurimos oculos, eosq; acerri
mos: plurimas aures, easq; longissimas. Omnino prodigiosum quoddam est animal tyrannus, multoq; Tytar
nibus illis Briareo & Encelado portentosius, centenis
capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibus,
que. Quot enim habet scelerum ministros, totidem ha-
bere membra uidetur. Atq; ut ex membris corpus, ita
tyrannis ex buiūmodi constat ministris. Verum ut il-
lud quod corpus appellatur nihil est aliud, quam quid-
dam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyranni
de unum quippiam est, quod neq; pes sit, neque manus,
nec ullum aliud membrum, contineat autem uniuersa-
at ita contineat, ut ab ijs possit separari, idq; tyrannus
uocatur. Proinde exaggra quantumlibet iuuenis info-
lentiam, violentiamq;, prefectum arcis uoces licet,
oculum nomines licet, aut si manus dextram: aut si ne
id quidem facis, precipuum tyranni caput dicas lice-
bit: Tyrannum certe uocare nequaquam potes. Vnum
enim illud portentum tyranni nomine censet, cuius au-
toritate tituloq; cuncta hæc membra uelut animantur:
idq; unum forti ciui permittit occidere. Non uult te in
oculū aliquem inuolare: non finit ut caput aliquod am-
putes, ne tale quiddam euemiat, quod de Lernæa hydra
fabulantur poetæ, ut pro uno capite refecto, duo pesti-
lentiora subnascantur: pro uno excusso oculo, plures
acriores succedat: pro una rescissa dextera, multæ ro-
bustiores subpullulat: unius uite te dominū, arbitrum,

310 DECLAMATIO ERASMICA

que constituit, qui sibi sit ausus tyranni vindicare non
men: quo sublato futurum sit ut membra reliqua quasi
destituta spiritu, emoriantur, aut certe sanentur. At qd
ego tecum iam accuratis argumentationibus ago? Pos
sum illico tuis te uerbis reuincere, ac ueluti tuo te la
queo capere. Inuenem paulo ante magnum patris fa
tellitem nominabis. Non inficiabere. Rursum alio loco
dicebas omnem tyrannidem occupasse filium: solius ap
pellationis bonorum cessisse. Qui conuenit eundem et
satellitem, et tyrannū appellari? Tum si cessit, non igi
tur usurpauit tyranni nomen. Contractus autē uerbis
aut rati sunt, aut resceduntur. Lex hac tecum formula
contraxit: si quis tyrannum occiderit, premium ferat.
Quid tu mibi iuuenis flagitia cōmemora? Id te lex uo
luit occidere, quodcunq; illud esset animal, quod tyran
nus diceretur. Magnum (ut ipse fateris) satellitem occi
disti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem,
inquis, legis sequutus sum, non syllabus: eum interfeci,
qui caput erat tyrannidis, paratus hæres paterni do
minatus: libertatem peperi, scrututem sustuli: hoc lex
sensit, huius rei auctori premium p̄fstituit. Satellitem,
inquam, occidisti, nihil moror quantū, quam grauem,
quam ferocem, quam scelerum: satellitem tamen occi
disti tyrannidis, non caput: aut si caput, unum ē plurim
bus. Sed hac omnia tibi ex animi sententia largiamur:
sucrit sancte res tota tyrannidis filius: pater nihil nisi uo
cabulum quoddam invane tyranni: quemadmodum in fa
bulis

bulis habetur, Echo nymphā, nihil aliud quām meram
 quandam fuisse uocem sine corpore. Qui tibi licuit in
 re tanta, à uerbis legis discedere? præsertim ita diluci-
 dis, ut perspicuum magis nihil esse posse, & commen-
 titiam interpretationem domi tuæ natam in iudicium
 adferre? Ego iudices, nullum in Rem publicam exem-
 plum perniciosius induci posse iudico, quām si consue-
 scant homines calumniosi à præscripto legum recede-
 re: & interpretamento, quod ad prætexendum facinus
 quisq; suum maxime idoneum comminisci queat, id iu-
 dicibus obijcere. Quis autem unquam meminit de le-
 gis sententia queri solere, nisi quum in scripto quid-
 dam apparet ambigue, obscure dictum: aut quum
 ex uerbis & cuncta absurditas quæpiam extitit, eaq;
 manifesta? In priore non cuiusvis commentum, sed iu-
 ris prudentium responfa, sed iudicium sententia recipi
 solet. In hoc posteriore, necessitas ipsa compellit ali-
 quantisper à legis uocibus deflectere: & equitatem
 iuris potius, quām uerba spectare. Duplex itaque peri-
 culum uidetis iudices: alterum ne superstitiosa cauilla-
 tione literarum legis ab eo quod lex spectauit abduca-
 mur: alterum ne passim à præscripto discedendo, leges
 omnes & iudiciorum religionem subuertamus. Quo-
 rum illud quidem multo leuius est: propterea quod uix
 tanquam accidat, ut legislator obscure quid uoluerit,
 explicuerit: aut absurdum quiddam exoriatur. Hoc
 multo periculofissimum, perniciosissimumq;. Etenim

312 DECLAMATIO ERASMICA

quæ tandem lex futura est, quā uersus calumnias, quo paenam effugiat, non facile posse aliquo commen-
to subuertere? Neq; quisq; nō elabetur ē iudicio uestro
nocens, nisi qui sit usquacadeo nullius ingenij, ut ne fruo
lam quidem aliquam commentatiunculam queat inue-
nire. Atq; ut cuiq; commodum erit, aut animi libido fer-
ret: ita profene iuuenem, pro Tyranno satellitem, pro
homicidio Tyrannicidium: & passim aliud pro alio in-
terpretabitur. Vesta interim iudices religio, uestrum
īusurandam, qua tandem ratione scrubabitur: quibus ne-
bil futurū est certi, quod in cognoscendo sequamini: ue-
rum ambiguas, diuersasq; litigatorū cōiecturas spectar-
re necessum erit? Ergo quū in omni causa maximopos-
re cauendū est, ne sine gravissima ratione à legis pre-
scripto discedatur: tū in hac non periculosum modo, ue-
rum etiā absurdissimū: quū legis uerbis nibil posse esse
dilucidius: sentētia nihil equis: interpretamēto quod
præter legis mentē inducitur, nihil pestilentius. An cōc-
dimus legis buius autorē usquacadeo infantem, & uer-
borum inopem fuisse, ut dicere nō potuerit: qui quouis
modo Tyrannidem sustulerit, huic premiū est, si modo
istbuc sensisset? Neq; uero fugit illum, totam tyrannidē
per satellites & prefectos exerceri solere, permultosq;
que in his esse uel Tyrannis ipsis sceleratores: atq; ut
ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino supplicio
digniores: nisi & omnium omnia ministrorum sceleres
Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc
nomine

nomine censetur, tibi ferro grassandi facultas data est.
 In reliquos non tibi permittitur idem: nā quod illos uita dignos iudicet lex, sed quod unius cæde totā tyrannidem tolli uelit, non multorum cæde reddi duriorem.
 Tuū erat legi simpliciter parere: neq; eius uerba quas si plumbeam quandam regulam ad tuum facinus acommodare, ueram ad illius prescriptum factorū tuorum rationem instituere. Presertim in hoc exemplo, quo non aliud potest admitti pestilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quē uelis interficiendi tibi pro tua libidine licentiā sumas. Non illud hic spectandum, iudices, quām iniuis Recipub. sit, qui occisus est, quām maiore etiam suppicio dignus: uerum id etiam atq; etiam perpendere oportet, exemplum præter leges iugulandi homines, semel in ciuitatem receptum, semel uestris sententijs approbatū, deniq; præmio compensatum, quo tandem licentiae sit processurum. Quod sit e sibi in tyranni filiū licere uoluit, hoc aliis sibi uulet in ditissimum quenq; ciuium licere. Quisquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum cum appellabit, & ueneno aut ferro adorietur. Postremo si cui magistratus non placebit, si cui iudex erit iniuis, non dubitabit ē medio tollere. Porro ad facinoris defensionem, Sophistam quempiam aut sycophantam consulit (si ipse ingenio stupidiore fuerit) & nouam legis interpretationem uobis adducet: dicet nil aliud sensisse legislatorem, quām ut huiusmodi ciuium

314 DECLAMATIO ERASMICA

genus non nomine, sed re tyrannidem agentiū, ferro, igni, ueneno tollatur ē medio. Atq; ita breui futurum est, ut quod in uno factū semel et probauimus, et gaudisi sumus: id in multis saepius et dolcamus, et improbemus. Credite mibi, nō mediocre discrimen, neq; concienter accipiendum, ut titulo reperto, priuatus hominem indemnatum interficiat. Id ita esse facile liquerbit, si quidem animaduertimus, nihil omnium esse, quod lex parcus, circunspectiusq; permisit. Etenim (si memini) tribus duntaxat temporibus lex indulxit, ut quis citra indicium hominem occidat. Primum adulterum, sed in uxore deprehensum: id quod intemperanti et insuperabili mariti dolori donatum est. At ita si corpus utrumq; pariter interimat, si argumentis idoneis deprehensum fuisse doceat. Deinde in ui depellēda. At ita si demonstres te morte effugere nequissime, nisi mortem intulisses: id lex ita interpretatur, quasi se se tueri potius sit istibuc, quam alium occidere. Vt erg; tamen facti sui rationem reddere compellitur, statim se se prodere, nec expectare donec in ius trahatur: atq; (ut ita dieam) ultro scmet reum facere cogitur. Quod si omnia constabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, ut uenia, non laude dignus esse uideatur. Postremo in tyrannicidio: ubi propter periculi suscepti magnitudinem lex præmiū quoq; proponit: at ita si cum quem eibi lex isto uelut insigni tyrānici nominis denotauit, fortiter occideris: non si scelestū alio sceleris sustuleris:

neq;

neq; patitur te ius occidendi permisum , latius q̄ ad
unicū tyranni caput trahere, nisi si quis obſtitat, ut per
illius necē tibi neceſſe ſit ad illū penetrare . Iamq; hoc
factū tuū ſecunda illa ratione defenditur . Huic tertio
generi fortaffe proxima uideatur hostē in bello ferien
di facultas: quā tuae tamen libidini lex nō permifit . Niſi
ſi palām hostis ſit declaratus , niſi in imperatoris uer/
ba iuraris, niſi ille aciē eduxerit , niſi ſigna canere iuf/
ferit, tibi fraudi futurū eſt, hostē interfeciffe . Tu dictu/
rus es: Hostem occidi, nam plus q̄ hostilia faciebat, no/
men hostis tantū aberat, re hostē agebat . Lex reſpon/
debit, ſuarū partiū fuſſe, hostē declarare, ac tuo for/
taſſe ſcelere fruetur: uerū ne ſerpat exemplū, pœna de/
te ſumet . Quid aut̄ aliud ab te factū eſt? Vnū tibi lex
nominatiū deſignauerat: tu illius uocabulū tuapte au/
toritate in aliū transfers, qd' niſi in unū nō potest come/
petere: neq; traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne
tibi fas ſit aliquādo quē uoles magistratū, quē uoles iu/
dicem, quē uoles ciuem, tyrannū appellare . Neq; uero
ſine grauiſſimiſ causis lex tot uinculis aſtrinxit banc
in uitam: alterius licentiam . Perpendit nihil maius eri/
pi cuiquam poſſe, quam uitam: uidit in extinctū facile
uarias cauſas conſingi etiā impune poſſe, quandoquidē
ille non ſit refutaturus, qui iacet . Vdit q̄ multis titu/
lis ſuū quifq; dolorē poſſet prætexere, ſi post occiſum
hominem uilla cauſa recipiatur, præter eas que legi/
bus ſint expreſſæ . Quid quod grauatiū ſibi quoq; lex
permiſſus

316 DECLAMATIO ERASMICA

permisisse uidetur, ut homini uitam eripiatur: quam comperta, quam multa requirit argumenta, quae multa concedit reo, quem maligne agit cum actore, quem non nisi suo periculo uult accusare: quantum spacij largitur ei qui defertur: quam liberam iudicium rejectionem.

Quantum igitur à mente legis abesse putas, ut cuiuslibet permitat, uel pro suo priuato dolore, uel domestica iuris interpretatione, hoc est, subuersione, in cuiusquam uitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum crimini aceruum exaggeres, quantumuis etiam uerorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorum, ueneficum interfeci. Tyrannū lex iubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorq; ciuitati. Ad istam multa crima lex tibi uerbo respondebit. Nihil moror quam fecerit scelerosus, qui periret: in unum tyranum tibi ius feceram occidendi, in reliquos in iustabendi. Si detulisses: auditus, recuictus, damnatus à me palam poenas dedisset, omniq; Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu priuata libidine interficens, pro saluberrimo exemplo, perniciosissimum in ciuitatem induxisti, ex legum instauracionem, à legis uiolatione auspicias: hoc est, malis malo mederi stades. An me clamare esce putas, quam multi sint in hac turba uita indigni, morte dignissimi? At eos mea cognitioni, non tuis manibus seruo: sunt foras, sunt tribunalia, sunt iudices, sunt carceres, secures, carnifices. Quare tu mihi praere co-

maris

naris? quur nullo mandante magistratum occupas? Et
 dum tyrannicida uideri uis, tyrannum imitaris? Nam
 quo alio nomine tantopere mibi est iniuisus ille, nisi
 quod mibi parere recusat, et preire conatur? Ei de/
 rum ferrum tractare licebit, cuius manibus ego per-
 misero. Si iuuenem occidisses, quod non alia patuisse
 ad tyrannum uia, darem ueniam neceſſitati: nunc occi-
 disti, non obſtinentem, non auxilium ferentem patri,
 Sed patris opem implorantem. Huius unius cede con-
 tenuis diſcessisti, tyrannū nec impetisti, in quem unum
 tibi ius feceram. Meum erat expendere, utrum ex uſu
 Reip. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illū ex-
 quisitoribus excruciatum supplicijs, exemplum omni-
 bus edere. Neq; hec dico iudices, quasi parum gaudes-
 am pariter cum patre sublatum filium: utinam eadem
 opera simul omnes ſint oppreſsi, quibuscumq; tyrañus
 placet. Sed quis prohibet, simul et gaudere, quod adeo
 rum bonitas nobis hanc rem bene uerterit, et tamen
 non committere, ut huius temeritas, si iudicio compro-
 betur, in legem atq; in exemplum trahatur? Nec de iu-
 uenis iniuria uindicanda nunc agitur, sed de legis uios
 late maiestate. Non enim par est, ut cuiquam persone
 preter ius extinti odium inſcelere ſuffragetur. Neq;
 tam ſpectandum in quem commiſſum fit facinus, quam
 quo exemplo commiſſum. Alioqui quur non eadē ope-
 ra fas fit in tyrañi nc̄potes, pallacas, pucros, uxores,
 liberos, lenones graſſari? Bonam tyrañidis partem

uxor sapientumero suggestit. Ad summā immanitatem
nonnunquā libertus aliquis, aut uernula instigat: quia
non est bos iugular, si tibi ius est estimatione priuata
meritorum ciuem iugulare? Quid quod est aliquid ty-
ranno nocentius, in quod tamen bādquam tibi ius
sit occidendi. Finge esse qui totam hāc urbem, templa,
domos, curiam conatus sit incendere, imò qui iam com-
pluribus locis ignē subiecerit, sed incendiū subito ex-
orto imbrī restinctum: autorēm non obscurum, uerum
abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manus
tua trucidā. Num lex tuū factū approbabit? Non opis-
tor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto
nimirum, quanto est atrocius ciuitatem sc̄mel funditus
cuertere, quām expilare: cines uniuersos uno igni finis-
re, q̄ in pauca quādā sc̄uire capita. Et tamen in unius
tyrannū stringendi ferri potestas priuatim permitti-
tur. Illū descrendi modo ius habes. Hic in re tam apte-
ta legis mentē calūniari, & nouo interpretamento tu-
um facinus palliare: quid tandem aliud est, quām legum
autoritatem cuertere, atq; id per cuniculos quosdams
agere, quod tyrannus palām ac ui facere consuevit? In
recipienda lege fas est populo causam, & equitatemq; le-
gis excutere. Ceterum recepta, & longo iam usu com-
probata, simpliciter oportet obtemperare. Neq; enim
existimandum est maiores illos nostros, viros sine con-
trouersia sapientissimos, ita sine grauiſſimis rationis
bus instituisse, ut priuatim interficiendi tyranni fa-
cultas

cultus unico capite finiretur. Primum adiugulandi licentiam, fenestram aperiendam ciuibis non putauerunt: deinde perspiciebant Tyrannidem fatale quodam esse Reip. malū, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi Tyranni ipsius cede. Quo submoto, uidelicet qui legis bus imperabat, non parcerat, iam nihil opus esse priuata audacia, nimirum illis in Reipub. administratione vindicatis. Quod si Tyrannus in ius uocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dexteræ arbitrio permisisset. Vir debant & illud: Tyrannidem nonnullam habere monarchiae legitime speciem: hoc tantum intresse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in Tyrannide omnia unius libidini subiecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, Tyrannus priuatim suam: unde publicitus expedit, ut Tyranno ueluti principi legitimo ciuitas paret, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum autoritatem in pristinum statum restituat, atq; id unius (si fieri potest) capitio iactura. Nam bac moderatione in fatalibus illis pestibus, quæ totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudenteria consuevit uti: ut exemplo magis, quam admisisti talione morbo medeatur: ne dum ciuitatem sanare studet, magna ciuitatis partē interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis nō nisi in ipsos autores consuevit animaduerti, reliquis quos tempestas illa cōmouerat, dari uenia: aut nix etiā dari uenia, qui in publico

Reip.

Recipit tumultu quietem egissent. Quae potest autem per
 stis esse fatalior, quam Tyrannis? Quae scese latius in
 ciuitatis membra diffundit? Quota queque urbis pars
 ab hoc uicio syncera potest esse? Omitto iam quicquid
 est ambitiosorum, ete alieno obstrictorum, scelere con-
 taminatorum, barbarorum (nam hec tota sentina hos
 minum Tyrannide gaudet, ut in qua nullis maiora, q
 sceleratis sint premia) bonos etiam ciues hoc malum
 inuoluit, dum uel timent fortunis suis, uel rectum iudi-
 cant scruire tempori. In hoc itaque rerum statu leges
 non extinctae, sed oppresae modo, cautim et circum-
 spicienter agunt, intelligunt hoc bulcus citra summam
 ciuitatis perniciem exasperari non posse, unius capitis
 dispendio commode sanari posse. Quare docto cuiuspi-
 am medico præmium ostendunt, digito demonstrant,
 quod membrum secari uelint, quibus abstineri. Caput
 indicarunt ille, tu dextram secuisti. Ille Tyrannum,
 tu tyranni satellitem occidisti. Quo præmio dignus?
 Nempe eo, quo qui morbo inscite exagitato, totum bo-
 minem in extremum uitæ discrimen adducat, quo qui
 hominem legibus uictantibus occidat. Neque ego nunc
 te cædis reum ago, aget alius fortassis, cuicunque lubitu
 erit: uerum illud modo consilium fuit, ostendere tibi q
 insignitæ sit impudentiæ in ea causa, tam eximiam tibi
 uendicare laudem, tam egregia poscere premia, in qua
 nequeas obtinere, si modo tecum exactius ac severius
 agatur, ut graueis poenas effugias. In nunc et curiosum
 me voca

me uocat qui tam cādide, tamq; ciuiliter tecum agam: ut quum te possum in graue discrimen uocare, sat habeam legis & Reip. causam defendere, ne circumuenta præmium dare cogatur ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non iudicibus modo (quibus isthuc iam dum liquere puto) uerum tibi etiam ipsi cupio persuaderem: & facturū me confido, si modo tantisper animū possis attendere. Vix igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos summatim totam causam ob oculos reuocemus: difficiamusq; quām multa tuo in facto desiderentur ad id, ut legi satisficeris: & quantum tu sis hallucinatus, quum multa dices etiam superesse: Tria quædam requirit lex, & ita requirit, ut si quodlibet horum desit, aut pœnam te, aut certe nihil gratia debere se credat, Quorum ego non unum aliquod, sed unumquodq; deesse docebo. Quod si facio, utrum a quo animo cedes premio, an impudenter petere persistes: Ergo rem accipe. Nisi tria hæc tibi constiterint, non est quod Tyrannicidæ præmium petas: Animus, uia, & effectus. Animus duo quædam cōpletebitur, uel quid speraris, uel quid proposueris. Nam si Tyrannum per imprudentiam occidisses, si præter propositū, non magis profecto præmium tibi debeatur, quām si quis Tyranno amicissimus idem fecisset, nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propositi in arcem attuleris, ipse uideris: ita demum legi persuasum erit, te uoluisse occidere tyrannum, si occideris. Non occidisti, atq; id eti-

am quum tibi in manu fuerit (ut ais) si libuisset interficere. Lex negat sua referre, utrum tyrannicidij propositorum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Iam quid speraris excutiamus. Quanquam iste buce leges non ita ualde curiosc pensiculantur: sed tamen iam ab soluto facinore partes omneis constare oportet. Quid enim si Tyrannū interfecisses, quo Tyrannidem ipse occupares, utrum præmium sperares? an supplicium metueres? Quid si quo priuatū animi tui dolorem ulcisceris, Tyrannum occidisses, atq; id esset palam, num præmium audires poscere? Quid, si latrones Tyrannum forte fortuna obuium obtruncassent, num ad hunc honorē aspirarent? Quid si quis Tyranno priuatum infensus, magna te pecunia conduxisset, quo ei Tyranno uenenum dares, dedissesq; num quæso, tyrannicide præmium postulares? Ego hic tecū non ago conjecturis: nihil dico in uitam tuam, que quidem obscurior est, quam ut tu alioqui tam gloriosus quicquam de ea ausus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui Tyrannū quum tuto licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui cum occiderit, cuius mors extremum exitiū Reip. uideretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut priuatum dolorem ulcisci noluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum suum sequutus est Reip. periculo, non suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremo non potest nisi gloria ieiunio adductus uideri, qui tam insolēter se eas

Etat

Etat. Non potest non uideri lucrū sequutus, qui tam improbe præmium flagitat. An non uides igitur quanto pere hac parte à tota legis mente dissentias? quem illa tue uite periculosa causa uoluit occidere, cum tu nō solū uolens præteristi, uerum etiam periculose in Remp. irritasti: quem sua causa noluit occidi, cum tu maximo nostro periculo tui compendij, aut animi fortasse gratia iugulasti. Sed finge te animū Tyrannicida dignum ad facinus attulisse, lucri perinde ut uite contemptorem, magni tamen refert, qua ratione Tyrannidē tolere aggrediaris. Nam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo aliis tibi cōcessurus est. Te in filio iugulasse patrē, in non tyranno Tyrannam. Largior isthuc Delium aliquem tibi prædictissime, ut certum prescire potueris, quod ipse etiam uix diuinare Delius potuerit. Licuisse tibi patrem occidere, si libuisset, uerum hoc paucæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sancè Tyrannidem, idq; noua quadam ex iusitata ratione. Vides quām multa tibi dono. Tamen obfistam tibi, nec sinam ferre præmiū, propterea quod ea uia sustuleris, quæ legi non probatur, quæ non expedit moribus ciuitatis, quæ non sit forti uiro digna. Age quid si Tyranni filium infantem in cunis iugulasses, ex rursum adsuisset Delius ille, per quē certum prescire posset, fore ut necato puero pater sibi mortem accenseret, atq; id euenisset, utrum te tanquam Tyrannicidā suspiceret Rep. an potius tanquā immanem

& scum bominem execraretur, qui in eam saeueris
 etatem, cui etiam ab hoste armato parcitur, quæ leoni
 bus etiam miserada uideatur? Quid ergo? Utetur tuo
 maleficio Resp. ceterum exemplum hanc quaquam pro
 babit. Quid si tyranni uxorem, quam ille misere dea/
 maret, per vim constuprasses, atq; ille cius impatiens
 contumelia, fugerit è vita: utrum Tyranicidij laudem
 flagitabis, an raptus & adulterij supplicium potius for/
 midabis? Res obscura non est, Conferam tuo facto pro/
 piora. Quid si Tyrani medicus quū esses, ueneno & gro/
 tanti dato, illum sustulisses, utrum ut ueneficum oderit
 te Resp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannus
 sublatum gaudebit, facti rationem, modumq; detestabis/
 tur. Quid si quum te Tyrannus familiariter ueteretur,
 tu in coniuio pretextu neccitudinis uenenum porri/
 geres? Deniq; si per magicas imagines, ac maleficas
 quasdam deuotiones Tyrano uitam ademisses: utrum
 à lege præmium, an poenā expectares? Atqui Tyrannus
 idem utcunq; sustulisti. Euentu gaudet lex. Vcrū ex/
 emplum tam perniciosum in Remp. non recipit: ut con/
 fuscant ciues scelus ulcisci scelerē, patrē in filio iugul/
 arc. Vides quantum momenti sit in modo, viaq;, ut far/
 sum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat,
 non statim permittit, ut id via qualibet efficiat. Adulte/
 rum ferro occidere licet: ueneno aut incantamētis non
 licet. Quir ita? Quia pestilens exemplū omnino tra/
 stare uenena. Nec iudicula causa quantumvis honesta,
 sinit

finis in ciuitatem irreperere. Quid quod ne hostem quis
dem ueneno, aut malis artibus interficere fas est? Nam
nusquam nō improbat maleficia lex: et ueneno tincta
tela etiam in bellis interdicta sunt. Quod si modus facti
spectatur in his, in quibus nullū petitur præmiū, qua-
to magis id fieri in his, in quibus summum petitur. Lex
triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum
fuderit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis et pabulo
ueneno tintatis. Utrum ciues hunc et quis oculis spectar-
re poterūt triumphantem, an potius sicuti ueneficum
oderint, auersabuntur, execrabuntur? Quid quod pri-
uatis etiam in rebus aīa, modusq; perpenditur: quo ma-
gis idem oportebit, tum in publico, tum in splendidiſſi-
mo facinore, ut à quo conuiciat omnem sceleris suffi-
cionem abesse? Age illud tecum reputa, si medico mer-
cedem pactus esſes, quo te morbo leuaret, atq; ille non
pharmacis, sed maleficis et incantamentis morbum
exemisset, utrum præmium dabis, an magis hominem
in ius tristes et iniuriae malis artibus date reum ages?
Clamabit ille, morbo te leuavi, qua uia quid isthuc tua
refert? Hoc tantū spectabas, ut morbo liber esſes, ei rei
merces est promissa. Ingratum te uocabit, qui nisi sua
opera, ne esſes quidem, qui præmiū negare posſes. Tu
protinus respondebis, opinor, medico te præmium esse
pollicitum, non mago, neq; debere quicquam, nisi rem
malam ei, qui beneficium male dederit. Quanquā ne
dediſſe quidem uidetur, qui malum malo tollit. Id enim

326 DECLAMATIO ERASMICA
mutare est incommode, non amouere. Dices enim animo nocitum, dum corpori subuenitur. Atq; istam licet uincere, etiam iniquo iudice. At qui cadet, aut melior erit, et uincibilior est tecum causa legi, quam que tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi de priuata mercerula disceptaretur, hic de publico honore. Ibi falso est unus, hic legi frans facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam ciuium circumuiciatur. Ibi salus data, certa quidem ex efficaci, sed suspecta et improbata via: hic nefario scelere (quarum enim non sic appellatur homicidium, quod in ciuem contra legem admisum sit?) non libertas restituta, sed in extremum discrimen adducta Resp. quandoquidem tuum factum perinde habet, ac si medicus quispiam ad curam mercede conductus, uenenum pro remedio ministret: quod tamen agrotanti (ita ut non raro consuevit accidere) per occasionem morbum adi mat. Qui reuolutus, suis fatigis acceptum feret quod uiuat, tibi mortem, tametsi uitarit, imputabit. Neq; sua reverte putabit, utrum imperitia, an perperam, ac studiose pro pharmando uenenum porrezeris: propterea quod tui fuerat officij, aut non suscipere negocium, aut fidem simul, et artem, et industriam, ac diligentiam, et quicquid a probato artifice solet requiri, ad curam adserere. Sed age sinimus adhuc possidere te, quod dudu sumus largiti: ut planè ista via Tyrannū occideris, citra ullum Recip. discrimen. Lex non approbabit facinus tu um: nisi non tantum à crimine, uerum etiam ab omni criminis

minis specie procul abs fuerit: ne uidelicet ea quæ in hoc
potissimum adhibita est in ciuitatem, ut maleficium omni-
ne secludat, in columnitatem suam quam conueniebat,
aut Deo cuiquam, aut certe Diis simillimo homini accep-
tam referri, sceleri debere dicatur. Non approba-
bit, inquam, nisi Tyrannū ipsum quem nominatim ins-
dicauit ipsa, quaq; permittit via sustuleris: ne per rimā
istam periculosem exemplū in Remp. irrepas. Postre-
mo nisi ferro, non clancularijs ac maleficiis artibus: ni-
si virtute, nisi manu, nisi uitæ tue manifesto contem-
ptu Tyrannum trucidaris. Neq; enim hoc tantum spe-
stat lex, ut Tyrannus in præsens submoveatur: uerum
illud multo magis respicit: ut omnes mortales intelli-
gant in ea ciuitate viros esse fortes, qui non uercantur
uite sue diffendio patriæ cōmodis consulere: ac præ-
clari exemplo facinoris, omnes etiam in posterum ab
affectione Tyrannidis deterreantur: cum uideant in
ea ciuitate nullum esse Tyrannis satis tutum præsidium:
quandoquidem illud nemo nescit, qui uitæ sue sit con-
temptor, cum esse alienæ uitæ dominū. Nam quod omni-
no satellitium, quæ excubie, qui parietes, quæ arx,
quæ arma aduersus huiusmodi animū Tyranni caput
defendant: qui patriæ libertatem sua vita bene credat
emi? Postremo autem: ut maxime tibi constet animus,
ut cōstet uia, id quod est totius negotij caput, non effe-
cisti. Tantū enim abes ut Tyrannū occideris: ut quan-
tum in te fuit, Tyrannidē maiorem in modū auxeris,

interfecto tyranni filio. Quid autē refert, malitia, an
stultitia Rēmp. in discrimē adduxeris? Nam illo quod
uulgo dicunt nibil uerius, Intempestiuam benuolē-
tiam nibil à similitate differre. Tantum abest ut occide-
ris Tyrannum: ut ne sufficari quidē potueris id euens
turum, ut ipse semet occideret. Sed iuuenem occidisti
patre insolentiorem: quid tum postea? si patri & bu-
ius scelera lex imputat? Magnū proinde Tyranni fa-
tellitem, non Tyrannum occidisti. Sed paratum Ty-
rannidis hæredem occidisti; in Tyrannidem succedit,
qui prior, qui potior est in occupando. Verus esto sa-
nè, certū hæredem sustuleris: igitur qui Tyrannus erat
futurus, interemisti. At qui quod futurum est, id nondū
est. Porro lex cum qui iam Tyrannus sit, tolli iubet;
non quem aliquando futurum diuinis. An qui statuam
ex pacto debeat, & rudem truncum præstiterit, fidem
persoluisse uideatur? Non arbitrabor. Vbi nunc igitur
sunt illa tam multa, que tibi ad premiū postulandum
supererant? Vides quām ne unum quidem omnium tū-
bi constet, quorū nihil oportebat dcessere. Volui, inquis:
id demum uoluisse te lex credit, quod effeccris. Postea
ē re nata propositum est cōmutatum. Hoc igitur pre-
mij tibi debetur, quod ei, qui in Olympijs medio ē cur-
su, exlicta meta, ad carceres reflectit habenas. At peris-
clitus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui fuda-
uit in Olympijs, nec uicit. Sed occidisti deniq;: uerum
eum, quem neg; lex permittebat arbitrio tuo, neg; ex-
us

usu publico fuerat occidi. At bene uertit ciuitati quod fecisti. Numini igitur gratia debetur, tali, quam Pala-
ladem Atticis fuisse ferunt: de qua prouerbium extat,
quod Atheniensium male consulta, in bonum exitum
uertere consuevit. Non tu leges seruasti, sed sustulisti:
non libertatem restituisti, sed numen aliquod huic ur-
bi propitium, quod cuentum tuæ temeritati debitum,
sua commoditate à nobis auertit, quod tuam stultitiam
nobis uertit in occasionem restituendæ libertatis. Non
ego ingratum erga te populum constituo, immo tu popu-
lum ingratum in Deos reddere laboras: quem quum se-
mel in periculum uocaris, ne pro simplici Tyrannide
duplicatam pateretur, nunc rursum in discrimen tra-
bere conaris, ne ab iratis superis in pristinam seruitu-
tem, aut grauius aliquod infortuniū retrudatur. Quid
tute fuis ex palleratis dictis in alienum meritum insi-
nuas? Quid tibi in eo negocio laudem uniuersam uen-
dicas, ex quo præter poenam temeritatis, nihil ad te re-
dire merito posse? Si Reip. si iudicibus probare potes
animum tuum tyrannicida dignum, qui nullum pericu-
lum uitæ Reip. causa recusarit: si facinus non scelere,
non perniciose exemplo, sed legitima via peregristi, si
fortuna tuis egregijs conatibus bene expeditum dedit
euentum: aude tyrannicidam te uocare: aude pulcherr-
imum, ac penè diuinum manus à Repub. poscere: aus-
de nobis seruatas leges, restitutam ciuitatem: aude tem-
pleras, focos, fortunas omnis, tutos pueros, iniuiolas

tas uirgines, impolluta matrimonia, deniq; hoc ipsum
quod hic lege & apud indices agimus, exprobrare: an
de mibi minari, quod obſtiterim aude ciuitatem ingra-
ciitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolue-
rit: aude iudices, uel iniquos, uel corruptos clamitare.
niſi ſuis ſententijs preium tibi decreuerint. Cōtra: ſi
ſuſpectum quid uolueris, ſi periculofum, ſi cōtra leges,
ſi cum ſcelere coniunctum quod feceris: ſit pudor, ac de-
ſine tandem improbe premiuſ flagitare, quod nullarati-
one promerueris: paenam, ſi ſapis, incipe deprecarι.
Iſtibuc fortassis ab equitate iudicium, à ciuitate acoſtu-
mūnere lata, quas impetrare. Neq; enim putes unum
me te à premio deterrere. Imaginare iſthac in cauſa
pariter & leges, & Remp. & Deos tibi aduersari. Pu-
ſa leges hiſ tecum uerbis agere: Si nos uere reſtitutus
uideri uis, ſine noſtrā autoritatē primuſ in hac tua
cauſa ualere. Longe plus laudis ex hoc iudicio referes:
ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro
ſubmiferis arbitrio: ſi priuum exemplum in te ciuibus
adideris, reuixiſſe noſ: ſi monſtraris ciuitati iam nō ex
ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro preſcripto cuique
uiuendum eſſe. Atq; altera ex parte Remp. bac tecum
oratione uti puta. Si ciuem bonū mibi preſtare ſtudes,
noli hanc ſtultitiae notam mihi inurere: ut in posterum
re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei pre-
mium decreuiſſe, cui poena magis deberetur: noli mibi
Deos, quos uix deniq; tam diutinis uotis, tot ſacris, tot
precibus

precibus tot meis malis placauī, cōmoui, propitios red
 didi, denuo per ingratitudinē iratos atq; infensos rede
 dere. Sine ut mihi per te liceat, saltem illorū beneficio
 frui. Quod si te neq; leges, neq; Rcfp commouet: certe
 Dcorū orationē uereri debes, quos ita tecū agere pur
 tato. Quid tu te in nostræ laudis possessionem ingeris?
 Quid bonori nostro inuides? Qur nō finis nos in hāc
 ciuitatē perpetuò benignos esse? Quur tu ipse tam ins
 gratius existis? Ciuitas hac semel mihi restitutam liber
 eatem debet, tu bis debes, cāmoditati nostra: & quod
 Remp. scruauimus, cuius tu pars es, & quod cāmodita
 te nostra tuam periculosa māltitiam, uel sceleris potius
 in maximam felicitatē uerterimus. Etenim nisi uos der
 xtri, propitiq; adfuisse, quid aliud tu quam peries
 ras, & per te Rcfp. Quod si planè cōtendis, ut prēmiū
 aliquod feras, abunde magnum prēmiū à nobis persolu
 tum est, quod per nos res à te male instituta, bene uer
 terit. A legibus merito maior relata gratia, si nostræ
 prosperitatis respectu, temeritatis simul & sceleris ue
 niam cōdonarint. A ciuitate fatis ampliā laudē feres, sa
 ea patiatur, ut in restituta libertatis historia tuū quoq;
 nomē admisceatur. Hac laudis parte cōtētus define no
 bis debitū uelle p̄cipere, ciuitati munus nostrū cripe
 re, legibus autoritatē adimere. Sed finem facio, nimis
 extillata iam aqua. Quod supereft, nūc uestre partes
 sunt iudices statuere, utrum secundum leges, secundum
 Deos, secundum Remp. sententiam dicere, an secundū

bunc

bunc gloriosum ostentatorē pronunciare uelitis. Vnde
banc urbis felicitatē buius temeritati, buiū sceleri ac
ceptam ferre malitis, sepius exprobrandam, et breui
fortassis à superis iratis (id quod abominor) auferen-
dam: an in Deos quibus sine cōtrouerſia tota debetur,
referre, corundem pietate seruandam, augendam, be-
neq; fortunandam. Vtrū magis ex uſu ſit, ut primo hoc
indicio statim leges circumuente dicantur, an ut appa-
reat legum reſtitutarum ſeu eritatem, et iudicium ſapi-
entiam aduersus unius iniquam poſtulationē ualuisse.

ERASMVS ROTERO-

DAMVS M. IOANNI PALV-

dano rhetori Lonanensis Aca-

demic, S. P. D.

T intelligas humanissime Paludane, Eras-
mum illum tuū tametsi per omnes terras
mariaq; uolitatem, tamen cui memoriam
perpetuò ſecum circumferre: mitto quaſi ſymboli uice
Luciani dialogum: cui titulus, w̄tgi Τίν επὶ μαδῶ συ-
νέτοπ. Quem in Italiam proſecturus, in ipſo penè
procinctu Latinum feci. In eo non ſine uoluptate tan-
quam in ſpeculo, uidebis aulicę uite incommoda: que
tu mibi ſepenumero commemorare ſolebas, nimis ruris
expertus, et ueluti naufragio ciecius, ac uix iſti libe-

ra, literarięq; uitę redditus. Idq; sc̄i eo studiosius: ut
meo exemplo te prouocarem, quo iam diu Grecanicas
in literis uersatus, incipias et ipse aliquando audere ali-
quid. Quur enim non dicam audere? Q̄am nullum sit
mea sententia facinus audacius, quam si concris ex bes-
ne Gracis, bene Latina facere. Vale, meq; tui amans
tissimum mutuum ama.

LVCIANI LIBELLVS

DE IIS QVI MERCEDE CON-

ducti, in diuitum familijs uiuant, Des.

Erasmo Roterodamo interprete

C Q V I D tibi primus amice, aut
quid postremum, quemadmodū sul-
go dici consacuit, recenseam, ex his
que tum facere, tu pati coguntur,
qui mercedis gratia se se in alienas
domos, conniictumq; tradunt alienum, quiq; in locuple-
tum istorum amicitiam accensentur, si modo eiusmodi
illorum seruitutem conuenit amicitiam appellare? No-
ni enim permulta, atque adeo pleraq; omnia, que illis
ibi soleant accidere, non per Iouem quod ipse ea exper-
imento cognorim (neq; enim mihi unquam experiu-
di incidit necessitas, ac ne quando incidat Di⁹ probibe-
rat) sed quod complures qui in hoc uite genus incide-
rant

rant, apud me soliti sunt commemorare: partim quibus ipsis etiamdum malis constituti, que ex quanta ferrent deplorabant: partim qui tanquam è carcere quodam profugi, non absq; noluptate recordabantur commorabantq; ea que fuerant perpeñi, Imò iuuabat reuocare ob oculos, quas erumpnas effugissent. Atq; hi quidē digniores mibi uisi sunt, quibus fides haberetur: ut qui eius sacri ritus (ut ita dixerim) omnis omniaq; mysteria perdidicissent, cunctaq; ab initio ad finem usq; perspexissent. Hos igitur haud quaquam indiligenter, nec oscitantur audire soleo, uicti naufragiū quoddam, ac preter spem obiectam salutem enarrantes. Cuiusmodi sunt isti, qui in templis deraso capite, complures simul obambulantes, immanes undas, procellas, sublatos in cœlum fluctus, iactus, malos fractos, gubernacula renulfa narrant. In primis autem geminos Castorem & Pollucē apparentes (nam hi peculiariter ad hanc Tragediam pertinent) aut alium deum quempiam repente, quemadmodū in fabulis fieri conueuit, exortū summisq; antennis insidentem, aut iuxta clauum adsistenterem: qui nauim ad littus aliquod molle dirigeret: ad quod appellens futurū esset, ut ex ipsa paulatim ac lence solueretur: ex ipso tuto in solū descenderet, idq; ope fauoreq; diuino. Atq; isti igitur permulta id genus ad presentem commoditatem exaggerantes, commemorant: quo uidelicet à pluribuss stipem accipient: si non calamitosi modo, uerum etiā Dijs ebari esse uideantur.

Porro

Porrò ij dum eas quas in tectis tulcrunt tempestates re
ferrent, atq; immunes illas undas, quin etiam decumas
nos fluctus, si fas est dicere: Et quemadmodum primus
à littore soluerint mari tranquillo: quantūq; molestias
rum perpetua nauigatione sint perpeſi: dum sitiunt,
dum nauſeant, dum ſalo perfunduntur. Deniq; quemad
modum infelici nauigio in caute m quamplam ſub un
dis latentem, aut in scopulum aliquem preruptum, Et
aſperum illiso, fractoq; miseri egre enatarint, nudi, cum
ſtarumq; rerum inopes. Hec inquam quum referrent,
mibi quidem uifi ſunt permulta prae pudore ſubticere,
uolentesq; ac ſcientes obliuisci. At ego etiam illa, pre
terea autem Et alia nonnulla ex illorum narrationibus
coniectans deprebendi quicquid crumnarū cum eius
modi conuictibus coniunctum eſt. Quae quidem omnia
bānd grauabor optime Timocles tibi percensere. Iam
pridem enim mibi uidcor animaduertifſe, te de capes
ſenda bac uite ratione cogitare. Nam olim quū bis de
rebus ſermo incidiſſet: mox ex his qui praefentes erant,
quiſpiam mercenarium hoc uite genus laudare coepit:
fortunatissimos eos affirmans, quibus contigiffet ho
rum uiri familiaritate, qui apud Romanos eſſent opti
mates: tum conuiuijs aderſe opiparis, idq; immunes:
preterea ſplendidis in ædibus diuersari: tum pere
grinari omnigena cum commoditate, uoluptateque,
alba interim in rheda (ſi forte libeat) refupinatos. In
ſuper ob hanc amicitiam, obq; commoditates quibus
afficiuntur

afficiuntur, etiam mercedem capere: id uero non medijs
cre uideri. Istis enim bauit dubie citra sementem de exal-
turam (quod aiunt) cuncta prouenire. Hæc igitur atq;
id genus alia quum audires, animaduerti quemadmo-
dum ad ea inhibaueris, quamq; auide ad escam os aper-
tū porrexebris. Proinde ne quid mihi certe in posterū
posis imputare, neq; expostulare queas: quod quum te
conficeremus tantum unā cum esca deglutientem has-
mum, non reuocaremus, neq; priusquam in guttur de-
mergeretur, reuulserimus, neq; premonuerimus: uerū
posteaquam cessassemus, donec eo iam adacto atq; in-
fixo trabi iam, ac ui duci conficeremus, tum quum ni-
bil opis afferri posset, frustra adesse nos atque illachry-
mari, Hæc inquā, ne quando posis dicere: que si dican-
tur, merito profecto dicantur, neq; à nobis refelli pos-
sent, quo minus peccasse uideremur, ut qui prius ista
non indicassemus: audi nunc ordine omnia. Ac recte qui-
dem ipsum cuiusmodi sit, quamq; nullum babeat exitū,
non intus medijs in sinibus inuolutus, sed foris tutò atq;
per ocium ante contemplator, unci æris aculeum, refle-
xam hami aciem, ac tridentis cuspides manu tentans,
malaq; admotas experiens. Quod nisi uehementer acu-
ta, nisi sic illigantia, ut effugiendi nulla sit facultas, nisi
dira uulnera factura uideantur, acriter trahentia, et
inexplicabiliter retinentia, nos quidem inter formido-
losos, atq; ob id etiam pauperes, famelicosq; adscribi-
to: ipse uero sumpta fiducia, uenatum istum, si uidetur,
aggreditor

aggressor, Larì in morem totam escam hiatu deglutiens. Atq; in universum quidē forsitan tua causa omnis hic sermo dicetur. Quanquam non solum de uobis pbi losophis, aut his quicunq; uitæ institutum sibi delegerunt cum uirtutis studio coniunctius, uerum etiam de grammaticis, rhetoriciis, musicis, breuiter de omnibus, qui in doctrinæ professione uersari, quæstumq; facere proposuerunt. Cæterum quum omnia sint inter istos communia, eademq; prorsus accident omnibus, palam est philosophorum conditionem non esse à reliquis eximiam. Imò boc illis turpius ista contingere, quum sint cum alijs communia, si ij qui conducunt, non alijs premijs eos quam reliquos dignos iudicent, nubiloq; magis quam cæteros in honore habeant. Sed quicquid erit, quod narrationis series aperiet, eius culpam potissimum in ipsos conferre par est, qui eiusmodi faciunt: deinde in eos, qui talia sustinent. Ego uero culpari nō debeo, nisi forte ueritas & libertas in commemorando reprehensionem mereatur. Ac reliquum quidem hominum uulgas, puta palestricos quo spia, aut adulatores imperitos, sordidoq; animo, ac suopte ingenio humiles & abiectos homines, ne operæ premium quidem fuerit ab eiusmodi cōuictu debortari, quippe nequaquam obtemperaturos: neq; rursum & quum sit illis uitio uertece, quod non relinquunt suos conductores, etiam plurimi ab illis contumelijs affecti. Sunt enim ad eam uitæ rationem accommodati, facti q; neq; ea uidelicet indi-

gni. Præterea ne habeant quidem aliud quippiam, ad quod se se conuerstant, & in quo se se exerceant, adeo ut si quis eam uitam illis adimat, ignavi illico, cōsiliq; inopes, desidiosi atq; imutiles reddantur. Quamobrem nec ipsi rem aliquam indignam patientur, nec illi contumeliosæ facere videantur: si (quod aiunt) in matellam immixterint. Etenim ad casiphas cōtumelias iam inde initio preparati, conserunt se se in familiam, atq; hæc sola illis ars suppetit ferre & perpeti quicquid acciderit. Ceterum eruditorum nomine, de quibus institucram loqui, merito indignandum, enitendumq; ut quam maxime fieri potest, eos inde revocatos, in libertatem vindicemus. Videor autem recte faturus, si quibus de causis sc̄e quidam ad hoc uite genus conserunt, eas causas excussero: parūmque idoneas, atque efficaces esse demonstrauero. Siquidem eo pacto omnis illis præripitur excusatio: summusq; ille titulus, quo suam spontaneam seruitutem solent obtexere. Iam igitur plerique paupertatem & rerum necessariarū inopiam proponunt: atque eam umbram satis idoneam existimant, qua suum factum prætexant, quod ultiro ad eam uiram accesserint. Ac sibi sufficere credunt, quum aiunt se quiddam ignoscendum facere: qui id quod est in uita molestissimum, nempe paupertatem, studeant effugere. Postea in promptu t̄ beognis, atque illud plurimum in ore.

Nam quemcumq; virum paupertas enecat.

Et si quæ alia terricula abiectissimi quiq; poete de paupertate prodiderūt. Evidem si uiderem ex buiusmodi conuictu paupertatis effugium aliquod uere contingere, non admodum anxie cum eis de uchementer amplectenda libertate disceptarem. At posteaquam eiusmodi quedam accipiunt, cuiusmodi sunt egrotantium alimenta (quemadmodum egregius ille dixit orator) qui queant effugere quo minus in hoc ipsum partum recte sibi consuluisse uideantur, nimirum semper illis manente eodem uitæ illius argumento? Semper enim manet paupertas, semper accipiendi necessitas, nihil quod seponatur, nihil superest quod reseruetur. Verum quicquid datum fuerit, ut detur, ut uniuersum etiam capiatur, prorsus omne insumitur, ita tamen, ut ne id quidē in usus sufficiat. Rectius autē futurū fuerat, si nequaquam causas eiusmodi comminiscerentur, quæ paupertatē seruant aluntq; atq; catenus duntaxat op̄ tulantur, uerum quæ illam tandem aliquando tollant. Ac forsitan tibi hoc uolebas Theogni quū dices eas in altum mare ac præruptis de scopulis præcipitē dari oportere. Quod si quis semper pauper, semper egens, quū semper mercede cōductus mereat, hoc ipso se se arbitretur aufugisse paupertatem: nō video qui fieri possit, quo minus hic ipse se fallere uideatur. Rursum alijs negant se se paupertatē formidaturos, si modo reliquorum hominum in morem possint suo labore, suaq; industriasibi uictum suppeditare. At nunc sibi fracta esse

940 LVC. DE MERCE DE CONDV.

corporis vires, seu senio, seu morbis: eoq; ad eam uitam
mercenariam facilem uidelicet atq; commodam confu-
gere. Age igitur, inspiciamus num uera prædicens, &
num ea que dantur ex facilis illis suppetant, non multo
neq; adeo maiore labore constent, quam uulgo sius uti-
tus. Nam id quidem etiam uotis expetendum, uti cir-
tra laborem, citra sudorem, nullo negocio paratum ar-
gentum accipias. Verum quām bac absint à uero, istud
profecto ut dignum est, ne dici quidem satis potest: tan-
tum laborum, tantum sudorū in eiusmodi connictibus
exhauriendū, ut hic ne ualetudo quidem ad id par sit:
quippe quū quotidie sexcenta non desint negotia, que
corpus conficiant, adq; extremam usq; defctionem de-
lassent. Verum hæc suo loco dicemus, quum etiam reli-
quas illorum incōmoditates cōmemorabimus. In pre-
sentia sat erat leuiter ostendere, qui se aiunt bac de caus-
sa inferitatem addicere sese, ne istos quidem uera di-
cere. Supereft iam ut eam causam referamus: que qui-
dem ut est uerissima, ita ab illis minime profertur. Nem-
pe ipsos uoluptatis gratia, & amplis illis spēbus incita-
tos, ultro inuadere familias diuitū, aurii argentiq; uim
& copiam admiratos: praterea quod felices sibi uides-
antur ob conuiua, reliquasq; eius uite delitiæ: speran-
tes futurum, uti mox, nemine uetante, affatim aurum bi-
bant. Hec nimirum sunt que illos adducunt: atq; ex li-
beris seruos constituūt. Non rerum necessariū usus,
quem prætexbant: sed rerum non necessariarum cu-
piditas

peditas, atq; ingentium illarum & ampliarum opum ad
 miratio. Enim uero quemadmodum miseris istos, atq;
 infelices amantes, callidi quidam & ueteratores amas-
 si receptant & fastidienter ducunt, lactantq; uidelicet
 quo iugiter amantes, ambiant ipsos atq; inserviant. Cæ-
 terum ex amoris fructu, ne summo quidem osculo im-
 pertiunt. Intelligunt enim copia facta dissoluendū amo-
 rem. Id igitur ne fiat, præcauent, diligenterq; sui copi-
 am substrahunt. Alioqui spē semper retinent amantem:
 metuentes, ne desperatio minuat cupiditatis ardorem:
 amantemq; ab se alienet. Proinde semper arrident, pol-
 licenturq; semper facturi sunt: semperq; gratificaturi:
 semperq; ingentium sumptuum rationem habituri: do-
 nec imprudentes ambo senuerint, atq; utriq; iam pre-
 terierit etas: huic ad amandum, illi ad dandum. Atq; ita
 omni uita nihil illis peractū est ultra spem meram. At
 qui uoluptatis cupiditate nihil non ferre: id quidem for-
 fitan nō usque adeo uitio uertendum: quin magis uenia-
 danda, si quis uoluptate capiatur, & banc undequaq;
 conjectetur, quo posse ea potiri: quanquam turpe for-
 san ac seruile, si quis ea gratia scmet in ius tradat alie-
 num: propterea quod uoluptas, que ex libertate percipitur,
 multo suauior est, quam ea quā ille libertatis iae-
 catura sectatur. Attamen hoc quoq; aliquo pacto igno-
 cendum illis sit, si modo consequantur. Verum enimes-
 ro ob solam uoluptatis spē, multas preferre molestias,
 equidem & deridiculum arbitror, & stultum: maxime

quum uideant labores certos esse, manifestos, & incertabiles: porrò illud quod speratur, quod quidem nihil aliud tandem est quam uoluptas, ne tam longo quidem tempore contigisse. Præterea autem, nec uerisimile uideri, ut contingat aliquando, si quis modo rem rectare putet uia. At Ulyssis quidem socij, dulci quadam gustatâ loto reliqua negligebant, ac præsenti uoluptate delinicti honesta contemnebant, ut non prorsus cum ratione pugnarit in illis honestatis obliuio: nimirum animo uoluptatis illius sensu occupato. Veram si quis famelicus alij cuiquam loto se se ingurgitanti, neq; quiequam inde impertienti, assistat, idq; solam ob spem, quod credit fore, ut & ipsi aliquando degustandam lotum porrigit: assistat, inquam, ad hunc modum, recti atq; honesti oblitus, dñi boni quam hoc ridiculum, planeq; uerberibus quibusdam Homericis dignū. Ergo quæ istos ad diuitum conuictum adducunt, & quibus impulsu se illos dedunt, ad quocunq; libitum fuerit utendos, haec sunt, aut his fermè simillima. Nisi si quis & illos commorandos esse iudicat, quos haec unares ad id commovet, quod gloriosum arbitrantur, cum illustribus atque opulentis uiris habere consuetudinem. Sunt enim qui hoc quoq; præclarum ac magnificum supraq; plebem esse existiment. Nam ego quidem, quod ad me propriè attinet, excusarim uel cū Persarū rege coniuere dunt, conuictorq; uideri, si nullus ex eo conuictu fruitus ad me redeat. Quum itaq; causa cius uitæ suscipierende

ende sic illis habeat, age iam cōsideremus apud nosmet ipsos: primū cuiusmodi sint illis perferenda priusquam admettantur, priusquam obtineant. Deinde cuiusmodi in ipsa iam vita cōstituti patientur. Postremo quæ tandem catastrophe, quis fabulæ exitus illis contingat. Ne que enim illud dicere possunt: hæc tametsi molesta sint, tamen assueisci facile, neque ad id multo opus esse laborē, sat esse si uelis modo: postea ratiōne omnia factū fore facilia. Imò necesse est ut primum diu sursum ac deorsum cursites, mane excitatus assidue pro foribus obuerteris, ut perdures, quum protuderis, quum exclude ris, quum improbus interdum atq; importunus uideris, cum lanitori male Syrissanti, ac nomenciatori Libyco subiaceris, quumq; nominis tui memoriam mercede redimere cogeris. Quid in etiam uestitus tibi est apparans supra tuę rei facultatem, pro dignitate eius cuius coniunctum ambis, delegendus color, quo ille potissimum gaudet, uti ne discrepes, né uero oculos illius offendas. Postremo uti gnauiter affectere necesse est, uel antecedas potius, à famulis protrusus, ac ueluti pompa quandom expreas. At ille interim cōplures iam dies ne aspergit quidem te. Quod si quando res tibi felicissime uerterit, si te respexerit, si accersiuerit, dixeritq; quicquid illud fecerit, quod illi forte in buccam uenerit, tum denique, tum plurimus sudor, tum multa oculorum caligo, tum intempestiva trepidatio, tum sanne corū qui adsunt, besitantiam tuam ac perplexitatē ridentiū. Qua

quidem nō raro accidit, ut quum oportuerit responderē, quis fuerit rex Achiniorum, mille naues illis fuisse respondet. Atq; id si qui sunt modesti pudorē uocant: immodesti timiditatem nominant: improbi inscitiam. Ita fit, ut tu primam hanc diuitis comitatem, tibi periculosisimam expertus, ita discedas, ut tantā animi tui imbecillitatē ipse condemnēs. Porrò ubi multas iam noctes insomnes duxeris: ubi plurimos dies cruentos egeris: haud quidem Helenae gratia per louem, neq; ob Priamcia Pergama, uerum spc quinq; obolorū, contingit autē et deus quispiam tragicus qui tibi sit auxilio: iam illud restat, ut exploreris exutiarisq; nū lite ras noris. Atq; ea quidem disceptatio nō inuicunda est ipsi dixiti: quippe q laudatur interim, ac felix esse prædicatur. Ceterum tibi uidetur, de vita ipfa, deq; omni fortunatum certamē esse paratū: propterea quod tibi uenit in mentē, idq; merito, futurū ut aliis nemo sit admissurus, si prius ab hoc reiectus ac repudiatus uidear re. Interim in uariis curas distractaris oportet: dum inuides ijs qui pariter ex equo tecum examinantur. Finge enim et alios esse, qui eiusdem fortune tibi sint cōpetitores: te uero tibi uideri cuncta parum absolute respondisse, metuentem interim simul et sperantem, ac misere de illius uultu pendentē: qui si quid parum probet eorum que dixeris, peristi. Sin arridens auscultat, bilarescis et spe bona fultus confitis. Porrò consenserendum est, esse non paucos, qui tibi aduersentur, atque

alios

alios in tuum locum uelint inducere. Horum unus, quisq; clanculum uelut ex insidijs in te iaculatur. Iam vero illud considera: quale sit virum promissa barba, cana coma, examinari, nunquid bona rei didicerit, & alijs quidem didicisse uideri, alijs secus. Superior interim uita, & omnis antea acta etas tua curiosius disquiritur. Quod si quis aut ciuis inuidia, aut uicinus leui quapiam de causa prouocatus te deferat, & adulterium dicat uel pæderasten: is protinus, iuxta uetus illud proverbium, ex Iouis tabulis testis. Porro si pariter omnes bene de te prædicent, suspecti, leues, ac largitione redempti uidebuntur. Nam admodum omnia tibi constent oportet. Nihil prorsus sit, quod tibi queat obfistere. Alioqui nunquam obtainueris. Age sane, hoc quoque contigit, ac bona quapiam fortuna cuncta tibi feliciteter ceſſerunt, & probauit ipse doctrinam tuam, & amicorum præcipui, quibusq; ille huiusmodi in rebus plarimam habet fidem, non dehortantur. Ad hanc uult etiam uxor. Non refragatur domus præfectus, neq; item dispensator. Nemo tuam insimulauit uitam, dextra omnia & omni ex parte bene promittunt sacra. Vicisti igitur fortunate, & coronatus es Olympia. Quia Babylonem magis cepisti, aut Sardium arcem occuperasti. Habebis copie cornu & gallinaceum lac emulgebis, iam sane par est, ut aliquando præmia capias, maxima uidelicet, & quæ laboribus tantis respondent, ne corona tua frondea duntaxat sit, simul ut merces

haudquam contemnenda præstituatur, eaq; com
 mode ad usum citraq; negocium persoluatur, utq; reli
 quis item bonos tibi preter ministrorum vulgus sup/
 peditetur. Ceterum à laboribus illis, à luto, à cursita/
 tionibus, à uigilijs, in ocio te recipias, uti id quod uul/
 go solent optare mortales, porrectis pedibus dormias.
 nihilq; iam facias preter ea sola, quorum gratia pri/
 mun receptus es & in qua conductus. Ita enim con/
 sentaneum fuerat Timocles, neq; ingens malum erat
 futurum, si quis subdita cervice ferat iugum, leue nimis
 ram & portatu facile, quodq; est omnium maximum,
 auro illatum. At qui longe secus res habet, ino nibil ho/
 rum reperietur. Siquidem in medijs ipsis id genus con/
 uictibus, sexcente res accidunt, viro ingenuo neantiquā
 tolerande. Quæ quuna audieris, ipse tecum ordine re/
 putato, nam quisquā ea perpeti queat, cui quidē cum
 cruditione uel minimum commercij fuerit. Exordiar
 autem si uidetur à primo conuiuio, unde cōsentaneum
 est te consuetudinem illam auspiciaturum. Primum igu/
 tur, adest tibi quispiam, qui te iubeat ad conuiuium ac/
 cedere: famulus nō incomis qui tibi prius placandus da/
 tis in manū, ne uidearis incivilis, ut minimū quinq; dra/
 chmis. At ille Accissans, seq; quū maxime cupiat, cupe/
 re disimulans: Apage inquit. Egōne quicq; abs te? Ad/
 dit eū illa, absit, dij prohibeāt. Tandē flectitur atq; ob/
 temperat, ac discedit, te late diducto rictu subsannans.
 Tu porrò nitida sumpta ueste, mundissimq; cultus, lo/
 tus

bus accedit, sollicitus interim, ne prior alijs aduenias
 Nam id in arbanum, quemadmodum postremum uenire
 re, graue. Proinde media inter utrumq; obseruata op/
 portunitate ingredere, teq; sancè quam honorifice ex/
 cipiunt. Tum arrepta manu te quispiam iubet accumi/
 bere, paulo supra diuitē, inter duos fermē ueteres ami/
 cos. At tu perinde atq; in lous aedes ueneris, nihil non
 admiraris, & ad omnia que geruntur suspensus inhib/
 es, propterea quod noua tibi atq; inuisa sint cuncta. In/
 terim familia te spectat, omnesq; qui presentes sunt,
 quid agas obseruat. Neq; uero ea res curae non est ipsi
 diuiti, quippe qui famulis aliquot premonitis negoti/
 um dederit, ut oculis obseruent, quemadmodum te ger/
 eas in pueros aut in uxorem, num subinde ex obliquo
 respectes. Ac reliqui quidem conuiuæ, simulatq; te ui/
 dent propter imperitiā ad ea que fiunt attonitum, ac
 stupefactum, derident clanculum, coniectantes te nunq;
 antea apud alium quempia cœnasse, nouumq; tibi esse
 ut mantile apponatur. Proinde, sicuti uerissime est,
 præhesitantia sudes oportet, ac neq; cum sitias, audes
 as potum poscere, ne uinosus uideare: neq; uarijs appo/
 sitis opsonijs, & in ordinē quendā extructis scire pos/
 ses, cui prius aut posterius manū admoucas, Quare ad
 eum qui proximus accumbit respectes necesse est, atq;
 eundē imitatus, cōuiuij rationē & ordinē discas. Alior/
 qui anceps sedes, & uarians, animoq; penitus pertur/
 bato, & ad omnia que illuc geruntur obstupecens.

Atq;

Atq; interim quidem, diuitis admiraris felicitatē, propter auri uīm & eboris, tantq; delicias. Int̄crim tuā ipse deploras infelicitatem, qui quum nullius sis rei, tan-
men uiuere te credas. Nonnunquā & illud in mentem uenit, fore ut admirandam & expetendam quandam uiuas uitam, quippe qui sis omnibus delitijs illis frui-
rus, cunctorumq; ex equo futurus particeps. Arbitra-
ris enim te semper bacchanalia festa celebraturum.
Quim & adolescentuli formosi preministrantes, ac
silentio arridentes, suauius in posterum hoc uite ge-
nus pollicentur, ut Homericum illud nunquam desinas
in ore babere,

Hand uito uerti debet si Troia pubes
 Armatiq; simul Danai, sub Marte laborum
 Pondera tanta ferant: Ob tantā uidelicet felici-
 tem. Accedunt ad bacchinitatiuncula ad bibendū. Ac
 postulato perquā ingēti scypho quispiam, præbibit tibi,
 preceptorem, aut aliud quiddā deniq; te appellans.
 At tu recepto scypho quid uicissim oporteat responde-
 re, propter eiusmodi morum imperitiā ignoras, iamq;
 rusticus, & inelegans esse uideris. Ceterū ea proprie-
 tatio multorum ueterum amicorum inuidiā in te con-
 citauit, è quibus nonnullos iamdudum tuus accubitus
 clanculum urebat, quod modo quum aduenieris, ijs an-
 teponare, qui multorum annorum seruitutem exhause-
 rint. Protinus itaq; talia quedam de te inter illos dicta
 feruntur

feruntur: Illud scilicet malis nostris deerat, ut etiam ijs
 qui nuper in familiam commigrarunt, post habeamus.
 Et solis Greculis patet urbs Romana. Et quid habent,
 quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirificam
 quandam utilitatem adferre uidentur, quum uerbula
 quedam misera dicunt? Rursus alius, hæc: An non uide-
 sti, quantum biberit, quemadmodum cibos appositos
 aude corripiens deuorarit? Homo inelegans, ac fame
 enectus, qui ne per somnum quidem unquam fuerit ali-
 bo pane saturatus, multo minus alite Numidica, aut
 Phasiano, ē quibus nobis uix ossa reliqua fecit. Porro
 tertius, fatui, inquit, priusquam quinq; abeant dies, uis
 debit is hunc nibilo pluris fieri quam nos. Nam nunc
 quidem, non secus atq; calcei noui solent, in precio est,
 & habetur charus: uerum ubi crebro iam fuerit calca-
 tus, Iutoq; deformatus, tum misere sub leelicam abiicie-
 tur cimicibus, quemadmodū nos, oppletus: Atq; inter
 illos talia permulta de te iactantur. Ex quibus aliquot
 iam tūm etiam ad calumniandum insimulandumq; te
 incitantur. Omne igitur illud conuiuum tui plenum,
 ac pleriq; de te sermones. Tu uero propter insolentiā
 atq; insuetudinem plus quam sat est hauris uini tenuis
 & acri, eoq; iam dudum aluotibi citè discruciarus: uer-
 rum neq; deorum tibi ante alios ē conuiuo discedere,
 neq; rursum mancre tutū. At producta interim in lone-
 gum potatione dum sermo alius ex alio nascitur, dum
 spectacula alia post alia proferuntur in conuiuiū (nam
 uniuersum

uniuersum fortunæ sue strepitum tibi cupit ostentare). non mediocriter discruciaris, cui non licet, neq; videret que geritur, neq; auscultare, si quis uoce, citharæ canat egregie dilectus adolescens. At laudast ames ipius: ceterum animo illud optas, ut aut terræmotus repens ortus ea cuncta discutiat, aut incendiū aliquod renuncietur, quo simul conuiuum tandem aliquando dirimatur. Habet amice primum illud scilicet et suarum uissimum conuiuum, quod mibi quidem haudquaquam suauius sit cepis, candidoq; sale, libere quam uelim ex his, et quantum uelim edent. Verum ut ne tibi comedere morem ructus acidos, qui deinde sequuntur, ut ne nos surnos uomitus, mane uobis erit de mercede pacta transigendum, quantum, et qua anni parte te oportet accipere. Ergo presentibus duobus aut tribus amicis, accessito te, et considera iusso, sic loqui incipit: Fauultates nostræ cuiusmodi sint, iam perspicere potuisti, quam nullus in his fastus, sed citra ostentationem, moderata ac popularia omnia, sed mediocria omnia ac plebeia. Sic autem animu[m] inducas uelim, ut existimes omnia nobis fore communia. Nam ridiculu[m] profecto, si quara charissimam possessionu[m] meorum partem, putarem ipsius uitam, aut per louem, liberoru[m] etiam (si fors illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam, non aliarum item rerum te mecum ex equo dominum ac possessorem existimem. Ceterum quando certi quippiam est præfinendum, equidem video uite tua frugalitatem,

et amit

¶ animum paucis cōtentum. Neq; non intelligo haud
mercedis adductum s̄pē te in nostrā uenisse familiam:
uerum aliarum gratia rerum: puta nostræ in te benes/
uolentie causa, tum honoris, qui tibi pr̄ter omnes con/
tinget. Attamen p̄ficiendum est aliquid. Quin ipse
magis quod uidebitur statuito, habita ratione, mir amissi/
cissime, munerum etiam illorum quæ quotannis festis
diebus à nobis accepturus uideris. Neq; enim uel ista
nobis fuerint neglectui futura, etiam si nunc hac p̄acti/
one non complectamur. Scis autem complures per an/
num ciusmodi munerum occasiones incidere. Horum
igitur habita ratione, moderatius nimirum premium
nobis prescribas. Pr̄terea decet etiam uos homines
cruditos, pecuniam negligere. Hac ille dicēs, totumq;
te uaria s̄pē labefactans, mitem sibi ac tractabilē redi/
dit. Tu porrò qui dudum talēta, ac multa nummūm
milia somniaras, solidos agros, & familias, sentis qui/
dem tacitus apud te hominis sordes ac parsimoniā: ni/
bilominus blanditur tibi pollicitatio tamen: atq; illud,
communia futura sunt omnia, ratū & uerum fore ar/
bitraris: ignarus ciusmodi dicta,

Summis è labijs, non imò è corde profecta.

Tandem pr̄e pudore ipse statuendi ius defers. Verum
ille facturū se se negat. Ceterū ex amicis presentibus
quempiam in eo negocio ueluti medium intercedere
iubet, qui salarij modum pronunciet cum: qui neque
ipsum grauet, ut cui plurimas tū alias in res magis his
necessas,

necessariis sumptus sit faciendus: neq; rursus ei qui lat
turus est, sit omnino indignus. Atq; is sciculus quispi
am, diuitias equalis, una cum illo à pueris adulādo edu
catus: Eho tu inquit, num inficias ire potes, quin unus
sis qui in hac urbe uiuunt omnium fortunatissimus, cui
primum contigerit, quod pluribus misere cupientibus,
uix à fortuna dari poshit: nempe ut in huius bominis
consuetudinem admittaris, ut cōmunes penates babe
as, ut in familiam inter Romanos primariam recipia
ris? Id nimirum tum Cræsi talenta, tum Midæ diuitias
superat, si modo modestus esse noris. Evidē non pau
cos novi magni nominis uiros, qui cupiſſent, etiam si
quid ulro dandum fuifſet, gloriæ duntaxat caſa, cum
iſto uiuere, & familiars apud hunc atq; amici uideri.
Quapropter haud inuenio, quibus modis tuam predi
cem felicitatem, qui quidem ad hanc tam expetendam
fortunā, etiam præmio addito admitteris. Proinde, mi
bi satis esse uidetur, niſi plane es insolens, si tantum ac
cipias, ſimulq; pronunciat, ſanè minimam quiddā, præ
ſcritim ad ſpes illas tuas: attamen boni consulas neceſſe
eft. Neq; enim iam poſis effugere, quum intra retiate
nearis. Frenū igitur recipis, muſitans, ac diſimulans,
ac initio quidem nō magnopere illi reluctantans, facileq;
ſequeris, ut quod non admodū te torqueat, neq; ſtrin
gat, donec illi tandem paulatim affueceris. Tum uero
ij qui foris ſunt mortales, hoc ipſo nomine tuam fortu
nam admirantur, quod te conficiant intra cancellos
uerſan

uerfantem, ac nullo prohibente introeūtem, prorsusq;
preclaris illis opibus delicisq; domesticum quendam
ac familiarem esse factum. At ipse nondum uidere pos-
tes, quamobrem illi te felicem existimet, nisi quod gau-
des tamen tecq; ipse fallis, semper futura meliora fore
existimans. Ceterum contra atq; speraris evenerit, et
quemadmodum adagio dicitur: iuxta Mandrabuli mo-
rem negocium procedit, in singulos (ut ita dixerim)
dies, deterius ac retro relabes. Vnde paulatim uelut in
luce dubia, cum demū dispiciens intelligere incipis, au-
reas illas spes, nihil aliud fuisse, quam ampullas quas dā-
inauratas, labores autem esse graues, ferros, incuitabi-
les, ac perpetuos. Sed quinam isti sint, forsitan me ro-
gabis. Neq; enim video inquies, quid in hac consuetudi-
ne sit adeo molestum, neq; intelligo ista que commemo-
ras, grauia atq; intoleranda. Audi igitur uir egregie,
non molestiam modo negotij perpendens, uerum foedi-
tatem, humilitatem, prorsusq; scruilitatem, uel preci-
pue interim considerans. Principio memineris ex eo
tempore, te iam neq; liberum, neq; ingenuum posse uir-
deri. Noueris enim te hæc omnia, genus, libertatem, pro-
genitores ante limen relinquere, quū in huiusmodi ser-
uitutem temetipsum addicens in ædes ingrederis. Si
quidem libertas tibi comes ire recusarit, ad uitam tam
indignam, tam bumilem te conferenti. Scrusus itaque
(tametsi nomine ipso grauiter offenderis) scrusus inq,
nihil nolis, futurus es, neq; unius scrusus uerū complicitus.

rium, operamq; seruilem præstare cogeris, obſtipo capite, à diluculo in uesperam usq; idq; mercede uili atq; indigna. Adde, quod ne placebis quidem ad modū, neq; domino satisfacies, neq; ab illo magnifies, ut qui non à puerō fueris ad seruitium institutus, sed sero didiceris, atq; etate multū aliena cœperis ad id erudiri. Excruciāt autem te pristinæ libertatis memoria, animo recursans, facitq; ut interdum refilirc conere, recluſterisq;, atq; ob idipſum fit, ut seruitus tibi molestior accidat. Nisi forte illud tibi ad libertatem sufficere putas, quod non fueris Pyrrhia aut Zopyrione patre prognatus: aut quod non sic, uti Bithynicum aliquod mancipium, uociferante præcone diuendaris. Atqui tum uir egrégie, quum instantे nouilunio, Pyrrhijs & Zopyrioni bus immixtus, manū itidem, ut alij seruuli protendis, capisq;: quodcūq; illud tandem est quod datur, hæc uir delicit est auctio. Nam præcone nihil opus erat homini qui ipſus ſui fuerit præco, quiq; ipſe ultro ſibi multo tempore dominum ambierit. Age iam ó ſceleſte (cur enim non dicam præfertim in eum qui ſe philofophum eſſe dicat?) ſi quis te pirata inter nauigādum captum, aut ſi quis prædo in ſeruitutem tradidijſet, te ipſum deplorares, tanquam indignam fortunæ iniuriam patientem. Aut ſi quis manu iniecta, te duceret in ſeruitutem afferens, leges inclamares, omnia faceres, acerbe ferres, & ó terra, ó dij, magno clamore uociferarcris. Nunc uero, quum ipſe te, ob paucos obolos, id etatis in

qua etiam si seruus natus essem, tamen tempestiuū fuisset iam ad libertatem aspirare, cum ipsa uirtute ac sapientia ulro adductum uendideris, nihil illa reueritus, quæ permulta ab egregio Platone, Chrysippo, Aristotle discruntur, quum libertatem laudant, seruituem damnant: an non te pudet, quum inter homines ascensionatores, & emptitios, ac scurras uersans ex æquo cum illis æstimaris, quū in tanta Romanorū turba, solus per regrino in pallio uersaris, quumq; Romanam linguam perperam ac barbare sonas: præterea, quū agitas convivia tumultuosa, magna hominū turba conferta, quorum pleriq; collectiti, quidam sunt & improbi? Atq; inter hos laudas odiose, bibisq; præter modum: deinde mane ad tintinabulum expurgatus, discussa ab oculis dulcissima somni parte, unā sursum ac deorsum circumcursas, hesterno luto ctiamdum tibijs adherente? Vsq; adeōne te lupini, aut holorum agrestium tenuit penuria? Vsq; adeo tibi defuerunt fontes frigida manantes aqua, ut per desperationē ad ista deuenires? Haud puto. Quin potius palam est, te, non frigidæ aquæ, neq; lupini, sed belliorū, atq; opsoniorū, uiniq; odorati cupiditate captū cōuenisse. Quæ dū lupi pīscis in more audius appetis, tuo merito evenit, ut hamus tibi fauces transfixerit. Itaq; præsto sunt huius intēperantiae, guileq; autoramcta. Ac perinde atq; simia à truncō ruinatur collo, reliquis quidē omnib. risuies: at ipse tibi delitij affluere uideris, cui contigerit, affatim expleri

caricis. Ceterū libertas, ingenuitas, unā cum ipsis genitilibus, ac tribulibus, bac nimirum euānida cūcta, atq; iſtarum rerum ne memoria quidem ulla: quanquā hoc quoq; ferendum, si uita ista cum hac turpitudine dunt taxat eſſet cōiuncta, quod ē libero ſeruum uideri facit, non labores etiam accederent, cum illa ſeruorum colluic communes. Sed uide, num quæ tibi imp̄tantur, leuiora ſint his, quæ Dromoni aut Tibio mandantur. Nam doctrine quidem, cuius rei cupiditate ſimularat te in familiā ſuam accerſiſſe ſeſe, perquām exiguā illi cura eſt. Quid enim (ut dici ſolet) cōmercij aſino cum lyra? An nō uides uidelicet, quām miſere macerentur immodo deſiderio, uel Homerice ſapientiae, uel Demofibenicæ grauitatis ac uebementiae, uel Platonicæ ſublimitatis? Quorum me berkle ex animis ſi quis aurum, argento, atq; harum rerum curas tollat, nibil fuerit reliquum, pr̄ter fastum, molliciem, laſciuiam, luxum, ferocitatem, imperitiā. Atq; ad iſta nihil proſum opus te. Verum quoniā tibi barba ingens propendet à mento, quoniamq; uultu ipſo graue quiddam & uenerandum pr̄te fers, tum quia pallio Græcanico decenter amittus es, noruntq; iam omnes te grammaticum eſſe, ſeu rhetorem, ſeu philofophum, pulchrū ille ſibi putat, ut et eiusmodi quifpiam, anteambulonū ſuorum pompa permixtus eſſe uideatur. Futurum enim hac re ut Græcanicarum disciplinarum ſtuđiosus, reliquaq; omnis doctrine neq; negligens, neq; rudis eſſe putetur

putetur. Vnde fit ut in periculum vir egregie uenias, ne non tam ob admirandas illas artes, quin magis ob barbam palliumq; conductus esse uideare: proinde ut perpetuus apud illum conficiaris oportet, neq; absis unquam uerum ut diluculo relictis stratis, in famulitio temet exhibeas conficiendum, neq; locum in acie deseras. Porro ille iniecta nonnunquam tibi manu, quis quid forte in mētem inciderit, de hoc tecum nugatur, obuijs ostentans, quām ne per uiam quidē ingrediens, incurius sit literarū, quin ut illud ipsum etiam otium, quod inter inambulandum datur, in re qua piām honesta colloget. At tu miser interim, nūc cursim, nunc grādatim, nunc scansim plerung; nūc descensim (Nam scis buiusmodi esse urbem) obambulans, tum sudas, tum spiratum anhelus trabis. Deinde illo intus cum amico quo piām, ad quem accessit, confabulante, quū tibi interim locus desit, ubi uel absidere queas. librū uidelicet stans in manū sumis, quoq; fallas tedium, legis. Post ubi ieius num te sūtientemq; nox occupauit, incōmode lotus, in tempeste, puta nocte ferme concubia, ad cœnam accidis, haud perinde deinceps in precio habitus, neque conficiendus bis qui adsunt. Verum si quis aduenerit recentior, tu post tergum reijceris. Itaq; in angulum aliquem abiectissimum retrusus, accumbis, testis duntur ac spectator eorū que apponuntur, canum ritus ossa circumrodens, si fors ad te perueniat, uel aridum malum foliū, quo reliqua inuoluunt, si fastidiatur ab ijs

qui supra te accumbūt, præ fame libenter arrepturæ.
 Audi iam & aliud contumelie genus. Quid quod ne
 ouum quidem soli tibi apponitur. Neq; enim conuenit,
 ut tu semper eadem requiras, quæ hospitibus atq; igno-
 tis ministrantur, quandoquidē bæc tua sit infelicia atq;
 imurbanitas. Neq; autis eiusmodi tibi apponitur, qualis
 alijs. Verum dixisti illi pinguis & succulēta, tibi pullus
 dimidiatus, aut palumbus aliquis aridus atq; insipidus,
 non autis uidelicet, sed manifesta contumelia ludibrii
 umq;. Neq; uero raro fit, ut si quando defit alibi, mini-
 ster repente te inspectate submouens ea, quæ tibi erāt
 apposita alijs apponat: illud tibi ad aurem immurmur-
 trans, tu prosc̄to noster es. Quod si quādo interim dis-
 secetur, uel porca fœta, uel cœruus, aut strūctorem tibi
 modis omnibus propitium habem oportet, aut certe
 Promethei partē frēs: nempe ossa adipe circumiecta.
 Nam quod ei qui supra te accumbit patina finitur ad-
 stare, quo ad satiatus repudiet, te contrata tam celeriter
 prætercurrat, qui tandem isthuc ferat, qui modo sit in-
 genuus, cuiq; tantū insit bilis, quantū uel cœruis adest.
 Atq; illud equidē nondū dixi, quod reliquis suauissimū
 ac uetustissimū uinū bibentibus, tu solus malū quoddā
 et pinguis bibis. Proinde illud semper curas, ut auro, ar-
 gentō ue bibas, ne colore prodente, palam fiat, te usq;
 adeo cōtemptū neglectumq; esse coniuā, quanq; bene
 tecum ageretur, si uel illud ipsum ad satietatē usq; bi-
 bere liceret. At nunc ubi crebrius poposceris, nō inītē
 audisse

audisse dissimulat. Adde iam multas interim & alias
 esse res, quae te discrucient, imo nihil esse ferme, quod
 non sit acerbum, maxime quū tibi cinēdus aliquis au-
 tes fertur, quin pluris te fit is, qui saltandi docet artem,
 qui iocos Ionicos contexit Alexandrinus quispiam ho-
 munculus. Nam qui tibi sp̄eres tu ut in accubitu æque/
 ris ijs, qui uoluptates & amatoria submittiātrant? qui
 literulas in pectore gestant? Proinde in obscurō quopi
 am conuiuij latibulo tectus, prēq; pudore abstrusus, su-
 spiras, uti coniectandum est, teq; ipsum deploras, ac for-
 tunam incusas tuam, quæ tibi ne pauxillulum quidem
 lepōris ac uenustatis asperserit. Ac prorsus ita uideris
 affectus, ut optes poeta fieri, ut amatoria conscribas
 cantiones, aut si id non contingit, uel cam assequi facul-
 tam, ut possis ab alijs conditas digne canere. Vides
 enim quibus in rebus situm est, ut quis efferratur, pluris
 miq; fiat. Quin ex illud ferre queas, ut magi quoque,
 aut arioli personam (si necesse sit) induas, ex horū ge-
 nere qui amplas hereditates, qui imperia, qui cumula-
 tas opes pollicentur. Quandoquidem hos quoq; uides
 nō mediocriter à diuitibus amari, plurimiq; fieri. Eoq;
 uel unūquodlibet horū fieri percupias, uti ne prorsus
 reijulus, atq; inutilis apparcas. At qui ne ad ista quidē
 docilis es infelix: proinde submittas te oportet, muſi/
 tesq; actacitus feras, clam apud te plorās, ac neglectui
 habitus. Etenim si te famulus aliquis susurro defrat, q; fo-
 lus omniū nō laudaris puerū herē saltatē, aut cithara

eanentem, ista scilicet ex re non leue discrimen impo-
 det. Quapropter terrestris in morem rana sitionis uol-
 cifereris necesse est, id operam dans, ut in laudantium
 numero insignis ac præcipuus apparet. Qui in sepicus
 le, silentibus reliquis, tibi facta quedam laus proferen-
 da: queq; multam sapiat assentationem. Nam uero ma-
 gnopere ridiculum est, cum esurias interim fitiasq; un-
 guentis collini, ac uertice gestare coronam. Si quidem
 id temporis nō dissimilis uidere sepulchrali columnæ,
 uetus cuiuspiam cadaveris, que gestare solet ea, que
 manibus inferuntur. Nam huic infuso unguento, impo-
 sitaq; corona ipsi et bibunt, et edunt apparatus epu-
 las. Porro si etiam zelotypus quispiam fuerit, sintq; illi
 uel pueri formosi, uel uxor pucella: neque tu prorsus à
 Venere Gratiasq; fueris alienus, profecto nō sat is tutæ
 res, neq; periculum negligendū: propterea quod regis
 plures sunt oculi, qui quidē nō uera solū uidēt: sed sem-
 per ueris aliquid addūt ad cumulū, ne conniuere uide-
 antur. Quas ob res, uultu demisso tibi est accumbendū:
 quemadmodū in Persicis cōuiuijs fieri mos est, uerito,
 ne quis eunuchus sentiat te in concubinā aliquam con-
 iūcientem oculos: moxq; alter eunuchus, cui iamdu-
 dum arcus in manutensus est, quia uideris que uidera
 nephas, inter bibendum, malam iaculo transfigat. Nam
 peracto conuiuio, ubi paululum dormieris: ad galli can-
 tum ex parte factus: O me miscrum inquis, ó infortuna-
 tum, cuiusmodi quondā cōuictus: quos amicos reliqui:
cum

cum uitam tranquillam & oculi plenam, somnum quem
 me apte cupiditate metiri soleo, deambulationes liber-
 ras, atq; ex his in quale barathrum memet precipitem
 dedi? Et deum immortalē: cuius tandem rei gratia?
 Aut quod nam istud magnificum prēmium? At ne fieri
 quidem potuit, ut mihi unquam aliās plures commo-
 ditates suppeterent quam tum suppeterant. Tum autē
 accedebat libertas, atq; omnia pro me apte arbitrio fa-
 ciendi facultas. Nunc porrò iuxta id quod proverbio iā
 statū est: Leo chordula uinctus sursum ac deorsum cir-
 cumstror. Quodq; omnium est miserrimū, maximeq;
 deplorandū, neq; efficere possum ut placeam, neq; gra-
 tiam emereri queo: propterea quod harum rerum sum
 imperitus ac rudis, maxime compositus collatusq; cum
 his qui bēc uelut artem profitentur. Proinde iniucun-
 dus sum, ac neutiquam aptus conuiuijs, quippe qui ne-
 risum quidē concitare norim. Quin etiam sentio me nō
 raro molestum esse & importunum, quum adsum, ma-
 xime, quum ipse scipso festiūor esse conatur. Nam illi
 tetricus uideor. In summa nullā inuenio miā, qua me illi
 accōmodem. Etenim si meā ipsius autoritatē ac severi-
 tatem tueri pergo, iniucundus uideor, ac propemodiū
 borrendus ac refugiendus. Contra si risero, uultumq; q;
 possum maxime ad hilaritatem composuero, fastidit il-
 lico ille, & auersatur. Ac prorsus tale quiddam mībi
 uidetur, quale sit, si quis in persona tragicā comediam
 agere tentet. Postremo quam tandem aliam uitam mībi

viuam demens, posteaquam hanc presentem alterius
 exercitum? Dum haec tecum loqueris, iam sonuit tintinablis
 lum, iamq; ad eadem tibi redeundum est, obambulan-
 dum, standum, sed ceromate inunctis ante femoribus po-
 plitibusq;, si modo uelis par esse certamini, premioq;
 tollendo idoneus Deinde conuiuū idem & eadem ap-
 paratum hora. Iamq; adeo diuersa uiuendi ratio super-
 rioriūq; contraria, tum insomnia, sudor, defatigatio, pan-
 latum quasi suffosis cuniculis inducunt uel tabem, uel
 pulmonis exbulcerationem, uel intestini tortura, uel
 egregiam illam podagram, Reluctaris tamē sedulo, ac
 frequenter quum ualeatudo poscat uti lecto decumbas,
 ne hoc quidē licet, eo quod aſſimulari morbus quo mu-
 nia officiaq; iusta defugias existimatur. Hinc præter
 omnes perpetuo palles, ſemperq; iamiam morituro ui-
 dere ſimilis. Et bactenus quidem de his que domi fe-
 renda ſunt. Quod ſi quando fuerit peregrinandum (ut
 ne interim referam alia incommoda ſepe fit, ut pluuiio
 cælo, ubi poſtremus ueneris (Nam is locus tibi forte co-
 tigit) uehiculum opperiaris, donc nullo iam reliquo
 loco ubi diuerferis, proxime coquum aut heræ compte-
 rem te reclinant, ne ſtipulis quidem affatim ſubstratis.
 Neq; uero tibi referre grauabor, quod mihi Theſmo-
 polis iſte Stoicus narrauit ſibi accidisse, rem proſecto
 nimisquam ridiculam, que tamen eadem poſſit & alij
 cuius accidere. Conuiuebat enim cum opulenta qua-
 dam ac delicate muliere ex iſtis iſtis & urbanis.

Eam

Eam, quum aliquando peregre proficisceretur (nam id primum aiebat sibi maximopere deridiculum accidisse) in curru sibi uiro nimirum philosopho adiunxit, scicinædum quempiam picatis cruribus, derasa barba. Qæcum illa honoris (ut conijcio) gratia secum ducebat. Quin nomen quoque cinædi commemorabat. Aiebat enim Chelidonium uocari. Iam primum illud cuiusmodi fuerit uide: iuxta uirum scuerum tetricumq; tum scernem canoq; mento (Scis autē quām profundam ac uenerabilem barbam habuerit Tbesmopolis) affidere nibili hominem et effæminatum, picturatis oculis, lubrie co multa, fracta ceruice, nō Chelidonem per Iouem, id est hirundinem, sed uulturē magis, reuulsis barbae plus mis. Quod ni magnopere illū fuisset deprecatus, ne fasceret, futurū fuisse ut flammam etiam in capite gestans affideret. Præterea autem perpetuo hoc itinere ualestis innumerabiles pertulisse scse, illo cantillante gariienteq; demū (nisi idem hominem coercuisset) in rhe da ctiam saltante. Addebat secundo loco tale quiddam sibi fuisse mandatū. Accersito illi mulier Tbesmopolis inquit, ita tibi dīj bene faciant, magnum quoddam officium abs te requirā, quod caue recuses, neq; expectes ut quicquā tē sim rogatura studiosiss. Atq; hoc (ut est credibile) omnia se facturum pollicito: hoc inquit, te rogo quandoquidem uidco te uirum probum, diligenter amantem, caniculam quam nosti Myrrbinam, in uehiculum recipe, eamq; mibi serua, curans ne quid

quid illi desit. Nam misera grauida est, atq; adeo prope modum iam propinqua partui. At isti scelsti & imorigeri ministri, non dicam huius, sed ne mei quidem ipsius magnopere rationem habent in peregrinationibus. Quare ne te putas mibi mediocre beneficium facturum, si charissimā mihi iucundissimāq; caniculam seruas. Recepit Thesmopolis quū illa tantopere rogaret ac propemodum etiam sicutet. Porro spectaculum erat supra modum ridiculum. Canicula ē pallio promensus prospectansq; paulo infra barbam ac subinde immixiens (tametsi hac quidem Thesmopolis reticuit) ac gracili uoce latrans huiusmodi enim catellæ iam in deliciis sunt) neq; non philosophi mentū oblingens, maxime si quid pridiari iuris inbereret. Porro Cinedus affessor ille, quem non insulte super conulium disteria quadam iecisset in eos qui aderant, ac denique & ad Thesmopolim usq; dicacitas peruenisset: de Thesmopolide, inquit, unum hoc possum dicere, cum ē Stoico Cynicum iam nobis esse factum. Evidem audiui caniculam etiam peperisse in Thesmopolidis pallio. Huiusmodi deliciis illudūt, uel (ut uerius dicam) huiusmodi contumelijs ac ludibrijs tractant eos, qui cum ipsis uiuunt, paullatim eos cicures ac mansuetos ad ferendas contumelias reddentes. Præterea autē & Carbarorum Oratorem novi, qui iussus super eornam declamabat, necumquam ineruditè per Iouem, imò grauiter & absolutoriū, ac laudabatur interim ab illis bibentibus, quum

non ad aquæ modum, sed ad uini amphoram oraret. Ac que cam molestiam, ob ducentas drachmas perpeti ferrebat. Verum bæc quidem fortassis ut cunq; tolcran da. Porro si diues ipse, aut poeticus fuerit, aut historicus, qui sua ipsius scripta in conuiuio recitare gauderat: tum uero maxime futurum est, ut discrucieris ac disruptur pars. Nempe quum admirari, quum assentari, quū nouos quosdam laudandi modos comminisci necesse habes. Sunt autem qui ex formæ nomine studeant admirandi uideri. Eos nunc Adonidas, nunc Hyacinthos appetentes necesse est, etiam si illis naris nonnunquam cubitali biet specu. Quod ni laudaris, protinus in lapidicinas Dyonisiacas aportaberis, tanquam qui illi tum inuidas, tum insidieris, maleq; uelis. Ad hæc et sapientes et rhetores sint necesse est. Quod si etiam rustice quippiam dixerint, tum uero iuxta illud, quod dici solitum est: Atticæ atq; Hymetti plenam orationem uideri uolunt, atq; in legem abire, ut deinceps ita loquuntur homines. Quanquam que uiri faciunt, ferri forsitan queant. At uero mulieres (nam mulieribus etiam illud studio est, ut doctos aliquot in suo conuictu conductios habeant, quiq; se se mercede assertentur) quandoquidem hoc quoq; ad reliquum cultum, elegantiamq; pertinere putant, si dicantur eruditæ, si philosophi, si carmina componere Sapphicis haud multo inferiora, ob hæc sanè hæ quoq; conductios Rhetores, Grammaticos, Philosophos circumferunt. Hos autem audire solum

§66 LVC. DE MERcede CONDV.

lent (id quod ipsum est ridiculum) tum temporis, quem uel comuntur, aut capillos in orbem religant, uel in cō
silio. Nam aliās non suppetit illis ocium. Porrò sēpe
numero fit, ut interim dum Philosophus quipiam dis
serit, interueniens ancilla, literulas ab adultero porri
gat. Ac praeclari illi de pudicitia sermones intermis
tuntur, opperientes donec illa rescripscerit adultero, at
que ita redeat ad auditionē. Porrò si quando post mul
tum temporis instantibus saturnalibus, aut panathe
tæis, misera quæpiam umbella tibi mittatur, aut tuni
cula semiputris ac dextrita, tum deniq; plurima mifiten
tur oportet. Atq; aliquis qui statim subauscultat, he
rem id facere destinantem, præcurrit, ac primus rei im
dex, abiensq; non exiguum p̄cium auferat qui renun
ciat. At mane plus tredecim te adeunt idem appor
tantes nuncij: quorum quisq; commemorat quām mul
ta dixerit, quemadmodum submonuerit, quemadmodū
adhortans commodiora subiecerit. Omnes itaq; donati
ti p̄remio discedunt, at non sine murmure tamen, qui
non plura dederis. Porrò salariū ipsum sex fermē obo
lorum. Idq; si tu postules, grauis atq; importunus habe
ris. Proinde quo illud aliquando auferas: primum ipsi
bero adulteris, supplexq; fias necesse est: deinde captan
dus et dispensatoris fauor. Nam hoc quoq; quoddam
est seruitutis genus. Neq; uero negligendus is, quem in
consilium adhibet, neque item amicus. Deinde quod
acceperis, iam dudum debebatur uel uestiario, uel mer
dico

dico, uel cerdoni cuiquam. Vnde sit ut sera atque intene
pestina, etq; imutilia premia tibi accedant. Ceterum
inuidia ingens. Iamq; etiam calumniae quedam paular.
cum struuntur in te, apud hominem qui iam non inuitis
auribus accipiat, siquid aduersum te dicatur: Quippe
qui perspiciat te laboribus affiduis iam detritum, &
ad obscunda munia famulatus claudicantem, atque ob/
audientem, ac podagra subinde grauari. Proinde po/
ste aquam id quod erat in te florentissimum decerpit,
etq; partem maxime frugiferam ac precipuum cor/
poris uigorem detriuit, iamq; te lacerum panniculum
reddiderit, tu modis omnibus circumspicit in quod ster
quilinium te portatum abijciat, atq; alium perferendis
laboribus idoneum, in tuū substituat locum. Ibi insinua/
latus, uel quod pusionem illius tentaris: uel homo
senex uxoris ancillam virginem uitiaris: uel alio quo/
uis imposito crimine, noctu obuolutus ac preceps das/
tus extruderis, discedisq; desertus ab omnibus, atq; om/
nium inops rerum optimam podagram una cum senes/
cta comitem ducens. Quum interim que quondam sci/
ueris, tanto temporis spacio dedidiceris, tum uentre cu/
leo reddideris ampliorem, tibiq; paraueris inexplebile
quoddam & implacabile malū. Etenim gula ea quibus
assuevit, flagitat. Quae cū negantur, indignatur. Adde
quod præterea nemo te posthac recepturus est in fami/
lia, utpote cuius iam præterierit ætas, quiq; similis eua/
seris equis senio affectis, quorū ne pellis quidē perinde

ut aliorum animantū est usui. Quin ex hoc ipso quod
cictus es, calumnia quām potest proxime ad uerissimi-
litudinem conficta, facit ut aut adulter, aut ueneficus,
aut aliud quippiā tale uidearis. Nam accusatori uel ta-
centi fides habetur. Tu uero Græculus, moribus leuis
bus, et ad omne facinus facilis. Siquidē buiusmodi nos
omnes esse ducunt, idq; iure optimo: uidetur enim mibi
causam aduertisse, quamobrem eiusmodi de nobis obti-
ueant opinionem. Nam pleriq; qui in familias accedunt,
propterea quod alioqui nibil bone rei didicerunt, diui-
nationem ac maleficia profitentur, conciliationē amor-
rum, abductiones imhostes, atq; id quum faciant, doctos
sc̄e affirmant, pallijs amicti, barbisq; neutiquam con-
temnendis onusti. His rebus fit, ut non iniuria candens
de reliquis omnibus habeant opinionem, quando eos
quos præcipuos esse iudicant, uident tales. Maxime
uero, posteaquam animaduerterint, quām sint in comi-
sijs, reliquoq; conuictu adulantes, quām ad lucrum hu-
miles ac seruiles: deinde cictos eosdem iam oderunt,
neq; id iniuria, ac modis omnibus admittuntur, ut eos
funditus perdant, si quo modo possint. Verentur enim,
ne cuncta illa uite suæ mysteria in uulgas efferat, quip-
pe qui nibil non exacte norint, quiq; illos nudos con-
spexerint. Ea res igitur illos male angit. Omnes enim
similes sunt pulcherrimis istis libris: quorum aurei qui-
dem umbilici, purpurea foris pellis: ceterum intus aut
Thycetes est liberos in cōmiso comedens, aut Oedipus
matri

matris maritus, aut Tercus cum draconibus pariter sorori bus rem habens. Eiusmodi sunt et illi, splendidi, conspicuique. Porro intus sub purpura uarias oculunt Tragædias. Quorum unumquemque si euolueris, explicuerisque, fabulam non mediocriter longam reperies, Euripidis cuiuspiam, aut Sophoclis. Contra foris nihil nisi purpura splendida, aureique umbilici. Harum itaque rerum sibi cōscij oderunt illos, atque insidias parat, si quis penitus ab illis defecerit, qui eos probe cognitos depingat, quales que sint euulget. Iam uero libet mihi Cebetis illius exemplo et imaginem quandam huius uite tibi depinge re, ut eam contemplatus scire queas, num ex usu tuo sit eam adire. Evidem magnopere cupiam uel Apollinem quempiam, uel Parrhasium, uel Actionem, uel Euphranorem ad banc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri potis non est, ut aliquem artificem tam egregium atque absolutum nanciscamur, in præsenti tenuem quandam pro mea uirili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur uestibulum sublime atque inauratum, neque id humi situm in solo, uerum procul à terra in edito collis fastigio. Præterea inaccessum fermè et abruptum, lubricoque aditu, ita ut plerique qui se iam ad summum usque uerticem penetrasse sperant, lapso pede precipitati ceruicem frangant. Intus autem opulentia sedeat, tota (sicuti uidetur) aurea, maiorem in modum formosa, atque amabilis. Porro amator ubi uix tandem concendet, iamque ad fores accesserit, obstupescat.

370 LVC. DE MERcede CONDVc.

cat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, que & ipse
specioso uultu est, ac uersicoloribus amicta, manu pre-
bensa introducat, mire iam ipso ingressu attomita.
Atq; ab eo quidem tempore Spes usque illum anteces-
dat, ducatq; tum alic mulieres illum excipientes, puta
Fallacia, Seruitusq; tradant Labori. At is miserum per-
nitus defatigatum tandem Senecte tradat iam morbi-
dum, colorcq; commutato. Postremo Contumelia, ar-
reptum illum ad desperationem pertrahat. Ex hoc qui-
dem tempore Spes auolans euanescat. Tam ille nō per
aureum illud atrium per quod ingressus fuerat, sed per
posticum quoddam, & occultum exitum extrudatur
mudus, uentricosus, pallidus, senex, leua quidem pudor-
rem occultans, dextra uero scipsum strangulans. Oci
currat autem exenti Pœnitudo frustra lachrymans,
& miserum bis etiam cōficiens. Atq; hic quidem esto
picturæ finis. Ceterum tu Timocles optime, ipse dili-
genter consideratis singulis expende, nū ē re tua sit ut
in hanc imaginem per aureas illas fores ingressum, per
illas longe dissimiles tam turpiter exutiaris.

Quicquid autem feceris, memineris sa-
pientis illius, qui dixit: Deum in
culpa non esse, uerum qui
sua sponte delegerit.

HIERONYMO

HIERONYMO BVSLI³⁷¹

DIANO PRAEPOSITO ARIENSI

Consiliario Regio Eras. Rotcrod. S. P. D.

V M O R iam pridem hic persuerat, acer
R bior quam ut uerū esse libeat credere, sed
cōstantior tamē, quam ut manus credi pos/
fit, PHILIP. principem nostrum, ē uiuis excessisse.
Quid querar mi Buslidiane, quid uociferer, quē incus/
sem, hominumūc, Deumūc? Quæ cōploratio tam Trag/
gica, quæ buic tam atroci uulneri sufficiat? Nimio, heu
nimio constitistis Hispaniæ, que quidem primū Frans/
ciscum Buslidianum Archiepiscopum Bizontinū nobis
ademistis, neq; tanti uiri iactura contentæ, principem
etiam cum absorbuistis, quo si uiuere modo licuisset) ni/
bil unquam babuit hic orbis, neq; maius neque melius.
Quanquam quid, quæso, supererat etiam adolescentis
nisi uti iam ipse se se superaret? Sed ô dirum fortunæ lu/
dum, ô nouam factorum inuidentiam, ô mors quam ini/
qua, tam etiam inuida ut semper prestantisima que
que quam oxybime tollis ē medio uixq; oculis ostensa
protinus subducis. Cuius ego uicē hic potissimū deplo/
rem: MAXIMILIANI ne patris, qui talis sit orba/
tus filio, quem unum multis etiam imperijs antepone/
bat? An liberorum magis, quibus etate tam immatura,
tam pius sit erexit pater? An patriæ potius, cui de/
charissimo principe, tam serum gaudium, tam præpro/
perus contigerit luctus? An orbis demum uniuersi, cui

M. D. VI

CHENNAI MONKS

CNEMONIS AC DA-

MIPPI DIALOGVS, DRS. ERAS/

mo Roterodamo interprete.

C N E M O N .

O C illud est quod uulgo dici consuevit,

Himulus leonem. D A M . Quid istuc est,
quod tecū stomachare Cnemon: C N E .

Quid stomacher rogas? E quidē heredem reliqui quendam preter animi sententiā, uidelicet astu delusus miser, ijs quos maxime mea cupiebam habere præteritis. D A M . Sed isthuc quinam euenit? C N E . Hermolaū nobilem illum diuitē, quū orbus esset, imminente morte captabam, affidens atq; inscruiens. Neq; ille grauatum officium meum admittebat. At interim illud quoq; mihi uisum est scitum, consultumq; ut testamentum proferrem, ac publicarem, quo illum rerum mearum in solidam heredem institueram, nimurum ut ille uicifim edem faceret, meo pronocatus exemplo. D A M . At quid tandem ille? C N E . Quid ille suo in testamento scripserit, id quidē ignoro. Cæterū ego repente atq; insperato ē uita decepsi, tecti ruina oppressus, Et nūc Hermolaus mea poñidet, lupi cuiuspiam in morem ipso habeo cū esca pariter anulso. D A M . Imò nō escam modo cum habeo, quinetiam te quoq; pescatorem simul abstulerit. Itaq; tecnam istam, in tuū ipsius caput struxeras. C N E . Sic apparet, idq; adeo deploro.

A 3 ZENOPH.

ZENOPHANTAE ET
CALLIDEMIDAE DIALOGVS,
Def. Erasmo Roterod. interprete.

ZENOPHANTES.

Tu Callidemides, quo pacto interisti?
 A Nam ipse quemadmodum Dini e parasit
 tus quum esset, immoda ingurgitatione
 prefocatus fucrim, nosti, aderat enim morienti. C A L.
 Aderam Zenophantes. Porro mibi nonum quiddam,
 atq; inopinatum accidit. Nam tibi quoq; notus est Ptæodo
 dorus ille senex. Z E N. Orbum illum dicas, ac diuitem,
 apud quem te assidue uersari conspiciebam? C A L. Il
 lum semper captabam, colebamq; id mibi pollicens fo
 re, ut meo bono quam primum moreretur. Verum quia
 caries in longum proferretur, sene uidelicet, uel ultra
 Titbonios annos uiuente, cōpendiariam quandam ex
 cogitauit uiam, qua adheritatem peruenirem. Si quis
 dem empto ueneno, pociulatori persuaderam, ut simili
 atq; Ptæodorus potum posceret, bibebat autem proli
 xius, præsentius in calice iniiceret, baberetq; in prom
 ptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iure iurando con
 firmabam, me illum manumissurum. Z E N. Quid igit
 tur accidit? nam inopinatum quiddam narraturus mi
 bi uideris. C A L. Vbi iam loti uenissimus, puer duos
 bus partis poculis, altero Ptæodoro cui uenenu erat
 additum

additum, altero mibi, nescio quo modo errans, mihi uer
nenum, Ptoeodoro porrexit innoxium. Mox ille quidem
bibit, at ego protinus humi porrectum stratum sum, sup
posititum uidelicet illius loco funus. Quid hoc? Rides
Zenophanta? At qui non conuenit amici malis illude
re. Z E N . Rideo profecto, nam eleganter ac lepide tis
bi hec res euenit. Porro senex ille, qd interim? C A L .
Primum ad casum subitum atq; inexpectatum sane co
turbatus est. Deinde simulatq; intellectus, id quod acci
derat, puma pucillatoris errore factum, risit et ipse.
Z E N . Recte sane. Tametsi non oportuit ad compen
dium illud dixertere, si quidem uenisset tibi populari,
mulgataq; uia, tutius certiusq; etiam si paulo serius.

MENIPPI ET TANTALI DIALOGVS

Des. Erasmo Roterdamo interprete.

MENIPPVS.

VID ciulas ô Tantale, aut quid tuam de
ploras fortunam, stagno immines? T A N .
Quoniam siti enecor Menippe. M E N .

Usque adeo piger es atq; iners uti non uel pronus in
cumbens bibere noris, uel caua uola bauriens? T A N .
Nihil pro fecero si procumbam: refugit enim aqua si
mulatq; me proprius admoueri senserit. quod si quando
hausero, oriq; coner applicare, prius effluxit qd summa
rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua, haud scio

A 4 quomodo

quomodo rursus manum meam aridam relinquit. M E N I P P . Prodigiosum quiddā de te narras Tantale: uerū dic mihi isthuc ipsum, quorū opus est bibere, quum corpore careas: nam illud quod esurire poterat, aut sifire, in Lydia sc̄pultū est. Ceterū tu quum sis animus, quinam posthac aut suire quæs, aut biberet. T A N T . At qui hoc ipsum supplicij genus est, ut anima perinde quasi corpus sit, ita sicut. M E N . Age, hoc ita habere credamus, quandoquidē affirmas te sibi puniri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Nū metuis ne potus inopia moriare? At cūquidē baud video alteros inferos, si quis hos relinquat, neq; locū aliū in quē morte demigret quispiam. T A N T . Recte tu quidem dicas: uerum hoc ipsum supplicij genus est, sifire, quū nihil fit opus. M E N . Desipis Tantale, & uti uerum tibi fatcar, non alio potu uideris egere quam ueratro mero: nam diuer sum quiddam pateris, ijs quos canes rabiosi mordes-rint, ut qui non aquam, quemadmodū illi sed sicut hor-reas. T A N T . Ne ueratrum quidem recusarim bibere Menippe, si liceat modo. M E N . Bono es animo Tan-tale, certū habens nunquam fore, ut uel tu, uel reliquo-rum Manium quispiam bibat: Nec enim fieri po-test: quanquam nō omnibus quemadmodū tibi, pena adiudicata est, ut sicut-ant, aqua illos non ex-pestante.

MENIPPUS

MENIPPI AC MERCVRIS DIALOGUS,
gus, Des. Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS

A *T*ubinā formosi illi sunt, ac formosae Mercuri? ducito me docetoq; , ut pote recens buo profectum hospitem. M E R . Haud mibi licet per ocū Menippe, quintu isthuc ipso ē loco dextrorsum oculos deflecte. Illic et Hyacinthus est, et Narcissus ille, et Nireus, et Achilles, et Tyro, et Helena, et Leda, breuiter quicquid est ueterū formas rum. M E N . Evidem præter ossa nibil video, caluas riasq; carnibus renudatas, inter que omnia nibil sit omnino discriminis. M E R . At qui bæc sunt que poete cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet que tu uides contemnere. M E N . At Helenā saltem mibi com monstra: nam ipse quidem baud queam dignoscere. M E R . Haec uidelicet caluaria, Helena est. M E R . Et huius scilicet obis gratia, mille naues ex uniuersa Grecia, acto delectu, sunt impletæ, tantaq; tum Græcorum, tum Barbarorum multitudo confixit, tot urbes sunt cuerse: M E R . Cæterū Menippe non uidisti mulierem hanc uiuam, quod si fecisses, forsitan dices tu quoq; uitio dandum non esse,

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui si quis flores etiam arcfactos marcidosq; contempletur, posteaquam coloris decus abiecerint, defor

A S mes

nos nimirum videantur. At ijdem donec florent color,
remq; obtinent, sunt speciosissimi. M E N . Proinde il/
lud iam demiror Mercuri, si Greci non intellexerunt
se se pro re usque adeo momentanea, queq; tam facile
emarcesceret elaborare. M E R . Haud mibi uacat te/
cum philosophari, quare delecto loco ubi cunq; uelis,
prosterne temet ac recumbe, mihi iam alie sunt tra/
ducenda umbra.

MENIPPI, AMPHILOCHI, TROPHO/
nij Disceptatio, Des. Erasmo Rot. interprete.

MENIPPVS

O S nimirū Trophoni atq; Amphilocbe,
V quum sitis mortui, tamen haud scio quo/
nam modo phanis estis donati, uatesq; cre/
dimini, ac stulti mortales deos esse uos arbitrantur.
T R O . Quid? an nobis igitur imputandū si per infici/
tiam illi de mortuis buiusmodi opinātur? M E N . At/
qui non ista fuissent opinati, ni uos, tum quum uiuere/
tis, ciusmodi quædam portenta ostentassetis, tanquam
futurorum fuissetis prescij, quasiq; predicere potuisse
eis, si qui percontarentur. T R O . Menippe, nouerit
Amphilochus hic, ipsi pro se respondendum esse. Ce/
terum ego Heros sum, uaticinorq; si quis ad me descen/
derit: At tu uidere nunquā omnino Lebadiam adiisse,
neq; enim alioqui ista nō crederes. M E N . Quid ait?
equidem nisi Lebadū fuisset profectus, ac linteis ami/
ctus

Eius, offam ridicule manu gestans, per angustū aditum
in specum irrepsisset, ne quaquam fieri potuisset, ut te
defunctum esse cognoscerem perinde atq; nos, solaq;
præstigiatura reliquos antececellere. Sed age per ipsam
diuinandi artem, quid tandem est Heros? neq; enim in/
telligo. T R O. Est quiddam partim ex homine, pari
tim ex deo compositum. M E N. Nempe quod neque
sit homo, quemadmodum audio, neq; deus, uerum pari
ter utrungq;. Ergo dimidia illa tui, ac diuina pars, quo
nūc receffit? T R O. Reddit oracula Menippe in Bozo
tia. M E N. Haud intelligo quid dicas Trophoni, nisi
quod illud planè uideo, te totum esse mortuum.

CHARONTIS AC MENIPPI DIALOGI

gus, Des. Erasmo Roterdamo interprete.

CHARON

E D D E naulum scelestē. M E N. Voci
R ferare, siquidem istibuc tibi uoluptati est
Charon. C H A R. Redde, inquam, quod
pro traiectione debes. M E N. Haudquaquam aufer/
re queas ab eo qui non habeat. C H A R. An est quis/
quam qui ne obulum quidem habeat? M E N. Sit ne
alius quissiam preterea, equidē ignoro, ipse certe non
habeo. C H A R. Atqui prefocabo te per Ditem im/
purissime, i reddas. M E N. At ego illiso baculo tibi
commiuam caput. C H A R. Num ergo te tam longo
traicatu gratis transuexero? M E N. Mercurius meo
nomine

nomine tibi reddat, ut qui me tibi tradiderit. M E R. Belle mecum agatur per louem, siquidem futurum est, ut etiam defunctorum nomine persoluam. C H A R. Haud omittam te. M E N. Quin igitur uel huius gratia perge ut facis, nauim trahere: quanquam quod non babeo, quinā auferas? C H A R. At tu nesciebas, quid tibi fuerit adportandum? M E N. Sciebam quidem, uerum non erat. Quid igitur: num ea gratia erat mibi semper in uita manendum? C H A R. Solus ergo glos-
riaberis te gratis fuisse transuectū? M E N. Haud gra-
tis ó preclare, siquidem et sentinam exhausti, et res-
uum arripui, et uectorum omnium unus nō ciulari.
C H A R. Ista nibil ad nauum, obolū reddas oportet,
neque enim fas est secus fieri. M E N. Proinde tu me
rursum in uitā reuehe. C H A R. Belle dicis, nimiram
ut uerbera etiam ab Acaco mihi lucrifaciam. M E N.
Ergo molestus ne sis. C H A R. Ostende quid babeas
in pera. M E N. Lupinū si uelis, et Hecatē coenam.
C H A R. Vnde nobis hunc canem adduxisti Mercuri-
i? tam qualia garriebat inter nauigandum: uectores
omnes irridēs, ac differijs incessans, unusq; cantillans,
illis plorantibus. M E R. An ignoras Charon quem
uirum transuexeris: planè liberum, cuiq; nihil omnino
curae sit. Hic est Menippus. C H A R. Atqui si unquam
posthac te recepero. M E N. Si receperis ó preclare:
ne posbis quidem iterum recipere

CRATE TIS

C R A T E T I S A C D I O G E N I S D I A L O
gus, Dcs. Erasmo Roterdamo interprete.

C R A T E S

O E R I C H V M diuitem, nouerásne Diogenes? illum, inquam, supra modum diuitem, illum Corinbo profectū, cui tot erat names onus et mercibus, cuius consobrinus Aristes, quum ipse quoq; diuēs eſſet, Homericum illud in ore ſo lebat babere,

Aut me confice tu, aut ego tete.

D I O G . Cuius rei gratia ſcīe captabant iuicem Cra tes. C R A T . Hæreditatis cauſa, quā eſſent aequales, utcrq; alterum captabant. Iamq; teſtamenta publicar uerāt ambo, in quibus Mærichus (ſi prior moreretur) Aristeam omnium rerum ſuārum domiuum relinquebat, Mærichum uiciſim Aristes, ſi quidem ipſe prior ē uita decederet. Hæc igitur quā eſſent in tabulis ſcri pta illi inter ſcīe captabant, & alter alterum adulatio nibus obsequijsq; ſuperare contendebat. Porro diuini, bauſcio utrum ex astris id quod futurum ſit coni ciantes, an ſomnijs, quemadmodum Chaldæi faciunt: quin & Pythius ipſe, nunc Aristeam uictorē fore pro munciabat, nunc Mærichum, ac trutina quidē intermix ad hunc, interim ad illū propendebat. D I O G . Quid igitur tandem euenit? nam audire eſt operæ preciūm Crates. C R A T . Eodem die mortui ſunt ambo: ceteri

TOMUS

rum hereditates ad Eunomium ac Thrasylem denariorum
 erunt, quorum uterque cognatus illis erat: at qui de his
 nibil predixerant dixini futurum, ut tale quippe ac
 cideret. Etenim quum Sicyone Cirrham uersus nauigarent,
 medio in cursu, obliquo orto Iapyge, euersa
 nauis perierunt. DIOGENES. Recte factum: at nos quoniam essemus
 in uita, nibil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Ne
 que enim ego unquam optabam ut morcretur Antisthenes,
 quo nimis baculus illius ad me rediret heredem (habebat autem egregie ualidum, quem ipse sibi
 parauerat oleaginum,) neque tu Crates, opinor, desideravas,
 ut me mortuo, in possessionum mearum successio-
 nem uenires, puta dolij ac perae, in qua quidem lupini
 chaenices inerant due. C R A T . Neque enim mibi quicquid
 quam istis rebus erat opus, immo ne tibi quidem Diogenes:
 siquidem que ad rem pertinebat, quaqueque tu Antistheni
 succedens acceperisti, deinde ego succedens tibi, et nimis
 mirum multo sunt potiora, multoque splendidiora, quam
 uel Persarum imperium. DIOGENES. Quenam sunt ista
 que dicas? C R A T . Sapientiam, inquam, frugalitatem,
 ueritatem dicendi, uiuendique libertatem. DIOGENES. Per
 Iouem memini me in istiusmodi opum hereditate An-
 tistheni successisse, tibique eas longe etiam maiores reli-
 quissee. C R A T . Verum reliqui mortales hoc possesi-
 sionum genus aspernabantur, neque quisquam nos ob-
 spem potiundae hereditatis obsequijs captabat, sed ad
 autem omnibus intendebat oculos. DIOGENES. Nec iniuria
 nego

neque enim babebant quo facultates eiusmodi à nobis traditas acciperent: quippe rimosi iam, uitatiq; delicias, non aliter quam uasa carie putria. Quo fit, ut quando quis in illos infundat uel sapientiam, uel libertatem, uel ueritatem, esuat illico perstilletq; fundo quod immisum est continere non ualente. Cuiusmodi quidam & Danai filiabus aiunt accidere, dum in dolium pertusum haustum aquam important: at idem aurum dentibus & unguibus, omniq; ui seruabant. C R A T. Proinde nos hic quoq; nostras possidebimus opes: illi simulatq; huic uenerint, obulum duntaxat secū ferent, ac ne bunc quidem ulterius quam ad portitorem.

NIREI AC THERSITAE DIALOGI

gus, Des. Erasmo Roterodamo interprete.

NIREVS

C C E denique uel Menippus hic index erit, uter nostrum sit formosior. Dic Menippus, an non tibi uideor forma prestantior? M E N. Imò quinam sitis, prius arbitror indicandum, nam hoc opinor scito est opus. N I R. Nireus ac Thersites. M E N. Vter Nireus, uter Thersites? non dum enim uel hoc satis liquet. T H E R. Iam unū hoc uinco, quod tibi sum similis, neq; tantopere me preceulis, quantopere te cæcus ille Homerus extulit, unū omnium formosissimum appellās: quin ego fastigio uertice, rariq; & implexis capillis ille, nibilo te inferior uisus sum arbitro.

uisus sum arbitror. Iam uero tempus est uti pronunci/
es Menippe, utrum altero formosiorem existimes:
N I R. Mirum ni me Aglaia Charopeq; prognatum.

Qui uir pulcherrimus unus,

Omnibus è Grays Prianeia ad Pergamaueni.
M E N. Atqui non item sub terram opinor pulcher/
rimus uenisti, quippe qui reliquis quidem obibus alijs
apparcas assimilis: porro caluaria hoc uno insigni à
Thersite caluaria dignosci posse, quod tua delicate
est ac mollicula: quandoquidem isthuc habes efformina
tum ac neutiū uiro decorū. N I R. Attamen Homerum
percontare, qua specie tum fuerim, quū inter Græcorū
copias militarem. M E N. Tu quidem somnia mibi
narras: at ego ea spēcto quæ video, quæq; tibi adsunt in
præsentia: ceterum ista norunt, qui id temporis uiue/
bant. N I R. Quid igitur tandem? an non ego formos
tor Menippe? M E N. Neq; tu, neq; quisq; alius formo
sus hoc loco: siquidē apud inferos æqualitas est, paresq;
sunt omnes. T H E R. Mibi quidē uel hoc sat est.

DIOGENIS AC MAVSOLI, DES.

Erasmo Roterdamo interprete.

DIOCENES

H E tu Car, quare tandem insolens estis
O biq; places, ac dignum te credis, qui unus
nobis omnibus anteponare? M A V. Priv
ium regni nomine ó tu Sinensis, quippe qui Cariæ
impera

Imperauerim uniuersae, preterea Lydie quoq; gentibus aliquot: tum autem et insulas nonnullas subegressim: Milctum usq; peruenientem, plerisq; Ioniae partibus uastatis. Ad bac formosus eram ac procerus, ac bellis
cis in rebus prouulidus. Postremo, quod est omnium maximum, in Halicarnasso monumentum erectum habeo, singulari magnitudine, quantum uidelicet defunctorum aliis nemo possidet, neq; pari etiā pulchritudine conditum, uiris scilicet atq; equis, pulcherrimo ē falso ad uiuam formam absolutissimo artificio expressis, adeo ut uel phanum aliquod simile haud facile quis inveneriat. Num iniuria tibi videor haec ob res mibi placere atq; effterri? DIOCG. Num ob imperium aīs, ob forsan, atq; ob sepulchri molem? MAV. Per louem ob hec inquam. DIOCG. Atqui ó formose Mausole, neq; uires iam illa, neque forma tibi iam adest. Adeo ut si quacm arbitrum de forme precellentia delegerimus, haudquaquam dicere potis sit, quamobrem tua caluaria mea sit antefrenda: siquidem utraq; pariter tum calua, tum nuda: utriq; dentes pariter ostendimus, pariter oculis orbatis sumus, pariter naribus simis ac sursum hiantibus deformati. Ceterum sepulcrum ac sarcilla illa preciosa, Halicarnasseis forsitan iactare licebit, et hospitibus glorie causa ostentare, tanquam qui magnificam quandam apud se structuram habeāt: uerum quid bīc cōmoditatis ad te redeat uir egregie, nequaquam uideo, nisi forsan illud commoda uocas, quod

LVC. B plus

plus oneris atq; nos sustines, sub tam ingentibus faxis
pressus ac laborans. M A V . Itanc nihil illa mibi con-
ducunt omnia: planeq; pares erunt Mausolus ac Dior-
genes? D I O G . Imò haud pares, inquam, uir clarissi-
mam Mausolus discruciatitur, quoties earū rerum
in mentē ueniet, quibus in uita florere confucuit: at Dio-
genes interim eum ridebit: Atq; ille quidem de suo illo
monumento, quod est in Halicarnasso memorabit, ab
uxore Artemisia atq; sorore parato: contra Diogenes
ne id quidem suo de corpore nouit, nunquid habeat se/
pulchrū. Neg; enim illi res ea cura est, uerū apud viros
excellentissimos sui memoria famamq; reliquit, ut qui
uitam peregerit viro dignā, tuo monumento Carum
abicitissime celsiore, ac tuiore in loco substructam.

SIMYLI AC POLYSTRATI DIALOGUS,
Des. Erasmo Roterodamo interprete.

SIMYLV S

H N I S T I tandem & tu Polystrate ad
nos, quum annos uixeris haud multo pa-
ciores centum, opinor. P O L . Nonaginta
octo Simylic. S I M . Sed quinam triginta istos annos
egisti, quibus mibi fueras superstes. Nam ipse perire
ferme septuagenario. P O L . Quid suauissime profe-
cto, etiam si hoc mirum tibi ridebitur. S I M . Mirum
necro, siquidem tibi primū seni, deinde inualido, postre-
mo etiam orbo quicquam poterat esse in uita suaveſ

P O L

POL. Principio nihil erat quod nō possem, præterea pueri formosi complures aderant, tum mulieres nitidissimæ, unguenta, uniuersum mira fragrans, postremo mensa uel Siculis illis lautiores. S I M. Nona narras, nam ego te planè sordidum ac parcissimum esse sciebam.

POL. Atqui uir præclare, ex alienis arcis opes mibi subscatabant. Tum diluculo protinus q̄ plurimi mortales ad fores meas uentabant, simulq; ex omni rerum genere que terrarū ubiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur. S I M. Num me defuncto regnum gessisti? P O L. Minime, uerum amantes babebam innumeros. S I M. Non possum non ridere: tu ne amantes tantus natu quū essem, uixq; tibi dentes superessent quatuor? P O L. Habebam per louem equidem optimates ciuitatis: quumq; essem tum senex, tum calvus, sicuti uides, præterea lippiens etiam, ac senio cæciens: postremo naribus muccosis, tamen cupidissime mibi inferuiebat, adeo ut is felix uideretur, quemcunq; tui aspexisse modo. S I M. Num tu quoq; quemadmodum Phaon ille, Venerē aliquā ē Chio transuexisti, ut ob id optati tibi illa dederit rursum ad inuentā redire, ac denuo formosum atq; amabilem fieri? P O L. Haud quaq; quim magis quū talis essem, qualem dixi, tamen supra modum adamabar. S I M. Aenigmata narras.

POL. Atqui notissimus est hic amor, quū uulgo sit frequens, nempe erga senes orbos ac diuites. S I M. Nūc tua forma unde tibi profeta fuerit intelligo uir egri-

gie, nimis ab aurca illa Venere. P O L . Veruntamen non parū multas commoditates ab amantibus tuli. Siā myle, propemodū etiam adoratus ab illis. Porrò sepius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nōnullos eorū: interim illi interfese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus, alium aliis anteire nitebatur. S I M . Sed age, de facultatibus tuis quid tandem statueras? P O L . Palam quidē affirmabā, me unūquenq; illorū relicturū heredem: idq; illi quem crederent futurū, certatim se quisq; obsequentiorē atq; adulantiorē præbebat. Ceterū alteras illas uerastabuſ las, quas apud me seruaueram, reliqui, in quib; omnes illos plorare iufi. S I M . At postrema ille tabula quē pronunciabant heredem? num è cognatis quempianes? P O L . Non per louem, in dō nouitium quendam ex forūosis illis adolescentulis, natione Phrygem. S I M . Quot annos natū Polystrate? P O L . Viginti fermē. S I M . Iam intelligo quibus obsequijs ille te demeruit. P O L . Attamen multo illis dignior qui scriberetur heres, etiam si Barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiam optimates colunt captantq;. Is igitur mibi extitit heres, iamq; inter patricios numeratur, subraſo mento, Barbaroq; cultu ac lingua: quin cum Codro generofiorem, Nireo formosiorem, Vlyſſe prudentiorem esse prædicant. S I M . Non laboro, uel totius Greciae sit imperator, si libet, modo ne illi potiam turbereditate.

Veneris

VENERIS ET CUPIDINIS DIALOGUS,
Dcs. Erasmo Roterdamo interprete.

V E N V S

V ID tandem in causa est Cupido, ut quicquid
Q reliquos deos omnes adortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunum, Apollinem,
Iunonem, nec denique matrem, ab una Minervam temper-
res, utque aduersus hanc nec ullum habeat incendiū tuae
faz, et iaculis vacua sit pharetra, tum et ipse arcu car-
reus, neque iaculari noris? C V P. Evidem hanc metuo
mater: est enim formidabilis truculentoque aspectu, ac
ferocitate quadam supra modum virili: proinde si quantu-
do tenfo arcu petram illam, galce cristam quatiens, ex-
pauet facit me, moxque formidine tremere occipio, sic ut
arma mihi e manibus excidant. V E N. Atqui Mars
an non erat hac formidabilior? et hunc tamen supera-
tum exarmasti. C V P. Imo ille cupide me recipit, at
que ultro etiam initat: Verum Minerva semper addis
etis superciliis obseruat: quim aliquando temere ad il-
lam aduolam, faciem proprius admouens: at illa, si quis
dem ad me accesseris inquit, per parentem Iouem, quo-
uis modo te cognoscero, aut lancea te transfigam, aut
pedibus arreptum in tartara dabo precipite, aut ipsa
te discerpam. Plurima item id genus comminabatur:
Ad hec acribus obtuetur oculis, postremo et in pe-
store faciem quandam gestat borrendam, uiperis car-

píllorum uice comatam, hanc nimírum magnopere for-
 mido: territat enim me, fugioq; quoties eam afficio.
 V E N. Esto, sanc, Minervam metuis ut ait, atq; huius
 gestamē gorgona reformidas, idq; quū Iouis ipsius ful-
 men nō formidaueris: ceterū Musæ quā ob causam abs-
 te non feriuntur, atq; à tuis iaculis tute agunt: num C
 be crista quaerunt, aut gorgonas pretendunt? C V P.
 Has quidem reverentia mater, sunt enim uultu pudico-
 ac reverendo, præterea semper aliquo tenentur stu-
 dio, semper cantionibus animam intenū gerunt: quia
 ipse etiam non raro illis affiso, carminis suavitate de-
 linitus. V E N. Esto, nec has adoriris propterea quod
 sint reverenda: et Dianam qua tandem gratis nō uul-
 veras? C V P. Ut breviter dicam, hanc ne depreben-
 dere quidem usquam sum potis, quippe perpetuò per
 montes fugitatem: ad bac alterius cuiusdam sui cu-
 pidinis illa tenetur cupidine. V E N. Cuim ognate?
 C V P. Nempe uenatu ceruorum ex binuolorū, quos
 infestatur ut capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota
 rerum huiusmodi studio tenetur: tametsi frat-
 trem cius, qui nimírum arcu ualeat C
 ipse, feritq; eminus. V E N.

Teneo gnatæ, cum se-
 penumero sagit/
 ta vulne/
 rasti.

Martis

MARTIS AC MERCVRII DIALOGUS,
Des. Erasmo Roterodamo interprete.

M A R S

Vdixisti' Mercuri cuiusmodi nobis mindas
 tuus sit Iupiter? quam superba, quamq; di-
 etu absurdus! Ego, inquit, si uolucro, cathe-
 nam ex æthere demittā, unde si uos suspensi me uide-
 trabere conemini, lusceritis operam: nunquam enim me
 deorsum trabetis. Cōtra ego uos si uelut in altū attrah-
 bete, non uos modo, uerum etiam tum terrā ipsam, tum
 mare pariter subiectum in sublime sustulcro. Ad hæc
 alia permulta, que tu quoq; audisti. At ego, si quidem
 cum uno quolibet singulatim conseratur, ita præstan-
 tiorem cum esse, uiribusq; superiorem, haudquaquam
 negauerim: uerum unū tam multis pariter in tantum
 antecellere, ut cum ne pondere quidem uincere queas-
 mus, etiam si terram ac mare nobis adiunxerimus id
 neutiquam crediderim. M E R . Bona uerba Mars.
 Neq; enim sat tutum est ista loqui, ne quid forte mali
 nobis hæc petulantia conciliet. M A R S . An uero cre-
 dis apud quemlibet hæc dicturum me? Imò apud te so-
 lum id audeo, quem lingue continentis esse sciebam.
 Sed quod mihi maxime ridiculum uidebatur, tum quū
 hæc minitantem audirem, haud queam apud te reti-
 cere. Etenim memineram, quū non ita multo ante Nep-
 tunus, Iuno, ac Pallas, mota aduersus cum seditione,

machinarentar comprehensum illum in vincula compre-
cere, quanto pere formidariit, utq; in omnem speciem
se se uerterit, idq; cum tres duntaxat essent dij. Quod
mi Tibetis misericordia commota, Briareum Centime-
num illi auxilium accersuisset, ipso pariter cum ful-
mine ac tonitru uinctus erat. Hac reputanti mibi ride-
re libebat cius magniloquentiam instantiamq;. M E R.
Tace, bona herba: neq; enim tutum est ista uel tibi di-
cere, uel audire mibi.

MERCVRII ET MAIAE DIALOGVS

Des. Erasmo Roterdamo interprete.

MERCVRIVS

S T uero mater deus quisquam in celo suo
miserior! M A I A. Causa ne quid istius-
modi dixeris Mercuri. M E R. Quid non
dicam? qui quidem tantum negotiorum solus sustine-
am quibus delassor, in tam multa ministeria distractus?
Nam mane protinus surgendum est mihi, statimq; uiri-
rendum coenaculum, ubi dij compotant. Tum ubi curier-
am in qua consultant undiq; struero, ac singula ita ut
oportet cōposuero, ioui necessum est assistere, ac perfe-
rendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum cur-
sitare, insuper quum redeo, puluerulentus adhuc, Amas
brofiam apponere cogor. Porro priusquam nouitius
iste pocillator aduenisset, ego nectar etiam ministrav-
bam. Quodq; est omnium indignissimum, soli omnium
ac noctu

ne noctu quidem agere quietem licet, uerum id quoq;
temporis necesse habeo defunctorum animas ad Pluto
nem deducere, manumq; gregi me ducem prebere, tū
autem ex tribunalibus assistere. Neq; enim mibi suffi
ciebant scilicet diurna negotia dū uersor in palestris,
dum in concionibus preconis uices ago, dum oratores
instruo, ni hæc quoq; prouincia accedat, ut simulctiā
umbrarum res disponam. At qui Leda filij alternis ius
ter ipos uicibus apud superos atq; inferos agitant. Mā
bi necesse est quotidianum hoc, tum illud pariter ager
re: deinde duo illi Alcmena ac Semele misericordia prognas
ti mulieribus, ociosi in cōuiuijs accumbūt, et ego Maia
Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Quid nunc
quum recens Sidone à Cadmi filia reuersus effem:nam
ad hanc me legarat, uisum quid ageret puella: prius
quam respirassem, et abhuc anbelum de via, rursum ad
Argos emandauit uisurum, qui cum Danae ageretur,
Rursum inde in Boiotiam profectus inquit, obiter An
tiopam uisito: adeo ut plane iam paritarum me nega
rim. Quod si mibi licuisset, lubens profecto fecissim, id
quod solent ij qui in terris duram se uiunt seruitute.
M A I A . Misericordia ista gnate: decet enim per omnia
morem gerere patri, quum sis iuuenis: ac nunc quò ius
sus es, Argos contendes, deinde in Boiotiam, ne si ceſſa
ris, fuerisq; lentior, plaga etiam auferas: nam iracundæ
sunt qui amant.

VENERIS ET CUPIDINIS DIALOGUS,
Des. Erasmo Roterodamo interprete.

VENVS.

V P I D O gnate, vide que facis flagitia.
 C Non iam de his loquor, que te impulsore
 mortales in terra uel in se quisq; uel inas-
 cem alij in alios faciunt: uerū de his ago, que apud sur-
 peros quoq; designas, qui quidem louem ipsum cogis
 maria assunere formas, in quodcunq; tibi pro tempore
 uisum fuerit, cum uertens: tam lunam ē cælo deuocas.
 Quin & solem aliquoties compellis lentum apud Cly-
 menem cessare aurigandi muneris oblitum: nam quicq;
 quid iniuriae in me matrem etiam committis, audacter
 ac tanquam tutò facis. Verū tu quidem ē deorum om-
 nium cōfidentissime, Rhēam insuper ipsam iam anum,
 præterea deorum tam multorum parentem, eò perpu-
 listi, ut pufionem admet, atq; in Phrygium illum ado-
 lescentulū depereat, ac tua iam opera insanit, iunctisq;
 leonibus, adhibitis item Corybantibus, quippe qui &
 ipsi furore quodam sunt afflati, per Idam montem sur-
 sum ac deorsum oberrat, ipsa quidem Attis amore ciu-
 lans. Ceterum Corybantum aliis suum ipse penem en-
 se defecat, aliis demissa coma per montes fertur infar-
 mas, aliis cornu canit, aliis tympano tonat, aliis cyma-
 balo perfstrepit: breuiter, omnis undiquaq; Ida tumul-
 tus atq; infamie plena est: Proinde cūta timco: metuo

ne tale quid accidat, quandoquidem te produxi, malū ingens, ut si quando resipiscat Rbeca, uel potius si perget insanire, Corybātibus imperet, ut te correptū disceptant, aut leonibus obīciant. Hic me sollicitat metus, quod uideam tibi periculum imminere. C V P. Ocioſo animo eſto mater, ſiquidem leonibus etiam iſpis iam familiaris ſum factus, ita ut ſepenumero conſenſis corū tergis, prchensaq; iuba, equitis ritu inſidens illos agitatem. At uero illi interim mibi caudis ad blandiuntur, ac manum ori inſertam receptant lambuntq;, deinde mibi reddunt innocuam. Porrò Rbeca iſpi quando tandem uerba auerterit, ut me ulciscatur quum in Atte ſit tota? Poſtres mo quid ego pecco, quā res pulcrae ut ſunt, offero ac demonſtro? uos ne appetite res pulcrae: quare bis de rebus ne in me crimen conſerte. Num uis iſfa tu mater, uti neq; tu poſtbac Martem ames, neq; ille te? V U N. Ut es perniciax, & nulla in re non ſuperauit amēs horum que dixi, aliquando memineris.

DORIDIS ET GALATEAE DIALOGI

gus, Des. Erāſmo Roterdamo interprete.

DORIS.

DORMOS V M amantem Galatea, nem
pe Siculum iſtum paſtorem aiunt amore
tui deperire. G A L A. Ne ride Doris: ete
sime qualis qualis eſt, Neptuno patre prognatus eſt.
D O R.

D O R . Quid tum postea , si uel Ioue ipso fit progeni-
tus , quum usque adeo agrestis atq; hispidus appareat ,
quodq; est omnium deformissimum , unoculus ? An uero
credis genus illi quicquam profuturum ad formam ?
G A L . Ne isthuc quidem ipsum , quod hispidus est atq;
agrestis , ut tu uocas , illum deformat , quin virile magis
est . Porro oculus media in fronte decet etiam , quo qui-
dem nubilo segnus cernit , quam si duo forent . D O R .
Videris Galatea non amantem babere Polypbemum ,
sed illum potius adamare , sic cum predicas . G A L . E/
quidem baud adamo , sed tamē insignem istam uestram
insultandi opprobrandiq; petulantiam ferre non queo .
Ac mihi nimirum inuidentia quadam isthuc facere ui-
demini , propterea quod ille quem forte aliquando gre-
gem pasceret suū , nosq; ē littorali specula in littore lu-
dentes cerneret in prominentibus Actne pedibus , quā
uidelicet inter montē & mare littus sc̄e in longū por-
rigit , nos ne aspicerit quidem : at ego omnium una uis-
sa sim formosissima , eoq; in unam me coniecerit oculū .
Eares uos male habet : nam argumentum est , me forma
prestantiorem esse ac digniorem , que amerit : nos cōtra
fastidias esse . D O R . An istud tibi putas inuidendū ui-
deri , si primum pastori , deinde lusco formosa uisa fuit
quamquam quid aliud ille potuit in te probare , preter
candorem ? Is illi placet opinor , quod casco & lacti as-
suerit : proinde quicquid his sit simile , id protinus pul-
chrum iudicat . Alioqui ubi libebit scire , qua sis facie , de
scopulo

scópulo quopiam in aquam, si quando tranquilla steterit despectans, temetipsam contemplare, videbis aliud nibil nisi perpetuum candorem: uerum is quidem non probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxit.

C A L . Atqui ego illa immodice candida, tamen eiusmodi habeo amantem, quum interim è uobis nulla sit, quam uel pastor, uel nauta, uel portitor aliquis miretur: ceterum Polyphemus (ut alia ne dicam) etiam canendi peritus est. D O R . Tace ô Galatea, audiuimus illum canentem, quum nuper pruriret in te: sed ô sancta Venus, asinum rudere dixisses: nam lyre corpus similli-
mum erat cervino capiti ossibus renudato: tum cornua perinde quasi cubiti prominebat, ijs iunctis, inductisq; fidibus, quas ne collope quidem circuntorquebat, agreste quiddam & absonum cantillabat, quum aliud inter-
rim ipse noce canceret, aliud lyra succineret, ita ut tem-
perare nobis ne quiuerimus, quin rideremus amatori
amillam cautionem. Nam Echo ne respondere quidem
illi uoluit balanti, quum sit adeo garrula: immò puduisse-
set, si misa fuisset stridulum illius, & ridiculam cantum
imitari. Ad hæc gestabat in ulnis amasius iste delicias
sue, usq; catulū pilis birtum, ipsi non dissimilem. Quis
autem non inuidet tibi amicū istum Galatea? C A L .

Quintu igitur Dori, tuum ipsius amicū nobis cōmō-
stra, qui meo sit formosior, quiq; doctius ac melius uel
uoce canat, uel cithara? D O R . mihi quidem nullus est
amator, neq; me hoc nomine iacto, quasi sum nichemēn-

ter amabilis, meruntamen istiusmodi amicum, qualis est.
Polyphemus nempe totus hircum olens, cum crudis de
stitens carnibus, & hospites, si qui appulerint deuo-
rans, libi habet, cumq; tu mutuum ames.

DIOGENIS ET ALEXANDRI DIAS-
LOGUS, Des. Erasmo Roterodamo interprete.

DIOGENES.

VID hoc rei Alexander: itane defun-
ctus es tu quoq; perinde atq; nos omnes?
Q Etus es tu quoq; perinde atq; nos omnes?
ALEX. Vides minirū Diogenes: tamet/
si mirandū non est, si homo cum fuerim, defunctus sim.
DIOG. Nū ergo Iupiter ille Hammon mentiebatur,
quum te suum filium esse diceret, an uero tu Philippo
patre prognatus eras? ALEX. Haud dubie Philippo:
nec enim obijsem, si Hammon parente fuisse pro/
genitus. DIA G. Atqui de Olympiade etiam confini/
lia quedam ferebantur, puta draconem quendam cum
ea fuisse congressam, uisumq; in cubiculo, ex eo graui/
dam peperisse te: porro Philippum errare falliq;, qui se
tuum patrem esse crederet. ALEX. Inaudieram quis
dem & ipse ista quemadmodum tu, at nunc video nec
matrē, nec Hammonios illos uates sani quicquam aut
seri dixisse. DIOG. Attamen istud illorum mendacīū
Alexander ad res gerendas bāudquam tibi fidei ins/
titūc, propriea quod uulgi te acrebatur metuebatq;
quum

quam deum esse crederet. Sed dic mihi, cuinam tam invi-
gens illud imperium moriens reliquisti? ALEX. Id
equidem ignoro Diogenes: celerius enim est uita submo-
uebar, quam ut effet ocium de illo quicquam statuen-
di, preter id unum, quod moriens Perdicce annulū tra-
didi. Sed age, quidrides Diogenes? DIOC. Quid nō
ridcam: an non meministi quid Greci fecerint, quem
super tibi arrepto imperio adularentur, principemq;
ac ducem aduersus Barbaros deligerent: nonnulli uel
ro in duodecim deorum numerum referrent, ac phana
constituerent: deniq; sacra facerent tanquam Draconis
filios? Sed illud mihi dico, ubi te sepelierunt Macedoni-
nes? ALEX. Etiandum in Babylone iaceo tertium
iam diem: porrò Ptolemaeus ille satelles meus, si quan-
do detur ocium ab his rerum tumultibus qui nunc in-
stant, pollicetur in Aegyptum deportaturum me, atq;
inibi sepulturum, quo uidelicet unus sicut ex diis Aegyptijs. DIOC. Nō possum nō ridere Alexander, qui
quidē te uideā etiā apud inferos desipientē sperantem/
que fore, ut aliquādo uel Anubis filius, uel Osiris. Quis
tu spes istas omittis à diuinissime, neq; enim fas est re-
uerti quenquam, qui semel paludem transmiserit, atq;
intra specus biatum descenderit, propterea quod ne/
que indiligens est Aeacus, neque contemnendus Cer-
berus. Verum illud abs te discere peruelim, quo feras
animo quoties in mentem redit, quanta felicitate as-
pud superos relata buc sis profectus, puta corporis
custodibus

custodibus, satellitibus, ducibus, tum auris tanta ut, ad
 hoc populis qui te adorabant: præterea Babylone, Bas-
 Bris, immanibus illis beluis, dignitate, gloria: deinde
 quod eminebas conspicuus, dum nectaris, dum amicis
 lo candido caput haberet reuinatum, dum purpura cir-
 cumamictus essem? nunquid haec te discruciant, quoties
 recursant animo? Quid lacrymas stulte? an non id te
 sapiens ille docuit Aristoteles, ne res eas que à fortuna
 proficiuntur, stabiles ac firmas existimares? A L E.
 X A N D. Sapiens ille, quem sit assessorum omnium
 perditissimus? Sine me solum Aristotelis facta scire,
 quam multa à me petierit, quæ mihi scripscrerit: deinde
 quemadmodum abusus fit mea illa ambitione, qua cur
 piebam eruditione cæteris præstare, quum mihi palpa-
 retur interim, ac prædicaret me, nunc ob formam tan-
 quam ipsa summi boni pars quedam esset, nunc ob
 res gestas atq; opes: nam has quoq; in bonorum numer-
 o collocandas esse censem, ne sibi uitio uerteretur
 quod eas acciperet. Planè præstigiosus uir ille quidem
 erat, ac fraudulentus ô Diogenes: quanquam illud frus-
 etus scilicet ex illius sapientia fero, quod nunc perinde
 quasi summis de bonis excrucior, ob ista quæ tu paulo
 ante cōmemorasti. D I O C. At scin' quid facies? ostensi-
 dam tibi molestia istius remedium. Quandoquidem his
 in his locis ueratrūm non prouenit, fac ut Lethei flumi-
 nis aquam audis fauibus attrahens bibas, itcrumq; ac
 sepius bibas: atq; eo pacto desines de bonis Aristoteli-
 cis

eis discruciar. Verū enim Cletum etiam illum & Calisthenem video, cumq; his alios cōplureis raptim buc se se ferentes, quo te discerpant, p̄casq; sumant ob ea que quondam in illos cōmisisti. Quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebrius(ut dixi bibas.

MENIPPI ET CHIRONIS DIALOGUS,
Des. Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

QVID E M inaudiri Chiron, te dicas
E quū essem, tamē optasse mortem. C H I R .
Vera nimirum sunt ista que audisti Mc-
nippe, planeq; mortuus sum sicuti uides, quum mibi li-
cuerit immortalē esse. M E N I P . At quenam te mor-
tis cupido tenebat, rei uidelicet, quam uulgas hominū
borreat? C H I R . Dicam apud te, uirum neutquam
stultum atq; imperitum: Iam mibi desierat esse iucun-
dum, immortalitate frui. M E N I P . Quid? an iniucun-
dam erat te uiuere, lucemq; tueri? C H I R . Erat ini-
quam Menippe: nam quod iucundū uocant, id ego neu-
tiquā simplex, sed uarium quiddam esse arbitror. Ve-
rum quum ego semper uiuerm, atq; iisdem perpetuo
rebus uiter, sole, luce, cibo, tum horae eadem recurserent,
reliqua item omnia quæcunq; contingunt in uita,
reciproco quodam orbe redirent, atq; alijs alia per uis-
ces succederent, satietas uidelicet eorū me cepit. Necq;
LVC. C enim

enim in eo voluptas est sita, si perpetuo fruaris ijsdem,
 sed omnino in permutando posita est. M E N . Probe lo-
 queris Cbiron : ceterum bac quæ apud inferos agitur
 vita , quinam tibi procedit , posteaquam ad hanc tan-
 quam ad potiorem te contulisti? C H I R . Haud insua-
 niter Menippe: siquidem equalitas ipsa quiddam ba-
 bet admodum populare. Nihil autem interest, utrum in
 luce quis agat, an in tenebris: præterea neq; sitiendum
 est nobis quemadmodum apud superos, neque cfuriens-
 dum , sed eiusmodi rerum omnium egentia uacamus.
 M E N . Vide Cbiron ne temet ipse inuolueret, néne cōr-
 dem tibi recidat oratio. C H I R . Quamobrem istibuc
 aiss' M E N I P . Nempe si illud tibi fastidio fuit, quod in
 uita semper ijsdem similibusq; rebus utendum erat,
 quum hic itidem similia sint omnia, cundem admodum
 parient fastidium. At de integro tibi querenda criti-
 te commutatio , atq; bine quopiam aliam in uitam des-
 migrandum, id quod arbitror fieri non posse. C H I R .
Quid igitur faciendum Menippe. M E N . Illud nimirum,
 uiri sapiens quum sis, quemadmodum opinor,
Conulgo prædicant, presentibus rebus sis cō-
 tentus, boniç; consulas quod adest, ne
 que quicquam in his esse pu-
 tes quod ferri non
 queat.

MENIPPE.

MENIPPI ET CERBERI DIALOGUS,
gus, Ocs. Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

H V S Cerbere, quandoquidem mibi tecum
cognatio quedam intercedit, quum & ip-
se sim canis: dic mihi per Stygiam palu-
dem, quomodo se se habebat Socrates, quum buc acce-
deret? Verisimile est autem te, deus quum sis, non latra-
re modo, uerum etiam humano more loqui, si quando
uelis. C E R . Quum procul adhuc abesset Menippe,
uisus est constanti atque intirrito adire uultu, perinde
quasi mortem nibil omnino formidaret, tanquam hoc
ipsam uellet ijs, qui procul à specus ingressu stabant,
ostendere: uerum simulacrum despexit in hiatum, uiditq;
profundum atque atrum antri recessum, simulq; ego
cunctantē etiam illū aconito mordēs pede correptum
detraberem, infantū ritu ciulabat, suosq; deplorabat
liberos, nibilq; nō faciebat, in omnem speciem se se
uertens. M E N . Num igitur fucate sapiens erat ille,
neque uere mortem contemnebat? C E R . Haud uer-
re: ceterum ubi uidit id esse necesse, audaciā quan-
dam prae se ferrebat, quasi uero uolens id esset passurus,
quod alioqui uolenti nolenti tamen omnino fuerat
ferendum, uidelicet quo spectatoribus esset miracu-
lo. Evidem illud in totum de uiris istiusmodi uere

C 2 possim

404 LVC. HERCVLES GALLICVS
possum dicere, ad fauces usque species intrepidi sunt ac
fortes: porrò intus quū sunt, nihil mollius neq; fractius.
M E N . Ceterū ego quonam animo tibi uisus sum subi-
isse specum? C F R . Vnus mortalium Menippe sic mibi
uisus es subire, ut tuo dignam erat genere, & prior te
Diogenes, propterea quod ncutiquam adasti subieri-
tis, aut intrusi: herum tum ultro bei, tum ridentes, atque
omnibus plorare renunciātes.

PRAEFATIO SEV HER CVLES GALLICVS LVCIANI Def. Erasmo Roterd. interprete.

H ERCVLEM Galli lingua gentis uer-
nacula Ogmium uocant. Porrò deum ipsi-
sum noua quadam atq; iusitata figura de-
pingunt: decrepitus est apud illos, recalvaster, reliquis
capillis, si qui reliqui sunt, plane canis, cute rugosa, &
in aterrimū exusta colorem, cuiusmodi sunt nautæ isti
senes. Charontem potius aut Iapetū quempiam ex his
qui apud inferos uerfantur, diceres. In summa, quiduis
potius quam Herculem esse coniçeres ex imagine. At
que tali species quam sit, tamen Herculis ornatum gerit,
ut qui tum leonis exuum indutus sit, tum clavam de-
xtera teneat, tu pbartram bumeris aptatam portet,
tum arcum tensum leua pretendat: deniq; modis omni-
bus

bus Hercules est. Hæc equidem arbitrabar in Græcani
corum deorum contumeliam perpetrare Gallos,
quum cum eiusmodi fingeret effigie, quo nimis illam
talibus picturis ulciscerentur, quod olim in regionem
ipsorum incursasset, prædas agens id temporis, quum
Geryonis armenta uestigans, Occidentalium gentium
plerasq; regiones peruastaret. At nondum etiam dixi,
id quod erat in imagine maxime nouum atq; mirandum:
siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum bomi-
num multitudinem trahit, omnibus ab autে reuinctis:
porro uincula catenulae tenues auro electróne confe-
cta, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. At qui quā
uinculis usque adeo fragilibus ducantur, tamen neq; de-
fugiendo cogitant, quum alioqui cōmode possint, neq;
prorsus obnuntuntur, aut pedibus aduersus trabentē ob-
tendunt, sc̄ se resupinantes: uerū alacres ac lati sequun-
tur, ducentem admirantes, ultro festinantes omnes, ex-
 laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde
quasi grauiter laturi, si soluerentur uinculis. Ne illud
quidem pigebit referre, quod mibi uidebatur omnium
absurdiſimum: etenim quā non inueniret pictor unde
catenularum summae ansae neceret, uidelicet dextera
iam clauam, laua arcū tenente, summam dei linguam
perterebravit, atq; ex hac religatis catenulis eos trabi-
fecit. Ipse nimis ad eos qui ducebantur, multū ex oculis
conuertebat, arridens. Hæc ego quum diutius affi-
stens esse cōtemplatus, admirans, hæsitans, indignās:

Gallus quispiam, qui proprius astabat, nostratum literarum non indoctus, id quod declarauit, quum Graecanicam linguam absolute sonaret, philosophus opinor ex eo genere philosophorum, quod apud illos esse fertur: Ego tibi boſpes, inquit, picturæ iſtius enigma explabo: nam uidere uebementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum uos Græci, uerū Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longe robustior extiterit: nam quod senex fingitur, nihil est quod mirere. Siquidem una facundia consueuit in senecta deum absolutum uigorem ostendere, si modo uerum uestri dicunt poëtae,

Obduci iuuenum densa caligine pectus:
Contra senectam posse quiddam dicere,
Rudi iuventa melius ac præclarior.

Hinc uidelicet apud uos & Nestoris lingua melle profuit, & Troianorum concionatores lirioeffam ædunt, uidelicet floridam quandam uocē: nam liria si satis cōmemini, flores appellauntur. Proinde quod ab auribus uinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quam ipse est sermo, ne id quidē debes admirari, qui quidē nō ignorcs linguæ cū auribus esse cognationem. Neque uero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertusa est: nam memini, inquit, & Iambicos quosdam uersiculos ē comœdijs apud uos discere,

Siquidem uiris loquacibus

Extrema lingua perforata est omnibus.

*Quin de codem banc in summa habemus opinionē, ut
quicquid egit, id oratione facundiāq; confecisse putemus, utpote virum sapientem, ac persuadendo pleraq;
sibi subegisse. Iam tela illius nimirū rationes sunt acutae, mīsiles, citae, atq; animam sauciantes: unde pennige
tra dicta uos quoq; nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem quum buc me conferens mecum inter cundum
perpenderē, nam decorū iam esset, ut tam grandis na-
du, quiq; iam pridem ab his doctrinæ cercaminibus me
met abdicassem, rursum me tam multorū iudicū calcu-
lis exponerē iudicandū, in tempore subiit animū meū
eius pictura recordatio: nam antehac uerebar, ne cui
uestrū uiderer hæc admodum pueriliter agere, quasiq;
præter etatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus
adolescentulus illud mibi impingeret dicens,*

Acta iam perijt tua: Tum illud,

Ac te corripuit cariosa senecta, minister

Invalidusq; tibi, et segnes tardiq; caballi:

*Videlicet eos commate pedes meos notans. Verum quo-
ties senex ille Hercules recurrit animo, ad quod uis addu-
cor ut faciam, neq; me pudet hæc audere, quū sim ipsi
æqualis imagini. Itaq; robur, celeritas, forma, et si que-
sunt alia corporis bona, ualeant, cumq; his tuus ô Teie-
nates, Cupido, ubi me mento subcano uiderit auro rutis
lantibus aliis, si uidebitur, uel aquilas preteruolet: neq;
laborabit Hippoclydes, immo nūc uel maxime tēpestiuū*

C 4 fuerit

fuerit, facundia repubesce, florere, uigere, & quam licet plurimos ab auribus ducere, ac sapius arcu ferire: quandoquidem periculum non est, ne quando quis praeter spem pharetram inanē reperiatur. Vides quibus modis etatem meam, meamq; sententiam ipse consoler animemq; adeo ut non sim ueritus nauim iam olim in terram subductam denudo renellere, suisq; instructam armis, medium in pelagus demittere. Contingant autem à uobis à dij, afflatus secundi, quando nunc uel maxime, presente bono atq; amico uento nobis est opus: quo si digni modo uidebitur, in nos quoq; dicat alio quis Homericum illud:

Quos profert senior pannis è milibus armos.

EVNVCHVS SIVE PAM-

PHILVS LVCIANI, D E S.

Erasmo Roterodamo interprete.

NDE nobis aduenis Luciane, seu quidnam
rei rideas? Semper tu quidem & aliis con-
sueisti nobis hilaris ac festinus occurre-
re, uerū isthuc maius aliquid solito uidetur esse, de quo
risum nec compescere queas. L V C . B foro tibi adsum
ò Pamphile: porrò mox officiam, ut tu quoq; mecum ri-
deas, simulatq; audieris cuiusmodi litis adfuerim actio-
ni, duabus philosophis inter se se contendentib. P A M .
Iam isthuc ipsum projecto ridiculum est quod ait, phi-
losophos

losophos inuicem lites agitare. Nam etiam si quid mag-
gni fuisset negotijs, inter ipsos modeste citraq; pugnam
controuerfiam cōpositam oportuit. L V C. Quid ait:
tranquille componant illi, qui quidem solida plaustra
conuicijs onusta, alter in alterum effuderint, uocifran-
tes miraq; peruicacia contendentes? P A M. Videlis
cet de disciplinis atq; opinionibus Luciane, ita ut asso-
lent, dissentiebat, quod erant diuersae factionis. L V C.
Nequaquam, imo aliud quiddam erat hoc de quo dissi-
debant: nam eiusdem secte erant ambo, eiusdemq; scho-
lo, & tamen orta inter eos lita erat. Porro iudices qui
cognoscebant, primates erant buius Reip. natuq; mas-
simi ac sapientissimi. Bruxter, apud quos pudscebat ali-
quis etiam parum apte quippiam eloquutus, ne dum ad
tantam proiectus inuercundiam. P A M. Quin tu
igitur litis argumentū exponis, quo uidelicet ipse eti-
am cognoscam, que res tibi tantum risum concitarit?
L V C. Scis Pamphile salaryum, idq; neutiquam cxi/
guum ab imperatore fuisse constitutum singulis pbilo/
sophorum generibus: puta Stoicis, Platonicis, Epicu-
reis: cumq; his etiā Peripateticis: ita ut unicuiq; secte
prēmium esset aequale. Ceterum de mortuo ex his quo-
piam, alius aliquis in eius locum subrogandus est, qui
sit optimatū calculis probatus. Porro prēmium illud,
nec bubula pellis erat quæpiam, quemadmodum ait
poeta, nec porcellus: uerum singulos in annos decies
mille nummum, quos accipiunt, uti doccent iuuentur

tem. P A M . Memini quidem ista . Quin aiunt nuper
 ex illis diem obiisse quempiā: alterum (ni fallor) ē Pe-
 ripateticis. L V C . Hæc ipsa Pamphile Helena, prop-
 ter quam illi interfecit singulari certamine conflicta-
 bant . Et bant enim quidem nihil etiam ridendū erat in
 illis preter hoc, quod quam philosophos esse se profite-
 rentur, ac pecunias pro nihilo ducere: tamen carū gra-
 tia perinde atq; pro patria in discrimen adducta, pro
 religione maiorum , pro monumentis progenitorū de-
 certarent. P A M . Atqui Peripateticorū istud est de-
 cretum: non admodū esse negligendas pecunias: uerum
 em in tertio quodam bonorum ordine esse ponendas.
 L V C . Recte dicas. Nam ista quidē aiunt. Proinde bel-
 lum hoc ex maiorū iudicio, sententiaq; illis extitit: ne-
 rum que postea consequuta sunt, iam ausculta . Primi
 cōplures quidem alij in defuncti illius funebribus ludis
 decertabant: sed inter hos precipue duo viribus pares:
 puta Diocles ille senex: nosti quē dicām, contentiosam
 illū in qua: præterea Bagous, qui quidē ea specie est, ut
 Eunuchus esse uideatur . Inter hos initio de doctrina,
 deq; philosophiae decretis atq; opinionibus est decerta-
 tum: Ut ergo sui specimen ac documentū dedit, quod
 esset Aristotelicæ factionis, quodq; eius placita seque-
 retur ostēdit. At per Iouē in hoc certamine, neuter al-
 tero superior erat. Lis igitur hic deflexit deniq;. Dio-
 cles definēs iam eruditioñis sue periculū ac specimen
 ostendere, ad Bagoam descēdit, ac uitā illius in primis
 carpe/

carpere est aggressus. Bagos itidem buius uitam nū
 cissim taxabat. P A M. Idq; merito Luciane. Siquidē
 eius rei magis erat habenda ratio. Proinde si ego forte
 index cause sedissem, magis in hoc ut mihi uidetur, fu-
 turus eram occupatus: potiusq; spectasse, uter mori-
 bus esset præstantior, quam uter ad disputandum ac dis-
 cendum promptior: atq; illi potius quam huic uictoris
 am adiudicasse. L V C. Recte dicis: Evidem isti tuæ
 sententiae meum & ipse calculum addo. Verū ubi iam
 conuicijs, ubi maledictis essent satiati, tandem Diocles
 illud aiebat nefas esse, uel conari aut proponere Bago-
 am, uti cum philosophia studio, cumq; pulcherrimis
 illius premijs commercium haberet, qui quidem Eu-
 nucus esset. Imò hoc hominum genus, non solum ab
 ciusmodi contubernio secludi oportere, uerum ab ipsis
 etiam sacris, ac uasis puris, breuiter ab omnibus pub-
 licis coetibus ejici: ostendens inauspicatum quoddam
 & occursu infastum spectaculum fore, si quis manu-
 domo egressus, uel uideat istiusmodi quippiam. Atque
 hac de re multis uerbis disscrebat, affirmans Eunuc-
 chum neque virum esse, neque mulierem, sed quiddam
 utringq; compositum & conflatum, planèq; monstrum
 ab hominum natura specieq; alienum. P A M P H I L.
 Nonam accusandi rationem nobis narras Luciane.
 Lamq; & ipse ridere compellor, crimen audiens tam
 inauditum. Sed alter ille quid? Num obticebat? An
 uicißim & ipse quiddam ausus est ad ista respondere?

L V C.

LVC. Initio quidem pudore ac metu (nam id est istis familiare) diutius obticebat, erubescens interim, palamq; pre se ferens id quod erat. Tandem autem tenuit et quando ac muliebri edens uocem, negabat et quum facere Dioclem, qui se quod Eunuchus esset, ob id à philosophia secluderet, cum qua feminis etiam esset commercium. Allegabantur, Aspasia, Diotima, Thargelia, que causam illius adiuuabant. Preterea Academicus quidam Eunuchus natione Gallus, qui paulo ante nostram etatem maximi nominis apud Grecos floruissebat. Porro Diocles etiam illum ipsum siquidem extaret, ac simili negocio scire misceret, prohibitum scire respondit, nihil expauefactum opinione, quam apud uulgas obtinebat. Ad hæc quum ipse quedam dictoria in illum iaciebat, tum refrebat in cū, que à Stoicis maximeq; Cynicis dicta ad risum concitandam erant idonea, de corpore mutilo atq; imperfecto. Hac in re iudicum cognitio uersabatur. Deniq; totius cause iam illud caput esse coepit: Num Eunuchus idoneus esset censendus, qui ad philosophiam admitteretur, quiq; iuuenibus preci postularet, quū alter interim formam etiam ac corporis integritatem, in philosopho requirendam esse dicaret. Maxime uero uti barbam altam ac promissam gerat, quo uidelicet ihs, qui discendi cupidi adueniret, uir gravis appareat, et is cui fides haberri debeat, neq; indignus uideatur decem illis drachmarū milibus, que forent ab imperatore capienda. Ceterum Eunuchorū conditio

conditionem etiam quam Spadonum esse nullorū. Nam illos aliquando virile quiddam expertos fuisse, at bunc ab ipso statim ortu fuisse exectum, planeq; animal esse quoddam virium atq; anceps, non aliter quam cornicces, que neq; inter columbas, neq; inter coruos numerari querant. Alter contra responderet eo iudicio non de corporis agi figura, utrum de animi virtute, proin de mentis qualitatem expendi oportere, deq; dogmatum cognitione querendum esse. Eius rei testis citatus Aristoteles, qui quidem Ermeam eunuchum Atarne oriundum tyrannum supra modū sit admiratus, adeo, ut illi perinde atq; Dijs sacra fecerit. Ausus est & illud addere Bagom, multo magis idoneum esse eunuchum, cui adolescentes erudiendi credātur, quod ab hoc nulla in illos calumnia posset bærere, neq; Socraticum illud crimen in bunc competit, quod adolescentulos corruptat. Deinde que ille potissimum in mentū imberbe fuerat cauillatus, ea hic facete, ut ipsi quidem videbatur, reiecit. Etenim si è barbae prolixitate, inquit, philosophos estimare conuenit, nimirum hircus ante omnes primas tenebit. Hic tertius quidam assistens (nomen hominis silebitur) atqui iudices, inquit, hic malis lœvibus, ac fæminea uoce, reliquoq; corporis habitu eunucbo adsimilis, si quis uestes detrahat, egregie vir esse uidebitur. Alioqui mentiuntur qui ferunt eum aliquando in adulterio deprehensum, membra in membris, ut legum tabulae loquuntur, habentem: atq; id quis dñe

dem temporis ad Eunuchum configisse, eaq; repetet
latebris absolutum fuisse, quum iudicibus crimen per-
suaderi non posset, ut qui è specie hominem iudicarent
Eunuchum. At nunc mibi palinodiam canturus uide-
tur, idq; propter ostentatum primum. Hæc quum di-
cerentur, omnibus, ut par erat, risus est obortus. Porro
Bagoas magis etiam perturbabatur, omnem in speciis
em scse uarians, atq; in innumerabiles uersus colores,
tum frigido sudore fluens: ac neq; decorum sibi existi-
mabat adulterij crimen agnoscere, neque rursum eam
accusationem inutilem ad præsens certamen arbitras-
batur. P A M. Profecto deridicula sunt ista Luciane,
neq; uulgarem uobis, uti cōiectandum est, uoluptatem
præbuerunt. Verum quo tandem res euasit? Et quid su
per his pronunciarunt iudices? L V C. Non erat ea
dem omnium sententia. Verum alijs quidem uisum est,
uti nudato illo, quemadmodum in emptitijs seruis fieri
consecuit, inspicerent, num in ijs quæ ad penem perti-
nent, philosophari posset. Alij uero sententiam dixere
multo magis etiam hac ridiculam, nempe ut accersitis
è lustro mulieribus aliquot iuberent illū cum illis con-
gredi, ac uiri officio fungi, astante interim è iudicibus
quopiam, qui quidem esset natu maximus, fidcq; spes
etatisima, qui inspicceret, num philosophum præstaret.
Hæc ubi omnium risu fuissent excepta, neq; quisquam
omnino adesset, cui non doloreret alius risu cōcussus, ui-
sum est, ut integræ causa in Italiā reiaceretur. Et nūc
alter

alter, ut aiunt, ad eloquentie ostentationem sicut exercet, atque instruit, et accusationem quam elaboratis sumam meditatur, adulterij crimen aggrediens, id quod ipse maxime aduersatur. Quod quidem et bic facit, iuxta malorum rhetorum morem, quem ex ipso crimine aduersarium inter viros recenset. Contra Bagoas diversa cura, quemadmodum audio, et assidue virum agit, negociumque pre manibus babet. Postremo uicturum se sperat, si modo docere posset, se nihilo deteriorum esse equas in eundem asinis. Id enim amice uisum est optimum philosophiae documentum, atque una demonstratio, quae refelli non queat. Proinde optarim, ut filius qui mibi est abhuc admodum adolescens, non animus et linguam, sed penem haberet ad philosophiam idoneam.

LVCIANVS DE SA=

CRIFICIIS, DES. ERASMO

Roterodamo interprete.

NIMVERO si quis recedere uelit, que stultissimi mortales factitant in sacris, in festis diebus, in adiudicis salutandisque diuis, tum quas res ab illis petant, que nota faciant, cuiusmodi sint, que de illis sentiunt, statuuntque, euidem haud scio, sit ne quisquam animo curis ita consecro, usque adeo moesto quin risurus sit, ubi perpendit negotij, tum absurditatē, tum amictiā. At multo ante quam ridere incipiat

incipiat, opinor secum illud expendet: utrum pios istos appellari contineat, an contra dijs inimicos, atq; inferlices, ac Genios malos, qui quidem numen ipsum rem usq; adeo humilem atq; abiectam existimant esse, ut humanis egeat obsequijs, utq; adulatioē capiatur ac gaudeat: rursum ut stomachetur, atq; iracunde ferat, si negligatur. Nam Actolica illa mala, simulq; Calydoniorum calamitates, totq; hominum cædes, ad hæc & Meleagri interitum, hæc omnia à Diana autore profecta esse predicant, que uidelicet grauiter ferret, quod ab Oeneo non esset ad sacrificium exhibita. Usq; adeo nimis alte dolor hic animo illius infederat, quod sacris epulis esset frustrata. Quin illam iam mihi uidere videor, ut erat id temporis, in cœlo solitariam, reliquis dijs ad Oenei conuiuum profectis foras, miscris modis gerentem sese, ac miserabiliter ciulantē, quod ab eiusmodi festo esset absfutura. Contra Aethiopes illos fortunatos, ac multis modis felices quis dixerit, si modo Iupiter illis gratiam referret pro humanitate, quam in initio poematis Homerici in ipsum exhibuerant, duodecim perpetuos dies epulis acceptum, idq; quum reliquis etiam dijs comitatus ad conuiuum ueniret. Usq; adeo nibil ut apparet, quicquid faciunt illi, gratis faciunt: uerū sua bona uendunt mortalibus, atq; emere quidem ab illis licet omnia, putabonam ualevitudinem bucula, diuitias bobus quatuor, tum regnū boibus centū. Præterea sospitem ab Troia in Pylum reditum

ditum taxris nouem. Iam ex Aulide ad Ilium transmite
tendi facultatem regia puella. Nam alius quidam, ne id
temporis urbs caperetur, à Minerva mercatus est bo/
bus duodecim, ac peplo. Verisimile est autem, esse pre
terea quedam, quae uel gallo, uel corolla, uel solo thus/
re ab illis redimi queant. Hæc igitur quum non ignora/
ret, opinor, Chryses ille, utpote tum sacerdos, tum ser/
nex, diuinarumq; rerum egregie peritus, posteaquam
re infecta redisset ab Agamemnone, tanquam qui pris/
dem Apollini mutuum dedisset beneficium, ita nunc im/
putat ac reposcit uicem, qui in conuiciatur etiam prope/
modum, nempe quū sic ait: Evidem Apollo egregie,
templum tuum, quum id temporis adhuc esset incoro/
natum, se penumero coronis ornaui, deinde tam multas
tibi in aris adoleui coxas taurorum, pariter atq; capra/
rum. At tu contra me negligis, quum buiusmodi pati/
er iniurias, proq; nibilo ducis hominem bene de te mer/
ritum. Qua quidem oratione instantum ille pudefactus
est, ut protinus arrepto arcu, ac supra nauium statio/
nem sc̄e collocans, pestem in Græcorum copias iacula/
retur, ne mulis quidem ἐπ canibus intactis. Sed quoni/
am de Apolline incidit mentio, referam de eodem ἐ^π
alia, quæ de illo sapientes isti tradunt, non illa quidem,
quoties quam infeliciter amarit, nō Hyacinthi cædem,
neq; Daphnes superbiam, uerum quemadmodum dam/
natus etiam fuerit, ἐπ ob Cyclopes imperfectos in exi/
lium exactus. Vnde factum, ut ē cœlo in terram demis/
tur.

LVC. D teretur

teretur, humana iam sorte usurus, nostrisq; malis factis obnoxius. Præterea autem quemadmodum in Thessalia mercenariam operā suam locarit apud Admetum, tum item in Phrygia apud Laomedontem, atque apud bunc quidem haud solus, uerum cum Neptuno, quam ambo propter egestatem lateres cōponcent, inq; construēdūs mānibus operam p̄starent. Ac ne mercerem quidem solidam i Phryge illo tulerunt, uerū debebat illis adhuc de summa, ut ferunt, plus triginta drachmas Troiani nomismatis. Quid enim? Annō hæc in dcorum honorē fabulantur poctæ? atq; bis etiam multo diuiniora de Neptuno, de Prometheo, de Saturno, de Rhei, deniq; de universa fermè Iouis familiâ, idq; inuocatis, ut adsint canentibus in exordio poematum, Musis, à quibus tandem uelut afflati numine, id quod apparet, huīusmodi quedam cantāt. Quemadmodum Saturnus ut primū cœlum patrem suū execūsset, ipse incoronauerit, deinde liberos suos deuorarit, sicuti ferunt fecisse & Argiuū illū Thyestem. Deinde quemadmodum Iupiter furtim occultatus à Rhea, saxū pueri loco subiçiente, in Cretam sit alegatus, atq; inibi à capella nutrice sit alitus, itidem uidelicet, ut Telephus à cerua, Cyrus Perſa, is qui prior regnauit à carne narratur enutritus. Postea quemadmodum expulso patre, atq; in uincula coniecto, ipse potitus sit imperio. Duxerat autem uxores complureis quidem aliis: sed postremo loco Iunonem germanā, idq; iuxta Perſarum

farum et Assyriorum institutum. Tum autem quod est
 sit in amores propensus, atque in Venerem effusus, faci-
 le coelum libertis expleuerit. Quorum alios ex sua for-
 tis deabus crearit: alios contra mortuos, ex mortali ter-
 restriq; genere sustulerit. Quidam interim generosus il-
 le, nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum aut
 aquilam uerteretur: ac in summa plures sibi formas as-
 sumeret, quam uel Proteus ipse. Porro Minervam e
 suo ipsius capite progenuit, hanc plane sub ipso cere-
 bro complexus. Nam Bacchus imperfectum adhuc (ut
 aiunt) e matre etiam conflagrante surreptum, in
 suum femur illatum defodit. Deinde urgente partu, ex-
 ecuit. Nec bis dissimilia de Iunone etiam canunt. Nem-
 pe hanc citra uirilem congressum, subuentaneo conce-
 ptu grauidam puerum edidisse Vulcanum: atque cum qui-
 dem non admodum fortunatum, uerum excusorem ac
 fabrum erarium: quiq; perpetuo tum in igni, tum in fu-
 mo ueretur, ac scintillis oppletum: quippe cuius ars
 in fornacibus exerceatur. Tum autem ne pedibus qui-
 dem integris: claudicare enim e ruina, quia a Ioue pre-
 ceps datus esset e celo. Quod ni Lemnij pro sua bonis-
 tate eum, dum adhuc ferretur in aere, suscepissent, per-
 rierat nobis Vulcanus: non aliter quam Astyanax e
 turri delectus. Quanquam que de Vulcano narrant,
 toleranda uideantur. Ceterum de Prometheus, cui non
 cognitum est, q; atrocia sit passus, propterea quod supra-
 modum humanae gentis amans fuerit? Siquidem bunc

Iupiter in Scythiam deportatū, super Caucasum monum-
tem crucis suffixit: adhibita illi aquila, quae iecur illius
afidue circumroderet. Hic itaq; pœnas pendit. Porrò
Rhea (nam sunt bac quoq; simul referenda) an non in-
decore, atq; indigne facit? Iam anus quum sit, & etas
te exacta, ijsq; rebus intempestiuas: deinde tam multo/
rum mater deorum, dum pueros abduc adamat, eosq;
zelotypia prosequitur: dumq; Atten ipsum Icombus se
cum circumuectat, præsertim quum iam utilis esse non
queat? Itaq; quinam post hac uitio uertat aliquis, uel
Veneri quod adulteretur, uel Diane qd'ad Endymio/
nem frequenter medio è cursu diuertens descendat? Sed
age missæ faciamus has fabulas: atq; ipsum cœlum con-
scendamus, poeticō illo more subuolantes: ca nimirum
uia, quam unam pariter cum Homero Hesiodus com-
monstrat, contemplaturi, quem in modū singula apud
illos sint ordinata. Ac primum quidem quod forinser-
eis fit ferreum: uel ab Homero, qui id ante nostrā etas
tem dixit, audiuiimus. Quod si superas, ac sublatō pauc-
iū capite sursum aspiceris, ac planè in ipsum quasi
dorsum peruenieris, ibi simul & lumen apparet candi-
dius, & screnior sol, & astra fulgentiora, nibilq; usquā
oculis occurrit nisi clarus dies, ac solum undiq; aureo
um. Ceterum introgrediēti, primo loco mansitant Ho-
re: quippe portas seruant. Post eas Iris ac Mercurius:
utpote ministri Iouis & internuntij. Deinde Vulcanē
fabrilis officina, omnigeno referta artificio. Postea deo/
rum

orum ædes, ac Iouis ipius regia: que quidem omnia
 Vulcanus pulcherrime fabricatus sit. At uero dij iux/
 ta Iouem assidentes (conuenit enim opinor, ut in su/
 pernis illis sedibus magno strepitu, fastuq; uiuatur) in
 terram despiciunt: et quoquo uersum intento capite,
 circumspectat, sicunde subuolantem ignem uideat, aut
 nidorum in aere surgentem, circaq; fumum rotantem
 se. Quod si quis forte sacrum faciat, epulantur om/
 nes fumo inbiantes, ac muscarū in morem sanguinem
 exugētes circum aras effusum. Alioqui si domi cibum
 capiant, nectarare atq; ambrosia uictitant. Nam olim ho/
 mines etiam ab illis in convivium sunt adhibiti, unaq;
 cum eis poterunt: nempe Ixion ac Tantalus: uerū illi
 quoniam uim et raptum pararent, essentq; futiles et
 garruli: ob id in hunc quoq; diem paenarunt. Porro
 reliquo mortalium generi cœlum iam inaccessum est,
 atq; occultum. Et in hunc quidem modū uiuitur à dijs.
 Proinde uidelicet et iam mortales ipsi in colendis illis
 consimilia quædam atq; istis consentanea moliuntur.
 Nam primum lucos illis attribuerunt, tum et montes
 dicarunt, præterea aues consecrari: deinde suā cuiq;
 arborem assignarunt. His factis per regiones illos di/
 stributos colunt, eosq; uelut in ciuitatem suā receptāt.
 Nempe Apollinem Delphi Delijq; Mineruam Athes/
 nienses: quæ quidē Græcis Athena dicta, uel ipso uocat
 bulose ei Reip. familiarem esse testatur. Argiui Iuno/
 nem: Mygdonij Rheam: Venerē Paphij. Rursum autē

Cretenses Iouē affirmant, non modo uixisse apud se, nutritumq; fuisse: uerum etiam sepulchrum illius ostendunt. At nos scilicet interim tam multis iam seculis fallimur: qui quidē opinemur Iouem tonare, pluere, reliquaq; omnia peragere. Et illud nos latuit, cū iam olim fuisse defunctū, & apud Cretenses sepultū. Deinde uero phanis in honorē illorum erectis, ne tectis uidelicet aut penatibus careant, formas illorū exprimūt, adhibito ad id uel Praxitele, uel Polycleto, uel Phidia. At bi quidē artifices, haud scio ubinam uisam, corū effigiem representant. Ac Iouē quidem barbatū fingūt. Apollinem uero semper puerū. Mercuriū iam pubescentem, primamq; ducentē lanuginem. Neptunū nigro capillatio, cæsus oculis Mineruā. Attamen qui templa ingrediuntur, nō iam arbitrātur se uidere, uel ebur ab Insidis aduetū, uel è Thracū uenis effossum aurū: uerum ipsum Saturni Rbecēq; filiū à Phidia in terrā hospitem adductū, iussumq; Pisianorū in solitudine custodem ac speculatorē assistere: idq; hoc contentū premio, boni p; consulenti, si intra quinq; perpetuos annos dum olympia celebrantur, interim obiter illi sacrificet aliquis. Tum autē constitutis aris, designatis sacrorum septis, puris uasis collocatis, uictimas offerūt: hoc ē aratorē agricola, agnū opilio, capram caprarius. Est qui thus, est qui placentulā offerat. At si quis pauper: is ita Deo litat, ut dexterā duntaxat suā ipsius exosculetur. Iam uero quū immolant (nam ad illos redit), primum sertis coronant

coronant pecudem, multoq; ante explorant, num legi
timasit eū sacris idonea: ne quid forte mactent ex his,
qua religio repudiat: deinde ad aram applicat, ac sub
oculis dei iugulant, flebile quiddam emugientē, beneq;
sicuti licet coniçere, ominatam: deniq; uoce iam leuior
re ad sacri tibias respondentem. Quis uero non facile
coniecit gaudere deos, quū ista spectant? Quin eū in
frontispicio posita scriptura denunciat, ne quis intra
pura uasa consistat, qui manibus sit impuris. At qui sa
crificus ipse sanguine foedatus, neq; aliter q; Cyclops
ille pecudē incidit, intestina educit, cor reuelat, cruo
rem are circūfundit. Et quid tandem non obiens, peras
gensq; quod ad pietatē, sacrorumq; ritum pertinet?
Post omnia dcmum incenso igni, caprā ipsam pariter
cum pelle deportatam imponit: ipsam item cum lanis
ouem. Nidor interim ille sacer atq; diuinus sursum fer
tur, atq; in ipsum usq; cœlū subiectus paulatim diffun
ditur. Iam uero Scythæ reliquis omnibus hostijs omis
sis, ut quas uiles atq; humiles existiment, ipsos homi
nes mactant Diana, atque eo rito dcām placant. Ve
rum hæc fortassis modesta uideatur: cumq; his ea que
facitant Assyrij, que Phryges, que Lydi. Verum, si in
Aegyptū proficiscari: ibi dcū, ibi uidebis permulta
religiosa, planeq; cœlo digna. Puta Iouē arietino uul
tu: Mercuriū illū optimū facie canina: Panem uero tor
tum hircū. Ad hæc aliud Ibim, aliud Crocodilum, ali
um etiam Simiam. Quid si his quoq; de rebus

Quo planè pernosse queas dīdicisse libebit,
 complureis sōphistas audies: tum scribas, ac prophe-
 tas, mento raso, qui tibi narrent (Sed prius, ut dīcī so-
 let, Fores occlūde prophane.) Quemadmodū uideli-
 cet quondam ea scditione territi, quā mouerant hostes
 atq; gigantes, in Aegyptū deuenient: ut illic in poste-
 rum tuti ab hostibus latitarent. Et ob eam causam ali-
 us bircum induerit, aliis arietem, nimirū præformidi-
 ne, aliis feram, aliis auem. Atq; hinc esse, ut dij nunc
 etiam eas obtineat formas, quas id temporis assumpser-
 rant. Nam hæc diligenter mandata literis, idq; ante an-
 nos plus decies mille in adytis illorū reposita seruan-
 tur. Porrò facrorum peragendorum idem fermè apud
 illos ritus, nisi quod hostiā luctu prosequuntur: iamq;
 mactatæ circumfusi membra laniāt. Sunt qui sepeliant
 duntaxat, postea q̄ occiderint. Nam Apis ille, qui que-
 dem deus apud illos est maximus, si quando moriatur,
 quis usq; adeo magni faciat cæsariem suam, qui nō eam
 detondeat, ac nudo capite luctū præse ferat: etiā si uel
 purpuram Nisi comam habuerit? Est autem hic Apis
 deus ex armento iā antea suffragijs designatus: ut pote
 multo formosior ac uenerabilior reliquis illis priuatis
 & gregarijs bubus. Hæc igitur quum sic habeant, ut
 tamen à uulgo uera, seriaq; credantur: mibi quidē por-
 stulare uidentur, non qui reprobendat, sed uel Hera
 clitum potius aliquem, uel Democritum: quorum hic
 amentiam eorum rideat, ille deploret insciām.

Erasmus

ERASMVS ROTERO^z

DAMVS IOANNI EUTY^V,

obitio suo s. D.

VANQVAM bic Luciani Dialogue

Q Eutycbi doctissime, plurimum habeat artis, ob decorum mire seruatam in perso-

nis tam multis, tamq; diuersis: tamen aliquot repperi,

qui dicent esse premendū, quod liberius ac uelut iſe

equus philosophorum omne genus laceret. At mihi

uidetur iustius esse stomachandum in huius seculi mo-

res, quo uidemus philosophorum ac theologorum scho-

les multo puerilius etiam inter se dispidere: nec minus

atrociter digladiari, tam inter religionis professores

uilibominus cruentam esse pugnam, quam in eo conu-

sio fuisse Lucianus, uel finxit, uel retulit. Hanc igitur

libellum, quoniam forte ad lectorum repperi,

O tamen patrono videbatur egere, Eas

tycbio dicavi. Bene uale, regnū

xe, ut planē sis quod dice-

ris. Antwerpia. An.

M. D. XVII

D 5 Lucian

LVCIANI CONVIVIUM

SEV LAPITHAE, D E S . E R A S .

Roterodamo interprete. Philon, Luc.

PHILON.

O V A M quandam & uariam disputationem Luciane uobis fuisse narrat, super causam apud Aristenetum: tum philosophis eos quosdam sermones dictos, ac super his summam contentionem exortam fuisse. Quod ni mentitus est Charinus, etiam ad uulnera usq; rem processisse: deniq; sanguine conflictum fuisse diremptum. L V C . At qui utrum dñam Philon ista rescivit Charinus? ncq; enim is nobiscum aderat in coniunctio. P H I L . E Dionico medico diebat audisse se: Porro Dionicus etiam ipse ē coniunctarum numero fuit opinor. L V C . Fuit maxime. Verū ne is quidem ab initio rebus omnibus fuit præsens: sed serius aduenierat, media ferme pugna, pauloq; ante uulnera. Proinde demiror, si quid comperti, certiūc referre potuit, qui non ordine spectarit illa, unde inter illos natans, postea ad sanguinem usq; deducta est. P H I L . Proinde Luciane Charinus, etiam ipse si rem compertius uellem cognoscere, & quo singula modo sint gesta doceri, te adireto iussit. Nam Dionicū etiam ipsum factum fuisse: ne sc quidem toti negocio præsentem adfuerisse. Te uero quicquid esset actum, id omne comperto certoq;

certoq; scire:tum etiam que dicta inter illos fuerint, me
minisse: quippe qui eiusmodi nō obiter neq; neglectum
audire, sed per ocium atq; attente auscultari sis solitus.
Proinde nunquam effugies, quin nos hoc suauissimo ac
cipi as epulo: quo mibi quidem haud scio an nullum pos-
sit accidere iucundius: præsertim quod sobrij per ocū
tutò ac citra sanguinem, extraq; teli, quod aiunt, iactis
constituti sumus epulaturi.

Siue fenes aliquid, Super canā sunt debacchati.

Siue etiam iuuenes

à micro cōpulsi sunt, que neutquam fas erat, tum dice-
re, tum facere. L V C . Iuuenilius tu quidem Pbilon, atq;
inconsulter hæc nos iubes in uulgas efferre, eaq; referti-
re, que inter pocula ab ebrijs sunt acta: quum hæc mai-
gis oporteat obliuioi tradere, eaq; omnia Baccho deo-
uelut autori imputare: qui quidem haud scio an quem
quam suis non afflatum Orgijs, & Bacchanalium ex-
pertem præterierit. Proinde uide ne hominis sit parū
bene morati, eiusmodi adamissim exquirere: que recti-
us erat in cōuiuio reliquisse, atq; ita discedere. Si quidē
odi sicut inquit uersus poëticus) memorē conpotore.
Ne à Dionico quidē recte factū, qui hæc apud Carinū
effutuerit, inmodicamq; & pridianā dissiparit temer-
lentiam hominum philosophorum. Ceterum ego, absit
ut istiusmodi quippiam sim dicturus. P H I L . Nugas ar-
gis Luciane, quū ista dicis. Quin haud quam opor-
tebat ad istum modū apud me præsertim agere: ut qui
cerlo

certò sciam, et multo cupidorem esse narrandi, quam
 ego sim audiendi: adeo ut mibi videaris, si desint qui te
 audiant, vel ad columnam aliquam, aut statuam libe-
 ter accessurus, quo cuncta pariter euomas. Quod si nūc
 concr discedere, non sines, ni te prius audiero, abire: ne
 tum ultro aderis, consecutabere, rogabis. At tum ego te
 misericordiū luscro. Iāq; adeo, si ita uis, abimus: ex alio quo/
 piām bac eadem audituri. Tu uero ne dicio. L V C.
 Age ne quid succensas: equidem dicam, quandoquidē
 usque adeo cupidus es audiendi: uerum heus ea lege, ne
 paſſim in mulga efferas. P H I L . Ni prorsus ignoro Lu-
 cianum, tunc istuc potius feceris. Nam prior ipse denar
 rabis omnibus, ut me quidem ad id nibil futurum fit or-
 pus. Sed illud mihi primo reſponde loco: Aristenetus,
 cum filio Zenoni dabant uxori, atq; ita in nuptijs eius
 nos accepit? L V C . Non imò filiam suam elocauit Cle-
 antidē, Idq; Eucriti nummularij filio, qui philosophie
 dat operam. P H I L . Formoso admodū per leuem adu-
 lescentulo: tametsi tenero adhuc ex uxorio rei non ad-
 modum maturo. L V C . Verum: at non inueniebat, op̄e
 nor, alterum generū magis idoneum. Hunc igitur qui
 cum modestus uidetur, cum ad philosophie studium
 propensus: preterea autem unicus Eucriti diuitis, ex
 omnibus delegit filię suę maritum. P H I L . Causam
 neutram leuem dixisti, nempe quia diuēs fit Eucris-
 tus. Verū heus Luciane, quinā erant coniuic? L V C .
 Reliquos illos quorū attinuerit tibi recensere? Verū
 è philo/

è philosophorum numero, ac literatorum, quos potissimum opinor, audire cupis: Zenothemis erat senex ille Stoicus: unaq; cum hoc Dipbilus, cui cognomen Labyrinthus: & hic quidem quod esset Zenoni Aristeneti filio preceptor. Deinde Peripatetice factionis Cleodemus: nosti hominem, nempe dicacem illum & argutum, atq; ad refellendum instructum. Discipuli gladiū ac bis pennē nominant. Quin & Hermon aderat Epicureus. Verum hunc quum ingrederetur, Stoici toruis obtuerabantur oculis, & auersabantur, palamq; perinde quasi parricidam quempiam atq; impium ac funestum detestabantur. Et hi quidē tanquam Aristeneti ipsius amici, familiaresq; fuerant ad cœnam uocati, quos comitabatur & istius grammaticus, & Dionysodorus rhetor. Iam uero propter sponsum Cibream unā cum illo ad conuiuium accesserant, Ion ille Platonicus: quod iuueni preceptor esset, vir uenerandus affectu, ac maiestatis quiddam præse ferens, multumq; dignitatis ipso ostendens ore: Vnde nonnulli propter animi constantiam ac rectitudinem regulam illum appellant. Huic se mul ut ingrediebatur assurgebat omnes, ac ueluti præcipuum quendam ac primarium hominem comiter atq; officiose excepserunt: adeo ut plane numen aliquod aduenire uideretur, quum adesset Ion admirandus ille. Tandem uero, quum iam omnes fermè conuiue presentes essent, tempus erat ut discumberetur. Itaq; ad deuteram ingressus totam illam spondam mulieres (erant

autē complures) occupabant. Inter quas erat et spōn-
sa summo studio culta: hinc atq; hinc stipata fœminis;
Porrò ex aduerso ostij altera turba, pro cuiusq; dignit-
tate locis distributis. Porrò ē regione mulierum primo
lōco accūbebat Eucritus, secūdo Aristænetus: sub bæc
ambigi cœptū, utrū altero priore oporteret accumbe-
re, Zenothemim ne Stoicū, quippe sc̄nē: an Hermone
Epicureū. Nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos:
tum autem nobilissime inter ciues familiæ. Verū eam
bæstimationem sustulit Zenothemis: si me inquiens Ari-
stænete, minoris ducis Hermone, uiro uidelicet isto, ut
ne quid aliud mali dicā Epicureo, discedo, totumq; con-
uium uobis relinquo. Et puerum protinus aduocat, dis-
cedere parans. Tum Hermon. Imò habeto, inquit, tib⁹
priores partes Zenothemi. Quanquam etiam si nihil
aliud, uel hoc nomine par erat concedi, quod sacerdos
sim, ut planè contemnas Epicurum. Rideo, inquit Zeno-
themis, sacerdotem Epicureum. Simulq; cum dicto ac-
cumbebat. Post hunc tamen Hermon. Deinde Cleoder-
mus Peripateticus: pone hunc Ion, proxime hunc spōn-
sus. post eum ego, iuxta me Diphilus: huic asidebat Ze-
no discipulus: Postremo rhetor Diōysodorus cū Iſtico
grammatico. P. H. I. L. Papæ Luciane Musarum con-
uenientum quendam mibi narræ fuisse istud conuiuum,
quippe plurimis sapientibus ac doctis uiris refertum.
Ego uero laudo Aristænetum, qui quum optatissimam
illam, ac splendidissimam solennitatem celebraret, pre-
ceteris

oeteris sapientissimos viros adhibere voluerit: idq; u
deo delectis ex unaquaq; philosophia secta præcipuis,
non hos aduocans, illos præteriens: uerū promiscue no
cans omneis. L. V. C. Is uero nequaq; est è uulgariū isto
rum diuitum numero, uerum et literarū est studiosus,
ac maximam uitę partem in his rebus uersatur. Cœna
bamus igitur initio quidem taciti et quieti, uariusq; es
rat apparatus et omnijugas. Neq; enim arbitror opus
reprecium, ut numero recensem etiam illa condimen
ta, cupedias, aromata, atq; id genus illestanta. Cum
et siquidē affatim suppettebant. Inter haec Cleodemus
ad moto ad Ionis aurē ore: nō uides, inquit, senem illū,
Zenothemim dicebat, (subauscultabā enim) ut se se op
sonijs ingurgitat, utq; iure uestem oppleuit: tum quām
multa pucro à tergo stanti porrigit, putans interim se
aliorū oculos fallere: neq; meminit post se se accumbe
tum? Haec igitur fac et Luciano cōmonstres, quo te
stis esse poshit. Mibi uero nihil lone monstratore opus
erat: quippe qui haec multo ante limis iam oculis præ
uideram. Haec simulatq; dixisset Cleodemus: irruit in
conuiuiū et Alcidamas Cynicus: atq; is quidē inuocau
tus, uulgatū illud festiuitatis gratia præfatus de Menel
ao, qui ultiro ad fratris conuiuum accessisset. Itaq; ple
risq; turpiter atq; impudenter uisus est fecisse: et quod
cuiq; tum forte in mentē ueniebat, in eum torquebant:
alius illud: Insanis Menelac. Alius rursum:

Verum Agamemnoniamenti non ista placebant.

Ad

Adhuc alia que pro tempore false, lepideq; dici poto
 rant, in cetera obmurmurabant. Nam palam nullus audi-
 bat quicquam dicere, propterea quod metuerent Alci-
 damantem, utpote conuiciatorem egregium, unumq; &
 Cynicis omnibus clamofissimum. Qua quidem re adeo
 visus est reliquis antecellere, ut nulli non esset formidan-
 dus. At Aristenetus collaudatū illum quod inuocatus
 aduenisset, iubit accepta sella, iuxta Istiacum ac Dionys-
 iorum accumbere. At ille: Apage, inquit, muliebre
 quiddam ac molle dicas uti in scamno aut sella sedeans
 quemadmodum facitis uos, mollibus in stratis penè sur-
 pini recumbentes, purpura suffulti. Quin ego tibi uel
 stans cornuero in ipso interim coniuivio etiam obam-
 bulans. Quid si defatigatus fuero: tum bumi substrato
 pallio, cubito innixus cubuero: qualem uidelicet Her-
 culem pingunt. Ita fiat, inquit Aristenetus, siquidem
 istiusmaius. Sub hanc Alcidamas in orbem coniuivium
 lustrans, coenabat, Scytharum ritu ad uberiora pascua
 subinde se se transferens, unaq; cum his qui inferebant
 edulia, circumiens atq; obambulans. Atq; interim tam
 dum cibum caperet, haudquaquam negocio uaca-
 bat, de uirtute obiter, de uitio disserens, tum in aurum
 atq; argentum diceria iaculans: iamq; Aristenetu per
 contabatur, quidnam sibi uellent tam multa, tam mag-
 na pocula, quum non minus usui possent esse fictilia? Ver-
 rum Aristenetus iam obturbante, molestumq; esse per
 gentem, in presens quidem cōpescuit: ministro innuens

ut ingentem calicem, infuso meracissimo uino, illi porrigeret. Atq; id quidem uisus est optime excogitasse: non dum etiam intelligens, quantoru malorum is calix esset autor futurus. Huc igitur ut accepisset Alcidamas, alius quantisper silentium agebat. Ac solo sternens sese cubabat seminudus, quem admodum facturum sese fuerat pollicitus, cubito bumi fixo innitens, simulq; dextra scyphum sustinens: qualem Herculem apud Pholum pictores effingunt. Iam uero et inter alios calix assidue circumagebatur, tum imitatiunculae ad bibendum, et consubstitutiones ortae, demum et lucerne illatae. Interim ego quum puerum, qui iuxta Cleodemum adstabat (erat autem is pucillator egregie formosus) subridentem uidisse (nam arbitror, quicquid obiter inter cœnandum obtigit, commemorari oportere: maxime, si quid sit elegantius ac scite factum) iam admodum attentus obseruare coepi, quidnam rei rideret. Ac paulo post, accedebat puer tanquam calicem à Cleodemo recepturus. At ille simul et digitum illius substringebat, et drachmas puto duas una cum calice tradebat. Porro puer, ad substrictum digitum rufus arridebat. Ceterum, de pecunia, quum non sensisset opinor, eoq; non recipere, interim delapsis drachmis strepitum est concitatus, moxq; ambo pariter rubore suffundebantur, idq; ita palam, ut nemo non animaduertaret. Ambigebatur igitur inter eos, qui proxime sedebant, cuiusnam essent illi numeri, quin et puer negaret a se projectos, et Cleodemus

LVC. E item

item, iuxta quem strepitus acciderat, sibi excidisse diſi
mularet. Verū carēstum neglecta est, ac conniuenter
omissa, propterea quod id quod acciderat, nō ita multi
uidissent, preter unum (ut mihi quidem uisum est) Ariſ
tænctum. Nam is paulo post puerū loco mouit, clancu
lum ablegans, & alij cuidam innuit, uti Cleodemo po
cillator aſſisteret, uidelicet ex exoletis illis, ac robustis,
muliōni, aut equifoni cuipiam. Ad hunc modū ea res ut
cunq; abiit, summū alioqui allatura pudorem Cleode
mo, ſiquidē ad omnes permanaſſet, ac nō protinus occu
pans Aristænctus eam ſopiffet, ciuiliter dextreq; admo
dum inducta temulentia. Ceterū Alcidamas (iam enim
potus erat) percontatus, quid nāra eſſet nomen puerelle
nubenti, tum clara uoce indicto silentio ſimul, & ad fœ
minas cōuerto uultu: præbibo, inqt, tibi Cleantbi, Her
culis Archegete omīne. Sub haec quū riſiſſent omnes:
Ridetis, inquit, ſacrilegi, q; ſponſe, Herculis Dei mei
nomine propinauerim? Imò illud ſcito opus eſt, ni ſcy
phum à me traditū accipiat, nunq; futurum, ut illi filius
obtingat talis, qualis ego ſum, uirtute interritus, animo
liber, tum corpore adeo robusto: ſimulq; cum dicto, ſe
ſe magis etiam renudabat, etiam uſque ad illa que ſunt
maxime pudenda. Adea quū iterum arriſiſſent conui
uæ, indignatus ille surrexit, toruis iam atq; efferatis ob
tuens oculis, uultuq; ipſo teſtans iam neq; pacem, neq;
quietem aſſurum amplius. Forſitan & baculum illiſiſ
ſet alicui, ni cōmodum id temporis placenta prægranti
dis

dis fuisse illata. Nam hanc simulatq; confexit, lenior ac minor esse coepit, ac stomachi desunt: ob ambulans interim ac placentam uide uorans. Iam uero pleriq; temulenti esse coeperant, & clamoribus undiq; perstre pebat conuiuum. Nam & Dionysodorus rhetorem illic agens, orationes quasdam pronunciabat, laudabaturq; à ministris, qui à tergo assistebant. Et isteius Grāmaticus uicissim, qui post illum accumbebat, uersuum centones quosdam recitabat, Pindari, Hesiodi, & Androcreontis carmina simul cōtexens atq; consarcinans: ita ut ex omnibus unicam redderet cantilenam, oppidò quam ridiculam. in primis autem illa, perinde quasi uaticinans, de his quæ postea acciderunt.

Commisere simul clypeos.

Tum illud quoque.

Tum uero clamorq; uirū luctusq; coortus.

At uero Zenothemis, libellulū quempiam minutis conscriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verum quū iij quorū partes erāt edulia inferre, aliquantisper, ita ut solent, cessarent morarenturq;: Aristænctus sedulo curās, ne uel id interea temporis, aut ociosum esset, aut uoluptatis expers, accersitū intro Morionem ius- sit ridiculum aliquid uel dicere, uel facere, quo magis etiam exhilararentur conuiuæ. Moxq; ingressus deformis quidā, deraiso capite, pauculos capillos in uertice gestans, eosq; crista in morē erectos: hic saltabat, atq; inter saltandū, quo maiore cōcitaret risum, rotatu se se circumagebat.

B 2 circumagebat

circumagebat, distorquebatq;. Tum cymbalo cōcussa,
sonabat interim quiddam, linguam imitans Aegyptio-
rum. Postremo differia quedam iaculaatur in eos qui
aderant. Ac reliquis commate tacti ridebant. Vcrū ubi
eī in Alcidam antem simile quiddam torsisset: catulū
illum Meliteū appellans, indignatus ille (Iamdudum
autē p̄fē sc̄ frēbat, quod inuidaret illi, dū probaretur
ac conuiuarum oculos retincret) abiecto pallio, ut se-
cum luſtaretur provocauit. Quod ni faceret, hunc, in-
quit, baculum tibi impingam. Atq; ita miser ille Saty-
rion' (nam id erat Morioni nomen) congressus cum eo,
pancratio decertabat. Erat id ſpectaculi multo iucun-
diſſimum, quippe quū uidarent hominē philosophū cū
Morione compositum, quū ferire, tum uicissim feriri.
Proinde qui aderant partim pudore tangebantur, par-
tim ridebant: donec iam ictus Alcidamas, pugnam de-
trectaret, ab homuncione omnium plausu comprobato
certamine superatus. Hac igitur, quū eſſent nō medio-
cri riſu excepta: ibi tandem ingressus eī Dionicus me-
dicus haud multo post peractam concertationem, Aie-
bat autē in mora fuſſe Polyprepontem tibicinem, dum
hunc phrenesi correptū curandi gratia uiferet. Ac pla-
nē quiddam riſu dignum, cōmemorabat. Dicebat enim
in aedes illius uenisse ſeſe ignarū etiam hominē iam co-
morbo teneri. At illum protinus surrexiſſe, foribusq; oc-
clusis, ac nudato gladio, tibias ipſas ſibi tradidisse, ijsq;
uti caneret iuſſiſſe. Deinde ubi id non posset, illum per-
cuſiſſe

cūfisse, scuticam sublata manu gestantē. Seſe porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse cōmentam. Nempe ad canendi certamē prouocasse hominem: idq; ea lege ut nictus prescriptū certūq; plagarū numerū acciperet. Ac ſeſe priorē ceciniffe, praeue atq; imperite: deinde traditis illi tibijs ſcuticā ab illo recepiffe: gladiū autem extemplo per fenestras in aream abiicciffe. Dein quum minore iam discriminē cum illo luctaretur, auxilio aduocasse uicinos. Eos reuulſiſſe belluam, atq; ita illorum opera ſeruatum ſeſe. Ostendebat autem ex plagarum uestigia quedam: nonnullaq; in facie tubera liuentia. Ergo cum Dionicus ob huiusmodi fabulam non minus placuisse, quam Morio ipſe: proxime Iſtiaū reclinans ſeſe, de reliquijs cœnabat. Atq; hic quidē baud absq; numinc quodam nobis aduenerat: Imò prorsum uſui futurus adea que poſtea contigerunt. Nam prodiens in medium coniuuiū puer quidam, qui ſe ab Etæmocle Stoico uenire diceret, epistolium quoddam adſtrens, aiebat ab hero ſibi mandatū, ut eo palam omnib. audientibus perfecto, rursus domum ſeſe reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebatur. P H I L . Num orationē Luciane in ſponsæ laudem compositam, aut carmē nuptiale: quod genus per multa faciūt: L V C . Videlicet nos quoq; tale quippiam existimabamus. Verū ne accedebat quidē ad id, ut aiunt. Cæterum in literis ita ſcriptū erat. Etæmocles philofophus Aristæneto. Quā non mouear coniuuijs,

omnis ante acta uita mea fuerit testis. Qui quidem quā quotidie mibi complures ea causa molesti sint, te multo ditiores, tamen haud unquam illis morem geshi: perpendens nimirum, quantū sit in eiusmodi compositiōnibus tumultus, quantū licentiae petulantiaeq; uerū aduersus unum te mibi uideor meo iure stomachatus, qui tantum temporis à me officiosissime cultus & obseruatus, tamen indignum habueris, quem uel inter reliquos amicos tuos numerares, sed solū ex omnibus præterieris, idq; quum uicinus essem. Proinde tua causa magis discrucior, qui quidem te tam ingratū præbueris. Nam ipse felicitatem nequaquam in hoc statuo, si quis mibi impariat, uel suem sylvestrem, uel leporem: uel placentam: que mihi affatim contingunt apud alios, qui officia norūt. Quandoquidē etiam hodie quū apud discipulū Pammenē cœnare mihi licuerit, oppiparam (ut uocant) cœnam, nō annui tamen uchementer obsecranti, tibi scilicet demens ego, memetipsum reseruans. At tu nobis præteritis, alios accipis coniuio. Idq; merito facis, neq; enim ullo modo potes quid sit rectius dignoscere, nec apprehensiua illam phantasiam habes. Ceterum haud sum nescius, unde mihi ista sint profecta: nempe ab egregijs istis philosophis tuis Zenothermide ac Labyrintho. Quibus equidem (absit inuidia dicto) uel unico syllogismo mihi uideor os protinus obturare posse. Alioqui respondeat istorum aliquis quid sit philosophia, aut hæc quæ inter clementa traduntur: quid

quid habitio differat ab habitu, ut ne quid interim de perplexis illis rogationibus proponam: quid sit syllogismus cornutus: quid acerualis, quid metens. Verum tu quidem istis fruaris licet. Nam ego, qui solum in bonis ducam quod sit honestum, facile tulero contumeliam. At qui ne possis posthac ad istam excusationē confugere, ut dicas te mei oblitum fuisse: nimirum in tanto rerū strepitu, tantisq; occupationibus: bis te hodie sum alloquitus, primū manc domi tuæ: deinde rursum in Castoris ac Pollucis templo rem diuinam facientem. Ac his quidem de rebus hac responderim. Quod si tibi videor cœnæ gratia succensere: quid Oeneo acciderit cogitare. Videbis nimirum ipsam etiam Dianam indignantem, quod ille se solam non adhibuerit ad sacrificiū, quū reliquos deos omnes acciperet conuiuio. Nam bac de res sic alicubi meminit Homerus:

*Seu quia non norat: seu non succurrerat illi:
Acriter est offensatamen.*

Item Euripides.

*Calydon quidem bac Pelopeij regio soli:
Qua parte scium spectat aduersa frustum
Agros habens, tum divites, tum fertiles.*

Rursum Sophocles.

*Immanis apri triste monstrum, in Oenei
Immisit agros gnata Latona dea
Dulta eminus missis ferire spiculis.*

Hæc tibi è plurimis pauca citauit intelligeres, cuius-

E 4 modi

modi præterito uiro Diphilum ad cœnam adhibeas, cui
 & ipsi filium cōmiseris tuū. Idq; recte. Est enim iucun-
 dus adolescenti, & ita cum eo uiuit, ut placeat, atq; ob-
 sequatur: atq; adeo ni mibi turpe dictu fuerat, addidis-
 sem & aliud quiddam. Quod quidē tu si libebit, è Zor-
 pyro eius pædagogo uerum esse cognosces. Verū non
 cōuenit obturbare in nuptijs: neq; accusare quenq; præ-
 fertim criminibus usque ad eo fædis ac pudēdis. Tamet
 si Diphilus dignus in quē facerem, quippe qui duos iam
 discipulos à me retraxerit: ego tamen ipsius pñilosof-
 phic causa reticabo. Porrò famulo buic mandavi, uti
 si quam partem dare uelles, uel apri, uel cerui, uel plau-
 centæ, mibi deportandam, ut isto pacto te mibi de coe-
 na purgares, ne reciperet, ne ad hoc ipsum à nobis mis-
 sus fuisse uideatur. Hæc amice quum legerentur, sudor
 interim utiq; mibi manabat præ pudore: simulq; iam il-
 lud quod uulgo dici solitum est, optabam, ut terra mi-
 bi debisceret: quum uiderem eos qui presentes aderant
 ad singulæ epistolæ partes inter se ridentes, potissimū
 autem hos, qui nouerant Etæmoclem uirū canum, tan-
 tumq; seueritatis præ se ferentem. Admirabantur igit
 tur, quod ciusmodi uir esset, hactenus fugisse sese, barba
 uidelicet ac uultus austerritate deceptos. Cæterum Ari-
 stænctum mibi quidem bāud uidebatur hominem con-
 temptu negligentia præterisse, uerum quod desper-
 rasset, si fuisset inuitatus, unquam adduci posse, ut an-
 ueret: utq; ad ciusmodi res se morigerum præberet.

Eoq;

Eoq; ne tentandum quidem esse putasse. Ergo posteaq; puer iam legere desisset, uniuersum conuiuum in Divphilum ac Zenonem torquebant oculos, quod hi iam metu trepidi sedderent, ac pallidi, ipsaq; uultus inconsstantia ac perplexitate crimen agnoscentes, ab Etaemocle intētum. Porrò Aristenetus quanquam esset sa- nè perturbatus, uchementerq; consternatus animo, tam men nos iubebat bibere, conans nimirum id quod cuperat, cōmode uertere, subridens interim. Ac puerum redire iusit, respondēs, ea sibi curae fore. Paulo autem post surgens & Zeno clanculum se se abduxit è conuiuio, submonitus à pedagogo, ut discederet innuente, idq; tanquā patris iussu. Ibi uero Cleodemus, qui iam dudum occasionem queritabat (Nam gestiebat omnino cum Stoicis conflictari, uerum dirumpēbatur, quod non reperiret causam ad id satis idoneam) tum igitur, ansam præbēte epistola Huiusmodi, inquit, facit egressus ille Chrysippus & Zenon ille mirabilis, neq; non Cleanthes, uerbula misera, neq; quicquam preter rogatiunculas, & umbras duntaxat philosophorum. Ce- terum Etæmocles sunt plerique omnes. Videtis quām & ipsa epistolæ graues sint ac seniles. Postremo Ari- stenetus hic Oeneus est: Etæmocles Diana, Diū boni, q; bene auspicata omnia, quamq; congrua celebranda fer- stiuitati. Ita per Iouem inquit Hermon, supra hunc ac cumbens: inaudierat autem, ut opinor, aprum quendam Aristeneto paratum, ut in cōuiuo proponeretur, eoq;

E S putas

putabat non intempeſtive factam mentionem apri illius
us Calydonij: per lares Aristænete, fac quām primum
ſacri partem mittas, ne ſcenex interim ille fame percat,
tanq; Melcager tabefactus. Tametsi nihil queat acer-
bum accidere, quandoquidem Chrysippus hæc indiffe-
rentia censet eſſe. Itāne uos Chrysippū nominatis in-
quit Zenothemis, erigens ſeſe, maximaq; uoce into-
nans: an ex uno homine, qui nō legitime philosophiam
exerceat, nempe preſtigiatore iſto Etæmocle, Clean-
tem ac Zenonē metimini, uiros ſapientes? At qui tan-
dem eſtis ipsi uos, qui hæc dicitis: an non tu Hermon
Castoris & Pollucis caſariem, quam habebant aure-
am circumtondiſti? Cuius quidem facti pœnam dabis
carnifici traditus. Tu porrò Cleodemē, nōnne Soſtrati
discipuli tui uxorem ſupraſti? Nōnne in adulterio co-
deprebentur nefandissima paſſus es? An non igitur ſile-
bitis, quum buiſmodi de decorum uobis ſit is conſcijs?
At qui non ſum me & ipsiſ uxor is leno, Cleodemus in-
quit, quemadmodū tu, neq; diſcipuli diuersantis apud
me uiaticum ſuſtuli, quod is de poſuerat, eoq; factora-
puiffe me per Palladem deierans abnegauī, neq; qua-
ternis drachmis ſcenero, neq; diſcipulos obtorto collo
in uincula duco, niſi in tempore mercedem perſolu-
rint. Verū illud inquit Zenothemis, haudquaquā poſ-
ſis inficias ire, te Critoni uenenum quo patrem neca-
ret ministrasse. Atq; interea forte bibebat, quicquid au-
tem erat in calice reliquum (erat autem fermè ſemiple-
nus)

nus) in duos illos profundebat. Porro conspersus est pariter et Ion, idque premij tulit, quod illis uicinus accumberet, alioqui eo malo non indignus. Hermon igitur de missio uertice merum e capite abstergebat, eos interim qui praesentes erant attestans, quod id genus contumelijs esset affectus. Cleodemus autem quum non haberet calicem, inuidens primū confuebat Zenobemidi: deinde laeva comprehensum à barba, plagam in tempus erat illisurus: ac senem fortasse necesset ni Aristaeus dextram sublatā retinuisse. Is mox transenso Zeno themide inter utrumque medius assedit, ut eo ueluti mirro dirempti, pacē inter ipsos agerent. Hec igitur dum gerebatur Philon, equidē uaria meo cum animo uoluebam. Primū illud statim occurrebat, nullū esse operæ precium, si quis disciplinas perdiscat, nisi simul et uitæ rationes, ad id quod est optimum, accommodet atque componat: quū uiderem illos qui uerbis alios antecellerent, quam factis ipsis se se ridiculos exhiberent. Deinde et illud ueniebat in mentē, ne forte uerum esset, quod uulgo plerique dictitarent, uidelicet cruditionem à recta ratione bonisque institutis abducere istos, qui solos libros spectarent, quique sollicitudine curaque quam illi adferrent, perpetuo tenerentur. Quandoquidē quū ibi tamen multi presentes essent philosophi, ne casu quidē ullum erat cernere à peccando immunem. Verū alij faciebāt turpia, alij dicebant turpiora. Neque enim iam poteram eorum que fiebant culpā, uno autori imputare: neciū reputans

reputans, cuiusmodi essent, quæ Etæmocles, neq; cibo
neq; potu etiamdum gustato scripscrat. Ita rerum uis-
ces prepostere atq; inuersæ uidebantur, siquidem ui-
disses idiotas illos summa cum modestia conuiuū agi-
tantes, neq; uino petulantes, neq; indecore sese geren-
tes. At ridebant duntaxat: & iam damnabant eos opí-
nor, quos dudum suspexerant, ex habitu iudicantes eos
alicuius esse precij. Contra sapientes illi, & in libidine
strebantur, & conuicijs certabat, & supra modū sese
potu cibisq; explebant: postremo uociferabatur & ad
manus usq; confundendas rapiebantur. Cæterum admir-
andus ille Alcidamus, etiam meiebat sub oculis omni-
um, nibil reveritus sceminas. Ac mihi quidē, si quis bac-
que in eo conuiuio gerebatur rectissime uoluisse con-
ferre, simillima uidebantur ijs que de Eridi dea poe-
ta fabulantur: nempe hanc, quod non esset ad Pelei nu-
ptias aduocata, malum in medium cōuiuum abiecisse,
ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortū.
Itidem Etæmocles mihi uisus est epistola illa, quasi ma-
lo quoipiam in medium projecta, non minus malorum,
quam Ilias babebat, excitasse. Neq; enim finem conten-
tionis faciebant Zenothemis ac Cleodemus: quanquā
medius inter utrung; intercesserat Aristænetus. Age,
inquit Cleodemus, in præsentiarum quidem sat est, si
literas nescire conuincamini: sed crastino die uos ulci-
car, quibus conueniet modis. Responde mihi Zenother-
mi, uel tu, uel elegantissimus iste Dipbilus: qua tandem
gratia

gratia pecuniae possessionem inter indifferentia ponendam esse censetis: cum ex omnibus nil aliud spectetis, quam ut ipsi quād plurimū pecuniae possideatis? Atq; ob id cause, semper apud diuites heretis: faeneratis atque usuris incumbitis, neq; non mercede docetis. Rursum quir uoluptatem detestemini, atq; hac de causa Epicureos in ius uocetis: quum ipsi uoluptatis gratia, turpisima tum facitis, tum patimini: indigne ferentes si quis uos non uocarit ad coenam, rursum si uocemini, non sat est tantum uorare ut cibo turgeatis, nisi et farulis tantum donetis. Atq; hec quum diceret, pariter & linteum reuellere conatus est, quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refertum: planeq; futurum erat, ut apertum illud ac solutum medium in solum abiiceret, nisi quia puer non omittebat e manibus gnauiter aduersus trabentem retinens. Hic Hermon: Euge Cleodeme, respondeant qua gratia damnat uoluptatem: quum ipsi supra ceteros omnes studiant uoluptati? Quim magis, inquit Zenothemis, tu Cleode me respondeto, quamobrē diuitias inter indifferentias meres. Imò tu potius. Atq; hunc ad modū diuinus est altercatum: donec Ion capite tandem in apertum prolatto, desistite inquit: Ego si libet sermonum argumenta proponam in medium, conuiuio nuptijsq; digna. Vos porro citra contentionē uiciissim, & dicite & auscultate: quemadmodum & apud Platonē nostrū, alternis dicendi uiciis res, ut plurimum agitatur. Id dictum probabat

probabant, quū omnes qui aderāt, tum in primis Aristenetus atq; Eucritus, nimirum in spem crecti, fore ut ex pacto ab odiosis illis contentionibus discedi posset. Et Aristenetus priorem in locū sc̄e recepit, iam partam esse pacem ratus. Iamq; nobis infrecbatur ea cōuiuij pars, absolutam cōēam uocant, singule singulis aues, carnes aprugnæ, pulpa leporina, piscis Tagenius, placentæ, breuiter illa, quæcunq; liberū est, seu uelis in aluum condere: seu domū a sportare malis. Apponebatur igitur, non sua cuiq; quadrula, uerum Aristeneto atq; Eucrito, eadē in parte mensæ, una ambobus communis, ita ut de sua utriq; parte quæ se spectaret, esset edendum, aut tollendum. Deinde altera Zenothermī Stoico, & Hermoni Epicureo, & his item inter ipsos cōmunis. Deinceps Cleodemo atq; Ioni. Post hos sponso ac mibi. Porrò Dipbilo duorum pars apposita, propterea quod Zeno iam discesserat. Hæc facito Philon, uti memoria teneas. Nam paulo post, ad intellectū narrationis crunt usui. PH. I. Meminero sanè. L. V. C. Tum Ion, primus igitur exordiar inquit, si quidem uidetur. Deinde ubi paulisper intersiluisse: Cōueniebat, inquit, fortassis, ut apud ciusmodi viros de ideis, atque incorporeis substantijs, deq; animi immortalitate sermo haberetur, uerum ne mihi contradicant ij qui diversam philosophiæ sectam sequuntur, de nuptijs dicam, ea quæ congruunt. Atq; illud quidem optimum fuera futurum, si nuptijs opus non haberemus, sed Plato

nis ac Socratis dogma sequuti à seminarum commercio nos penitus abdicaremus. Etenim qui ita fecissent, ij demum ad absolutam illam uirtutem pertingere potuissent. Quod si uiris omnino ducendae sint uxores, ut eas iuxta Platonicam sententiam inter se cōmunes habebant, uidelicet quo zelotypia uacemus. Hec quū cōsent risu excepta, ut que nimis intempestive dicerentur, tum Dionysodorus, non tu desines, inquit, barbarica ista nobis occinere? Nam ubi zelotypiam istam res peritas, aut apud quē? At tu etiā hinc audeas, inquit, sterquilinium? Ad hāc Dionysodorus, opinor, iam erat conuicia que conueniebat regesturus, uerum grammaticus Istaetus uir optimus ille: Desinite inquit, Ego uobis epithalamion recitabo, simulq; cœpit legere. Erant autem Elegiaci uersus hi, si satis memini.

Nuper Aristeneti in ædibus unica summo

Nutrita est studio diua Cleanthis bera.

Virginibus cunctis reliquis prestantior una

Vel potior Phœbe, vel potior Venere.

Salve et tu iuuenum ualidissime sponse ualentum,

Nereo prior, ac fortior Aeacida.

Atrursum uobis hoc carmens sepius olim,

Commune ambobus coniugiale canam.

Hec ita ut est cōsentaneū, risus est cōsecutus. Reliquiū erat, ut cibi tolleretur. Iamq; tollebat Aristenetus, atq; Eucritus ex his que sibi fuerat proposita suam uterq; partem. Tum ego que mihi, et Cereas item que sibi erant

erant proposita. Eundem ad modū Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiam Zenonis digressi partem tollere parabat: affirmans uni sibi ea fuisse proposita: atque bac de causa cum ministris dimicabat, ac uicissim inter se trabeant manibus utriq; in auem iniectis: nō aliter quam Patrocli cadauer binc atq; illinc attrabere conantes. Postremo uicit ille, atq; abstulit plurimū interim risum præbens conuiuis: maxime quam eam obtrem postea grauiter stomacharetur: perinde quasi atrocí affectus iniuria. Iam uero Zenothemis atq; Hermon, qui pariter ut dictum est, accumbebant: alter superior, puta Zenothemis: alter infra hunc, reliqua quidē, quoniam æqualia fuerant apposita, citra pugnā sustulerant. Ceterum autem, quæ iacebat ad Hermonis partem, erat altera paulo pinguior: idq; ita casu cuenerat, opinor. Iamq; suā uterq; sublatus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc quād maxime fac animū aducras, iam enim ad ipsum negotij caput peruenimus) Zenothemis inquā, omissa ea quæ se spectabat, eam que ante Hermonem iacebat tollere est aggressus: quæ quidem (uti iam diximus) erat pinguiscula. At ille contra nitens retinebat, baud sinens, ut ea in re potiores ferret. Inter hec clamore coorto utriq; in alterum irruentes ipsis auibus facies mutuò cædebant: ac barbis inuicem prehensis auxilio aduocabant: hic quidē Cleodemum, puta Hermon: ille uero, nempe Zenothemis, Alcidamantem ac Diphilum. At ceteri quidē ad partes

tes accesserūt, partim huius partim illius, præter unū
lonem, qui sese neutrū atq; ancipitem scrubabat. Ceterum
illi inuicem conserti pugnabant. Ac Zenothemis
quidē scyphum è mensa sublatū, eum qui corām Ari-
stæneto stabant, abiecit in Hermonem.

Atq; bunc haud tetigit, aliò sed flexus aberrat.
Verum sponsi caput dissecuit, alto grauissimoq; uulne-
re. Itaq; mulierum coorta uociferatio, quæ medium in
præium insiliebant: cum primis autē adolescentuli mæ-
ter, quum iam sanguinem eius aspexisset: præterea O
spousa mctu territa, prosiliit. Inter hæc Alcidamas
strennum uirum præstítit, quum Zenothemidi ferret
opem, ex illiso suo baculo, Cleodemus quidem caluariā,
Hermonis uero maxillam comminuit: ad hæc è famu-
lis aliquot opitulari parantes vulnerauit. Quanquam
illæ nihil bis rebus territi cesserunt. Verum Cleodemus
intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum ads-
motus narem mordicus auulsit. Porrò Hermon Diphilum
Zenothemidi suppetias ferre conatum, è sponda
in terram precipitem dedit. Sauciatus est ex Istiæus
grammaticus, dum interuentu suo eos studet dirime/
re: calice uidelicet in dentes illius illiso: idq; à Cleode-
mo, quum hunc Diphilum esse credidisset, nō Istiæum.
Iacebat igitur miser ille, iuxta suum ipfius Homerum,
Sanguinem ab ore uomens. Præterea tumultus atq;
lachrymarum plena undiq; erant omnia: dum ex mulie-
ribus cingarent Chereæ sponso circūfusa, dumq; alij bas-

student compescere. Porro maxima malorū omnium pars erat Alcidamas, postea quām scimel ad suum redisset ingenium feriens, quicunq; forte in ipsum incidisset. Neq; uero pauci in eo prælio cecidissent, scito, ni baculum is fregisset. Ego porro iuxta parietem erectus assistens, spectabam omnia, neq; me ei negocio admiscebam, nimirū Istræ iam doctus exemplo: quām esset periculosum eiusmodi conflictus uelle dirimere. Lapithas itaq; Centaurosq; uidisses, cuerti mensas, effundi sanguinem, projici scyphos. Demū Alcidamas subuersa lucerna, magnas induxit tenebras. Iamq; res ut est coniectu facile, atrocior etiam multo esse cœpit, presertim quam baud esset proclive, luminis copiam alacunde recuperare, sed multa interim ac seua patrata sunt intenebris. Post ubi accederet, nescio quis lucernam tandem adportans, Alcidamas quidem repertus est tibicinæ uestem sustollens, uiq; cum illa cōgredi purgnans. Dionysodorus autem in alio quodam ridiculo facinore deprehensus est. Nam ut surrexerat, scyphus è sinu illius clapsus in solū decidit, postea excusans aiebat, Ionem in tumultu calicem sublatū sibi tradidisse, ne periret. Id ita factum, Ion admodum sollicite quasi patronum agens asseuerabat. His rebus dimissum est conuiuium, à lachrymis denuo in ridiculū exitum conuersum, idq; Alcidamatis, Dionysodori, atq; Ionis gratia. Porro qui erant saucij, sublati sarcinæ ritu, foras deportabantur miseriis affecti modis, maxime senex ille

Zenobie

Zenobemis, pariter tam oculotum nare mutilatus,
enecari se pre cruciatu clamitans: adeo ut Hermoni,
quamquam ne ipse quidem expers malorum, nam buic
duo dentes fuerant excusi, palam attestaretur: Memis-
neris inquiens ó Zenothemis, ne postbac dolorē in mes-
dijs habendum ducas. At sponsus iam uulnere à Dio-
nico curato, domum reuictus est fascijs reuincto capi-
te, eidem impositus uehiculo quo sponsam fuerat abdu-
sturus. Atq; ita miser ille nuptias acerbas celebrarat.
Deinde & alijs item Dionicus pro sua uirili remediū
adbibuerat. Postremo postquā iam dormierant, aspor-
tati sunt, pleriq; medijs in ijs uomētes. Ceterum Al-
cidamas inibi remanebat. Neq; enim ualebant hominē
extrudere, postquam semel sc̄e in sp̄ondam abicer-
rat, atque ibi transuersus accubuisse. Hic etat ó bone
Philon eius exitus conuiuij, de quo rectissime illud dici
posuit, quod in fine Tragediarū nonnumq; accinitur.

Sunt fortune uarij casus.

Plurima que haud speraueris unquam
Ea conficiunt numina diuīm.
Rursum que certò speraris,
Ed frustratò non contingunt.

Siquidem & hec planè preter expectationem atque
insopinatò exierunt. Preterea & illud iam didici, non
esse tutum, cui non sit opus, cum eiusmodi philosophis
agitare conuiuum.

LVCIANVS DE ASTROLOGIA,
DES. ERASMO
Roterodamo interprete.

E cælo, de quæ astris est nobis institutus sermo. Non de ipsis quidem astris, neque ipso de cælo, verum de diuinatione ac ueritate, que ab illis in hominum uitam proficiscitur. Neque rursum mibi libellus bic se traditum aut doctrinum profitetur, quo pacto diuinationē hanc aſſequi licet. Sed illud queror, doctos omnes cum in ceteris omnibus exerceant ſe, ſuisque omnibus tradant, ſolam Astrologiam nec habere in precio, nec exercere. At qui hoc doctrinæ genus uetus est, neque nuper ad nos peruenit, ſed inuentum est priſcorum regum, quos Diſ amabat. At huius ætatis mortales non ſolum inſtitia ſocordiaque, uerum etiam odio laboris, diuerſa ab illis ſentiantur. Cumque forte inciderint in eos, qui falſa prædicunt, tum et aſtra culpant, et ipſam Astrologiam habent exofam, neque ſalutarem eam, neque ueridicam arbitrantes. Sed artes magis falſam atque inanem, haud recte, ſicuti mibi quidem uidetur, ſentientes. Neque enim ob imperitiā fabri, ars ipſa culpatur, neque ob cantoris inſtitiam, ipſa mifera parum est crudita: quin illi potius artium ſunt ignari. Ceterum ars unaqueque ſuapte natura ſcita eſt. Primum igitur Actiopces banc rationem mortalibus tradidérunt. In cauſa fuit partim gentis eius ſapiencia.

Nam

Nam ceteris quoq; in rebus Aethiopes reliquos homines antecellunt sapientia. Partim regionis quam incolunt opportunitas, propterea quod apud eos perpetua sit cœli serenitas, tranquillitasq; neq; patiuntur anni mutationes, sed eadem temperie uiunt. Itaq; cum primū uidarent lunam nō semper eodem uultu apparentem, sed uaria subinde specie, et in aliam atq; aliā uerti formant, uisa est illis ea res admiratione atq; disquisitione digna. Deinde cum inquisissent, reppererunt hanc esse earum rerum causam, quod lunæ non esset lumen proprium, sed à sole mutuatum. Inuenerūt autem eū reliquarum stellarum motus, harum quas nos errores appellamus, nam stellarum hec solæ mouentur, naturamq; earum ac potestatem, et effectus, quos unaquaq; presertim nominibus quoq; inditum, non illis quidem utcunq; uisum est, confitit: sed que notæ rerum essent. Hæc igitur in caelo perspexerunt Aethiopes, mox Aegyptiis finitimiis artem imperfectā tradiderunt. Porrò Aegyptij diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouixerunt: quippe qui mensurā etiam, ad quam unaquaq; stella mouetur, indicarint. Ad hæc annorum, mensum, horarumq; numerum instituerunt. Ac menses quidem illi luna metiuntur, atq; eius recursu finiunt. Annum uero sole, et buius circuitu metiuntur. Quin his etiam maiora ostenderunt. Nam ex uniuerso caelo reliquisq; stellis, et errantibus et fixis, neq; simul cum ceteris se se mouentibus,

duodecim partes effecerunt in his quae mouentur, & unamquaque suis animantibus representarunt, partim marinis, partim homine, partim fratribus, partim uolatilibus, partim pecudibus. Vnde & sacra Aegyptiorum marie sunt. Neque enim omnes Aegyptij, ex omnibus duodecim partibus diuinabant. Sed alij alijs utebantur partibus. Itaque arietem colunt, qui ad Arietem spectabunt: piscibus non uescuntur, qui Pisces annotabantur. Nec bircum mactant, qui Capricornum uiderant, atque alij item alia uenerabantur, que quisque inuenierat. Quin taurum etiam ob honorem cœlestis Tauri colunt. Nam Apis apud illos, res in primis sacra, regionem sortitus est, & qui eam incolunt partem, oraculum quoque discarunt, signum uidelicet diuinationis, quam à cœleste tairo petunt. Ac non multo post Libyes quoque artem banc sunt aggredi. Siquidem & oraculum quod est apud illos Ammonis, ad cœlum, & huius sententiam refertur, iuxta Ammonem, quem illi arietis specie fingunt. Calluerunt autem hæc omnia & Babylonij, atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verum ut ego existimo, multo posterius ad hos scientias peruenit. At uero Græci nec ab Acthiopibus, nec Aegyptijs de Astrologia quicquam audierunt. Verum illis Orpheus Oeagro Calliopeque prognatus, primus ista monstrauit, non ille quidem admodum dilucide, neque rem clare docuit, sed præstigijs ac mysticis inuolucris obcexit. Sic enim illi uisum est. Nam concinnata lyra,

Orgia

Orgia instituit, sacrasq; cantiones decantabat. Porrò lyra cum septem haberet chordas concentum mobilium stellarum representabat. Hec conquirens atq; hæc agitans Orpheus, omnia delinebat, omniaq; uincebat. Neque enim illam hominis lyram spectabant, neq; illi alterius musicæ studium erat, uerum hæc magna illa Orpei lyra. Hisce rebus cum Graci honorem habere uellent, locum illi in ipso cœlo designarunt, & complices stellæ uocantur Orpei lyra. Quod si quando Orpheum uideris uel saxo expressum, uel coloribus effectum, sedet in medio, canenti similis, manibus tenens lyram. Circam hunc animantium innumera multitudo, inter que & homo & taurus & leo, Cumque borum singula uideris, fac borum mihi memineris, cuiusmodi illius cantus, cuiusmodi lyra. Cuiusmodi taurus & cuiusmodi leo Orpheū audiant. Quod si eorum que dico, causas intelligas, tum & in cœlo borum unumquodq; contemplator. Fertur autem & Tiresia genere Boötius, diuinandi gloria multum celebris fuisse. Hunc Tiresiam ex Gracis aiunt dixisse, stellarum erraticarum alias esse fœminas, alias mares, non tamen eadem efficere. Vnde eundem anticipati quoque sexu fuisse fabulantur, aliquando fœminam, aliquando marem. Porrò Atreo & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum maximam Astrologie, cœlestisq; doctrinæ curam fuisse Gracis, palam est. Ac publico consensu statuerunt Argivi, ut uter

sciētia p̄recceleret, s̄c imperio potiretur. Ibi Thyestes
aricem illis in cælo demonstrauit, atque binc aureum
aricem Thyestē fuisse proditum est fabulis. At Atre
us de sole, dēq; uario illius exortu locutus est, ostēdens
non eodem modo ferri solem et mundum, sed contras
rio inter se cursu rapi. Et qui nūc uidetur occasus, cum
sit occasus mundi, solis exortum esse. Hæc locutum Ar
giui regem crearunt, magnamq; doctrine laudem est
assecutus. Evidem et de Bellerophonte similia sentio.
Nam alatum equum illi fuisse, non admodum credo. Ve
rum arbitror illum banc disciplinam sestantem, subli
miaq; cogitantem, et inter astra uersantem, in cælum
non equo ascendisse sed animo. Eadē de Pbryxo Atha
mantis filio dixerim, quem aureo aricē per acrem ue
ctum fabulantur. Quin et ipsum sanè Dædalum Atre
nensem, etiā si res est noua auditu, tamen hanc existi
mo cum ab Astrologia fuisse alienū. Sed cū ipse ea mar
xime est usus, tum filiū suū candē perdocuit. Ast Icarus
cum iuuentutis calore et inscitia, nō ea disquireret, que
conueniebat, sed ad ipsum usq; polū animo tolleretur,
delapsus est à uero, totaq; aberrauit arte, et in mare
p̄ceps decidit rerū immense profunditatis. De quo
Greci secus fabulantur, qui ex huius nomine sinum
eius maris Icariū frustra uocant. Fieri potest, ut Pasif
phae quoq; cum ex Dedalo de Tauro audisset inter
stellas apparēte, dēq; ipsa Astrologia, in artis amore
inciderit, ob id existimant factū, ut Dedalus illam tau
ro copi

ro copularit. Sunt autē qui scientiam in portiones par-
titi in singulis partibus singuli claborarint, alijs in ijs
que ad lunam, alijs que ad Iouem, alijs que ad solē per-
tinent congerentes, neq; non cursum, ac motū cū uim
illorum. Atq; Endymion lunæ rationem tradidit. Phaē-
tonis solis cursum deprehendit, non ille quidem uere, sed
moriens imperfectam artē reliquit. Hæc qui ignorant,
Phaētonem solis filiū credunt, fabulamq; de illo haud
quaquam ueram narrant, adiisse Solem patrem, ac po-
stulasse ab eo, ut sibi liceret lucis currum moderari, il-
lum id concessisse, monuisseq; qua ratione foret aurigan-
dum, Phaētonem uero consenso curru, partim ob etat-
em, partim ob imperitiam ita egisse, ut aliquando eſ-
set uicinus terre, aliquando longo semotus ſpacio à ter-
ra, interim mortales frigus atq; aestus intolerabilis con-
ſiciebat. Ob hæc indignatum Iouem ingēti fulminis te-
lo percussisse Phaētonem. Eum deiectum furores cir-
cunſtantes magno luctu proſequabantur, donec immu-
tarent formas, que nunc ſunt populi, ac lacrymarum
uice, quibus fratrem deploabant, electrum deſtillant.
Haudquaquam bæc ita geſta ſunt, neq; pium eſt bis ha-
bere fidem, neq; Soli fuit filius, neque illi filius interijt.
Sed narrat Græci & alia permulta fabulosa, quibus
ego non admodum credo. Nam qui consentaneum eſt
credere Aeneam Veneris fuiffe filium, aut Minoa Io-
nis, aut Ascalaphum Martis, aut Autolycū Mercurij?
Uerum bi homines pijs Dijsq; grati fuerunt, eosq; noſſ-

centes, bunc Venus, illum Iuppiter, aliam respiciebat Mars. Etenim qui patres familiās sunt mortalibus, in hoc progignendi genere, iij ueluti parentes sibi similia producunt omnia, & colorem, & formam, & facta, & animum. At rex quidem Minos Iouis auspicijs, Aeneas formosus Veneris fauore natus est. Fur Autolycus. At ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam uero nec Saturnum Iupiter coniecit in vincula, nec in tartara præcipitē dedit, neq; cetera machinatus est, quæ putat homines. Verum Saturnus extremus mouetur, proculq; à nobis semotus est. Segnis illi motus, neq; facilis animaduersu mortalibus, atq; hanc ob causam illum stercidunt, ceu uinculis alligatum. Ceterum ingens aëris altitudo tartarus appellatur. Sed potissimum ex Homeri poete Hesiodiq; carminibus liceat intelligere prisorum fabulas cum Astrologia consentire. Siquidē ubi Iouis catenam narrat, ac Solis iacula, quæ quidem ego radiorum ictus esse coniūcio, tam urbes quas in clypeo fixerat Vulcanus, præterea choream, & vineam, ad bac quæcumque de Veneris ac Martis adulterio dixit, deq; detectione, haud aliunde, quam ex hac scientia sunt confita. Quandoquidem Veneris & Martis concursus, Homericæ cantilenæ præbet argumentum, in alijs autem uerbis utriusq; diuersum effectum descripsit, Veneris, cum ait illi.

Tute Venus iucunda magis connubia cura.
Porro de belli negocij,

Cuncta

Cuncta cito hæc curæ fucrint Marti atq; Minerue.
 Hæc cum intelligerent ueteres illi, maxime diuinatio-
 nibus utebantur, nec eam ociosam esse putabant, adeo ut
 nec urbes conderent, neq; mœnia circunducerent, neq;
 quenq; occiderent, neque ducerent uxores, priusquam
 de singulis à uate responsum accepissent. Deniq; nec ip-
 sa deorum oracula, ab arte astrologica erant aliena. Ve-
 rum apud Delphos uirgo prædicendi munus adminis-
 trat, que coelestem illam Virginem representat: ac Dra-
 co sub tripode uocē ædit, quoniam et inter stellas Dra-
 co conficitur: in Didymis uero templum est Apollis-
 sis, et hoc, sicuti mibi uidetur, ex his Didymis, id est, ge-
 minis, qui coelo sunt, appellatū. Usque adeo uero diuina-
 tio uisa est illis res sacra, ut Ulysses etiam cum errando
 fessus uellet certo de rebus suis cognoscere, ad inferos
 penetrarit, nō quo uideret umbras et locum inamoenū,
 sed quod cuperet cum Tiresia colloqui. Qui simul atq;
 in locum peruererat, quē Circe monstrarat, foueam for-
 dit, oues mactauit, cumq; complures essent umbre, atq;
 inter has matris quoq; sanguinē bibere cupientes, non
 prius permisit ulli, ne matri quidem, quam Tiresia gue-
 stasset, coactusq; esset sibi uaticiniū edere: potuitq; in-
 terim matris umbram uideret sitientem. ad hæc Lycur-
 gus Lacedæmonijs omnem Reip. administrationē è coe-
 lo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bellū
 prodirent, ante plenilunium. Non enim existimabant
 tandem esse ciuitatis administrationem, crescente lunā

Et euanescere, propterea quod omnia ab illa regenerantur. Porro Arcades soli haec non receperunt, nec in prelio habuerunt Astrologiam, sed idem ob imprimitam
 Et stultitiam aiunt se luna antiquiores esse. Proinde cum nostri maiores usque adeo fuerint Astrologiae studiosi, huius etatis homines partim aiunt fieri non posse, ut homines finem inueniant divinandi scientie, propterea quod neque certa sit, neque uera, neque Martem aut Iouem nostra causa moueri in caelo, uerum illis humanarum rerum nullam esse causam, neque quicquam esse eis cum his negotijs commercij, uerum secundum hos necessitate circuaguntur; partim dicunt Astrologiam non esse quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari uaticinio quecumque fatis decreta instant. At ego sancte utrisque respondere possum, stellae in caelo suo quidem motu uolvi, certum obiter cius motus effectum ad nos peruenire. An quis equo currente, Et gallinis aut hominibus tumultibus, lapides subsilire, stipulaque moueri uentis cursu concitatis, syderum uero uertigine nibil propterea efficiunt ab igni ex quo calor ad nos permanat, neque nostra tamen causa quicquam erit ignis, neque illi cure est astus noster, ab astris autem nibil ad nos defuit? At sancte fieri non potest, ut per Astrologiam ex malis bona faciamus, neque mutare quicquam carum rerum, que ab illis ad nos demandant. Sed banc utilitatē ars adfert uentibus. Bona multo ante delectant eos, qui uentura proficerint: mala uero facile cum non imprudētibus uenient

vint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt, sed quia
meditata expectataque sunt, levia mitiaque uidentur.
Hec mea est de Astrologia sententia.

ORNATISSIMO DO-

CTISSIMO QVE VIRO THOS

me Ruthalo regio apud Anglos Sc
cretario, Thomas Morus

S. P. D.

I. quisquam fuit unquam vir doctissime,
qui Horatianum preceptum impluerit,
uoluptatemq; cum utilitate coniunxerit,
hoc ego certe Lactianum in primis puto prestitisse.
Qui et superciliosis abstinentis Philosophorum prece-
ptis, et solatioribus Poetarum lusibus, honestissimis fe-
mul et facetissimis salibus, uitia ubiq; notat atq; infes-
tatur mortaliu. Idq; facit, tamq; scite, tantaq; cū fru-
ge, ut quum nemo altius pungat, nemo tamē sit, qui nō
equo animo illius aculeos admittat. Quod quum nunc
quam non egregie faciat, fecisse tamen mibi singulari
quodam modo uidetur in tribus his Dialogis, quos ob-
idipsum ē tanto festiuissimorum numero potissimum der-
legi, quos ueriterem, alijs tamē alios fortasse longe pre-
laturis. Nam ut ē uirginibus non eandem omnes, sed ali-
us aliam, pro suo cuiusq; animo præfert, deamatq;, nō
quam precipuam tutò possit assertere, sed quæ sibi uis
deatur

deatur: ita è lepidissimis Luciani dialogis, aliis aliisque
 preceptat, mihi certe isti præcipue placuerunt, neq; ter-
 mere tamen (uti spero) neq; soli. Nam ut à breuißimo
 incipiam, qui Cynicus inscribitur, quiq; posse uidetur
 ipsa breuitate contemni, nisi nos Horatius admoneret,
 sepe etiam in exiguo corpore uires esse præstantiores:
 ipsiq; minimas etiā gemmas esse uideremus in precio.
 In eius ergo delectu bonorifice calculo mecum suffras-
 gatus est diuus Ioannes Chrysostomus, uir acerrimi iuri-
 dicij, doctorū fermè omniū Christianissimus, et Chris-
 tianorum (ut ego certe puto) doctissimus, quem usque
 adeo Dialogus hic delectabat, ut bonam eius partem
 in Homiliam quandam quam in Ioannis euangeliū cō-
 mentatus est, inscruerit. Neq; id immerito. Quid enī
 placere uiro graui, uereq; Christiano debuit, q̄ is dia-
 logus, in quo dum aspera, paruoq; contenta Cynicorū
 vita defenditur, mollis atq; eneruata delicatorū bomi-
 num luxuriare reprehendit? Nec nō cadē opera, Chris-
 tiane uitæ simplicitas, temperantia, frugalitas, deniq;
 arcta illa atq; angusta via, que dicit ad uitam, lauda-
 tur. Iam Necromantia (nam hic secūdo dialogo titulus
 est) non satis auſpicato uocabulo, sed materia tamen fe-
 licissima, quām ſalſe taxat, uel Magorū præstigias, uel
 inania Poctarū figmenta, uel incertas quauis de re phi-
 losophorū inter ſc digladiationes? Supereft Philopſen-
 des, qui non ſine Socratica ironia, totus uersatur (id q;
 titulus ipſe declarat) in ridenda, coarguendaq; menti-

etndē

endi libidine: dialogus nescio certe lepidiorne, an utilior. In quo non valde me mouet, quod eius animi fuisse videatur, ut non satis immortalitati sue consideret, atque in eo fuisse errore, quo Democritus, Lucretius, Plinius, plus rimiique itidem alijs. Quid enim mea refert quid sentiat bis de reb. ethnicus, quae in præcipuis habentur fidei Christianæ mysterijs? Hunc certe fructum nobis afferet iste dialogus, ut neque Magicis habeamus præstigijs fidem, et superstitione careamus, quæ paßim sub specie religiosi obrepit, tum uitam ut agamus minus anxiam, minus uidelicet expauescentes tristia quæpiam ac superstitiosa mendacia, quæ plerunque tanta cum fide atque autoritate narrantur, ut beatissimo etiam patri Augustino, viro grauiſſimo, bostique mendaciorum accrimo, nescio quisnam ueterator persuaserit, ut fabulam illam de duobus Spurinis, altero in uitam redeunte, altero dece dente, tanquam rem suo ipsius tempore gestam pro uera narraret, quam Lucianus in hoc dialogo, mutatis tantum nominibus, tot annis antequam Augustinus nascetur, irrisit Quo minus mireris, si pinguioris uulgi mentes suis fragmentis afficiantij, qui se tum demum rense magna cōfecisse putant, Christumque sibi deuinxiſſe perpetuò, si commenti fuerint, aut de sancto aliquo viro fabulam, aut de infiris tragediā, ad quā uetula quæpiā aut delira lachrymetur, aut pauida inhorrescat. Itaque nullā ferè martyris, nullā virginis uitam pretermiscent, in quam non aliquid huiusmodi mendaciorum inscruerint,

pic

pie scilicet, alioqui enim periculum erat, ne ueritas nō posset sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs. Nec ueriti sunt eam religionē contaminare figmentis, quā ipsa ueritas instituit, & in nuda uoluit ueritate confitescere, nec uiderunt usque adeo nibil istiusmodi fabulas conducere, ut nibil perniciosius officiat. Nempe (ut me moratus pater Augustinus testatur) ubi admixtū subiect mendaciū, ueritatis illico minuitur ac labefactatur autoritas. Vnde saepè mibi suspicio suboritur, magnam huiusmodi fabularum partem, à uafris ac pessimis qui, busdam nebulonibus, hereticisq; confictam, quibus studium fuit, partim ex incauta, simplicium potius, quam prudentium credulitate uoluptatem capere: partim fabularum fictarum cōmercio, fidem ueris Christianorū bistorijs adimere: quippe qui frequenter quedam, his quæ in sacra scriptura continentur, tam uicina confingunt, ut facile se declarent, adulendo lusisse. Quamobrem quas scriptura nobis historias diuinitus inspirata commendat, eis indubitata fides habenda est. Cæteras uero ad Christi doctrinam, tanquam ad Critolai regulam, applicantes caute et cum iudicio, aut recipiamus, aut respuamus, si carere uolumus & inani fiducia & supersticia formidine. Sed quò progredior? epistola ferè iam librum superat: nec interim tamen uerbum de suis laudibus ullum, in quas aliis fortassis totus incubuerit: quarumq; citra ullam adulandi suspicionem uberrimam mibi materiam præbuerint (ut cæteras uirtutes

tuas

tua omittam) uel egregia doctrina tua, summaq; in rebus agendis prudentia: quā tot in diuersis nationibus, in tam arduis negotijs, tam feliciter ait & legationes declarant: uel singularis fides, grauitasq;, quam nisi satis perspectam, exploratamq; babuisset, nunquam te prudenterissimus princeps sibi à secretis esse uoluisset. Sed ceterarum virtutum tuarū prædicationi unica modestia tua reluctatur: que faciat, ut quam laudanda tam libenter facias: fecisse te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo: hoc unam duntaxat abs te precatus: ut has in Grecis litteris studij mei primitiæ equo animo suscipias, finaq; ut qualemcumq; apud te sint amoris officijs in te mei monumentum, quo tibi sim a suis cooperatori fiducia cōmittere, quod et si tam acre tibi iudicium sit, ut quicquid erratum fuerit, nemo penetrans videat: is tamen est ingenij cui candor, ut nemo libenterius commineat. Vale.

LVCIANI CYNICVS

THOMA MORO INTERP.

LVCIANVS ET CYNICVS.

VID TU TANDEM? barbam quidem habes,
Q COMAM, tunicam non habes, nudus con-
spiceris, ac sine calceis, delecta nimis tua
ga, inhumanaq; ac feroci vita, tum proprio corpore cō-

L V C. G TRA

tra quām faciūt ceteri semper usus incommodo, nunc
buc, nunc illuc circuis, in arido praeterea solo cubans,
ad eo ut plurimum etiam sordium, tritum istud pal-
lium referat, alioqui nec ipsum, uel tenui filo, uel molle,
uel florulentum. C Y N . Neq; enim indigo : siquid est
buiusmodi, ut comparetur facilime, dominoq; minimū
exibeat negotij, id inquam mibi sufficit. At tu per De-
os dic mibi, putasne esse in luxu uitiū? L V C . Imò ad-
modum. C Y N . Contra in frugalitate uirtutem? L V /
C I A . Admodum. C Y N . Cur igitur tandem quum
me uideas uiuentem frugalius quām uulgo faciunt ho-
mines, eos uero sumptuosius, me, non illos arguis? L V
C I A N . Quia non frugalius per louem uideris mibi,
sed egentius uiuere, imò uitam omnino egenam atque
inopem. Nam tu nihil à mendicis diff̄ers, qui cibū men-
dicant in diem. C Y N . Vis ergo uidcamus (quando?
quidē huc proceſſit oratio) quidnam inopia sit; quidq;
rurſus copia? L V C . Si tibi quidem ita uidetur. C Y /
N I C . Nunquid ergo satis id cuiq; est, quicquid ipsius
explet necessitatem? an aliud quippiam dicas? L V C .
Esto istud. C Y N . Indigētia uero quicquid cuiusquam
uſui decſt, nec cō quo ſit neceſſe pertuerit? L V C . Scili-
cet. C Y N . Nihil igitur meis in rebus decſt. Nihil enim
in his est, quod neceſſitatem nō explicat meam. L V C .
Quo pacto illud ait? C Y N . Scies si cōſideres in quem
uſum eorum quodq; paratū est, quorum c̄gētū, ut dor-
mus, an nō tegumenti gratia? L V C . Maxime. C Y N .

Quid

Quid uestis, cuius gratia? nonne tegumenti etiam ipsas? L V C . Sane. C Y N . At ipso per deos tegumento, cuius rei gratia indigerimus, nonne ut melius se habeat id quod tegitur? L V C . Mibi quidem sic uideatur. C Y N . Utrum igitur tibi prius se habere bi uidentur pedes? L V C . Nescio. C Y N . At qui hoc pacto dicceris: quodnam pedum officium est? L V C . Ingredi. C Y N . An deterius ergo ingredi pedes tibi uidentur nisi, quam aliorum? L V C I . Istud uero fortasse non. C Y N . At non possent, seu scilicet melius seu deterius haberent, officium suum prestatre? L V C . Fortasse. C Y N . Pedibus ergo nibil peius affectus uideor, quam alijs? L V C . Non uideris. C Y N . Quid corpus uero meum? Num deterius quam reliquorum? Nempe si deterius se haberet, esset idem imbecillus: corporis quippe uirtus robur est. An meū ergo debilius? L V C . Non uidetur. C Y N . Neq; pedes ergo tegumento uidentur egere, neq; reliquum corpus. Quippe si egerent, male haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peius habere se facit, ea quibuscūq; adfuerit. At ne ali quidem deterius corpus uidetur meū, qd' quibuslibet cibis alitur. L V C . Manifestum est id quidem. C Y N . Nam nec uegetū es, nec robustumq; si aleretur male. Mala siquidē alimenta corpus tabefaciunt. L V C . Ista quidem ita se habent. C Y N . Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentib. me arguis, mitāq; improbas meā, ac miseram predicas? L V C . Ideo per louem, quod quum natura (quam sa

colis) ac superi terram in cōmuni statuerint, ex ea nul-
ta nimirum ac bona ediderint, ut nobis omnia superer-
sent abunde, non in necessitatem modo, uerum in uolup-
tatem quoq; tu tamen borum omnium aut maxime sal-
tem partis expers es, nec eorum quoquam fructis nibi
lo certe magis, quam ferē. Nempe aquam bibis, quam
etiam bibunt ferē: Comedis uero quicquid offenderis,
quemadmodū canes, tum cubile nibilo melius canibus
babes: quandoquidem gramen tibi sufficit, quemadmo-
dem & illis: pallium præterea circunfers nibilo mendī
eo decentius. Quanquam si tu bis cōtentus recte sapi,
tum Deus profecto neutiquam recte fecit, primū quod
oae effecit pingues, deinde uites dulcis uini feraces, ac
reliquam deinde apparatum uarietate mirabilem, &
oleū & mel & reliqua, omnia ut nos haberemus, edut
lia quidem omnigena haberemus, potum dulcem habe-
remus, pecunias haberemus, molleū lectū haberemus.
Præterea pulchras domos, ac reliqua demū omnia mi-
rum in modum præparata. Nam & ipsa quoq; artiam
effecta dcorū dona sunt. At uiuere omnibus buiuse bonis
privatum, id fucrit profecto miserum, etiam si ab
alio quopiam priueris: quemadmodum bi qui scr-
uantur in uinculis: longe uero miserius, si quis ipse ser-
fe omnibus bonis priuet. Nam ea demum manifesta ini-
sania est. c v n . Et recte quidem fortasse dicis. Verum
istuc dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atque
humane, quin prolixo quoq; exhibente conviuem, tum
boffites

hospites excipiente, & multos simul, & omnigenos,
 alios quidem imbecillos, alios autem robustos, deinde
 apponente multa atq; omnigena, si quis, inquam, om-
 nia corripiat, omniaq; deglutiat, non ea tantum que
 uicina sunt, sed ea quoq; que procul absunt, preparata
 uidelicet in ualidis, ipse tamen ualens, quem unum dum
 taxat uentrem habeat, nec multis ut nutriatur indige-
 at, dicitur tamen quam alij multi immoretur, bic uir
 cuiusmodi tibi uidetur esse? probusne? L V C. Non mi-
 bi quidē. C Y N. Quid uero, num temperans? L V C.
 Ne id quidem. C Y N. Quid uero si quis eiusdem men-
 sa particeps, multa illa ac uaria neglegat, uno quopis
 am ex his que proxime apponuntur, electo, quem ser-
 tis in suam habeat necessitatem, id decenter edat, eoque
 solo utatur: cetera illa ne respiciat quidē, an non bunc
 temperatiorem & meliorem uirū illo putabis? L V C.
 Ego certe. C Y N. Vtrum ergo iam intelligis, an me
 oportet dicere? L V C. Quid nam? C Y N. Quod De-
 us illi quidem pulcre conuiuum instruenti similis est,
 ut qui apposuerit multa ac uaria, atque omnigena, uti
 essent que cuique conueniant, alia quippe ualentibus,
 alia rursus egrotantibus, atque alia quidem robustis,
 alia uero in ualidis, non ut omnibus utamur omnes, sed
 ut bis utantur singuli, que sue cuiusque naturae conuer-
 niunt, & ex his ipsis, quacunq; re maxime quinq; insi-
 digere contigerit. At uos illum qui per insatiabilitatem
 atque incontinentiam omnia corripit refertis, ut qui

rebus uti uelitis omnibus, et undecunq; partis, non for
lis contenti presentibus, existimantes propriam qui
dem neq; terram, neq; mare sufficere, sed importantes
ab ipsis usq; terre finibus voluptates, patrijsq; rebus
peregrina praefrentes, sumptuosaq; frugalibus, atque
ea que difficile comparantur his que sunt comparatu
facilia: in summa, denique molestias, malaq; potius eli
gentes, quam absque molestijs uiuere. At isti quidem
plurimi ac preciosi, beatiq; apparatus, quibus exulta
tis, per magnam ad uos miseriam, erumnamq; perver
sunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentumq;
considera: domus considera sumptuosas, uestes opero
fas considera: atque eius generis omnia, quanto nego
cio emuntur, quo laboribus, periculis: imò sanguine,
ac cæde, quantoq; hominum interitu: non ideo solum
quod dum nauigant, propter ista percunt complures:
ac dum querunt, parantq; grauiia perforunt: sed ob id
quoq; quod digladiationes multas pariumt, quodq; ob
ea insidiantur inuicem et amicis amici, et parentibus
liberi, et maritis coniuges. Sic opinor Eriphylen quo
que auri gratia prodidisse maritum. Atq; haec quidem
omnia fiunt, quum tamen uestes illæ uarie nibile mas
gis quicquam queant caleficere, aurataq; illa edificia
nibile prorsus magis tegant, nec pocula illa argenteas
potui quicquam magis conducant. Sed nec aurei illi,
nec eburnei item lectuli, somnum suauorem prebeant,
imò uidebis frequenter in eburneo lecto, sumptuosiq;
stromatibus

afromatibus, beatis illis somnum contingere non posse.
 Præterea omnigenæ ille circa edulia curæ, nibilo mar-
 gis alunt, quin tabefaciunt potius corpora, ijsdemq;
 morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet libidi-
 nis gratia quantas molestias mortales et faciunt, et pa-
 ciuntur? quanquam facile est isti cupiditati mederi, nisi
 quis uelit indulgere delitijs. At ne hæc quidē insania
 corruptelaq; sufficere uidetur mortalibus, sed iam re-
 rum etiam usum peruerunt, singulis rebus ad id uten-
 tes, ad quod minime paratæ sunt, quemadmodum lectio
 si quis uti carpenti loco uelit, ac tanquā curru. L V C.
 Quisnam is est? C Y N. Vos, inquā, qui hominibus tan-
 quam iumentis utimini. Nam eos iubetis, ut lecticis tan-
 quam currus in ceruicibus ferant. Ipsi uero in sublimi
 refidctis delicati, atq; illinc homines perinde tanquam
 asinos aurigamini, imperantes ut hac, nō illac eant, et
 qui bæc facitis maxime, ijdem maxime beati uidemini.
 Tam hi qui piscium carnibus non tantum ut alimentis
 utuntur, uerū tinturas etiam quasdā ex his machinan-
 tur, eos dico, qui purpuram tingunt, nōne et bi præter
 naturā his utuntur, que à deo preparata sunt? L V C.
 Non per louem, si quidē tingere etiam potest nō come-
 di tantum purpure caro. C Y N. At non in id tamen
 nata est. Nam et cratere quispiam, si præter naturam
 detorqueat, ollæ loco posset uti, nec in id tamē paratus
 erat. Sed quo pacto posset quispiam uniuersam illorū
 infelicitatē percurrere, que tanta est? At tu me quoq;

quod nolo eius esse particeps, incusas. Vix ego tanquam
quemadmodum modestus ille, bis uidelicet duntaxat,
que mihi apponuntur uescens, ac frugalissimis utens;
uarijs uero illis atq; omnigenis minime imbiens. Ac deo-
inde quum paucis egeam, ac minime multis utar, feria-
nam tibi uidetur uitā uiuere. At qui bac ratione tua Dij
profecto in periculū ueniunt, ne et ipsi sint feris etiam
deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verum ut
exactius intelligas, cuiusmodi horū utrung; sit, uel pa-
cis uidelicet egere, uel multis, considera quod pluribus
egēt, primū pueri quam adulti, deinde mulieres quam
uiri, tū agroti quam ualentes; atq; omnino in summa,
infriora qualibet prestantioribus plurium indigent;
proinde Dij omnino nullius egent rei, qui uero ad Deos
accedunt proxime quam minimis egent. An Hercu-
lem putas omnium hominum prestantissimū, quippe di-
uinum uirum, deumq; recte creditū, miserū tunc fuisse,
quū circuiret nudus, pelle duntaxat indutus, barū ser-
rum nostrarum nibil desiderans? At ille miser profecto
nō erat, quippe qui miseriā ab alijs propulsabat: neq;
rursus pauper, qui terra, mariq; dominabatur. Nempe
quocunq; intendisset impetum, omnes quaqua eversus
superabat, nec in quenquam sui temporis incidit, qui se
uel equarit unquam, uel uicerit, quo ad ex humeris ex-
cebit. At tu illi stromata putas, calcosq; defuisse, uq;
ob id mundū obambulasse tantum uirum? Dicendū pro-
fecto non est. Sed continens erat ac fortis, et moderate
uiuere

siuere uolebat, non indulgere delitiis. Quid Tbeschus
 eius discipulus? An non rex erat Atheniensium omnia
 um, ac filius etiam, ut scrunt, Neptuni, sua certe tempe
 state fortissimus? Attamen ille quoq; uoluit sine calce
 is esse, ac nudus ingredi, barbamq; ex comam nutrire
 placuit ei, nec ei tamen solum, sed omnibus etiam uete
 ribus placuit: nempe meliores erant quam uos: atque
 adeo ne sustinuissest quidē eorum quisquam aliquid bu
 tuſmodi, nibile profecto magis quam leo quifiam sc̄e
 ponderi. Siquidem carnis moliticem ac leuorem decen
 re mulieres existimabāt, ipſi uero sicuti erāt, ita uidea
 ri quoq; uiri uolebant: ac barbam quidem cultum uirū
 ducebant, quemadmodum in equis iubass, in leonibus
 barbam, quibus deus splendoris quandā atq; ornamen
 ti uenuſtatē dedit, sic ex uiris barbam adiunxit. Illas
 igitur ego emulor, ueteres, inquam, illas imitari uolo,
 buius uero tempestatis homines non emulor mirabil
 lis buius felicitatis nomine, quam in epulis ex vestibus
 habent, dum poluit ac leuigant singulas corporis par
 tes, ac ne secretiorum quidem ullam, ita ut instituit na
 turā, dimittentes. At mihi certe pedes opto, ut nibil
 equinis differant, quales Chironis fuisse ferunt. Tum uis
 ipſe Stromatis non egeam more leonum, nec cibo eges
 am magis exquisito, quam canes. Contingat preterea
 mihi, ut terra quacuis mihi per se pro cubili sufficiat.
 Domum uero ut mundum bunc existimem. Alimenta
 deum ut ea deligam, que facilime comparari possint.

Aurum uero, argentumq; ne desiderem unquam, nec
ego, neq; mcorum amicorum quisquam. Omnia namq;
mala inter homines ex horum cupiditate nascuntur,
et seditiones, et bella, et infidet, et cedes. Hec om/
nia fontem habent plus habendi cupidinem. At bec à
nobis abscedat procul, ne unquam plus satis appetam,
utinus uero quum habeam, ferre a quo animo ualeam.
Nostra quidem ita se habent. Plurimum profecto à uil/
gi sententijs ista dissentiunt. Neq; quicquam ergo mi/
randum est, si ab his differimus habitu, à quibus tantū
differimus instituto. Sed te demiror, quonā pacto quū
sum quandā citharoedo uestem tribuas, cultumq;, atq;
a deo tibicini suum, et tragædo suū, bono uiro cultum
uestemq; propriā nullam existimas, sed eandem ei cum
uulgo habendam censes, idq; quum uulgas malum sit.
Quod si bonoruū cultus proprius debet esse illus, qui/
nam decebat magis quam bic meus, qui maxime luxuri/
osis pudendus sit, quemq; illi maxime auerteretur? Cul/
tus ergo meus huiusmodi est, squalidum esse, hirsutum
esse, tritum pallium indui, comam producere, ac sine
calceis ingredi. Vester uero cinædorum ornatui si/
milius est, nec dignoscere uos quisquam ab illis pos/
fit, neq; colore uestium, neque mollicie, neque camisia/
rum numero, neq; lacernis, neque calceis, neq; capillo/
rum cura, neque odore. Nam et redoletis ut illi, iam
presertim uos qui estis felicissimi. Et quidē quid facias,
quum uir eundem cum cinædis odorem oleat? Etenim
infer

In frēdis laboribus nihil illis prēstatis. Voluptatibus uero nihilominus quām illi superamint, eadem coēditis, eodē modo dormitis, atq; inceditis, imō uero incedere non uultis, sed gestari potius, tanquam sarcine, alijs ab hominibus, alijs uero à iumentis. At me pedes ip̄i gestant quocunq; sit opus. Egoq; et frigus tolerat re sufficio, et calorem pati, eaq; que dij obnūlcent, minime moleste ferre, ideo uidelicet, quia miser sum. Vos uero propter hanc felicitatem nulla estis fortuna contenti, sed omnium pœnitet, ac præsentia ferre non potestis, absentia desideratis, hyeme quidē optantes estatem, estate rursum hyemem, atq; in calore frigus, in frigore uicissim calorem: quemadmodum agrotantes, mordosi semper et queruli, quod in illis quidem facit morbus, in uobis uero mores. Atq; hæc ita quū sint, iam nos in uitā uestrā traducere & quū censetis, nostramq; cōtrumpere, quū sepe male cōsulta sint, que faciunt, ipsiq; fitis in uestris ipsorū negocijs minime circūspecti, nibilq; eorū iudicio ac ratione, sed cōsuetudine cupiditas faciat. Quamobrē nihil profecto differtis nos, ab his qui torrente ferūtur. Illi quippe quocūq; fluxus impenderit, et rapiūtur: et uos itidem quocūq; libidines. At similiter quidem uobiscū agitur, ut cum quodā quē equū insanū ascenderat. Equis igitur uirū corripiens abstulit. Hic uero amplius iam desilire equo currente non poterat. Quidam uero quum occurriisset ei, rogauit quoniam tenderet? Hic respondit, quocumque

būic

bius uidetur, equum demonstrans. Quod si nos quisque
roget, quod feramini, si uerū uultis dicere, dicetis in unius
uersum quidem: quocunq; uideatur affectibus, sigilla,
tim uero, interdum quocunq; uoluptati, interdum quo
enq; ambitioni, interdū rursum quod lucri studio. Quia
interdum ira, interdum metus, interdum aliud quippe
aut huiusmodi nos auferre uidetur, Neq; enim unū dum
taxat equū uos, sed multos insulentes, nunc hunc, nunc
illum, furiosos quidem omnes anchimini. Auferunt ergo
nos in barathrum, ac prærupta. Vos tamen prius,
quam cadatis casuros uos esse nescitis. at hoc detritum
pallium quod nos ridetis, comaq; habitusq; meus tan
tam habet uita, ut uitam mibi quietam prebeat, utq;
agam quicquid uolo, uerserq; cum quibus uolo. Nem
pe ex indoctis, atq; incruditis hominibus, nemo me adi
re uoluerit, ob hunc habitum. At molles etiam qui sunt
ad huc admodum procul declinant. Congrediuntur uero
scitissimi atq; modestissimi, et qui uirtutem cupiunt,
bi potissimum congreguntur mecum, horum ego con
suetudine delector. Eorum uero fores qui bonites ue
cantur, non obseruo, tam coronas aureas ac purpurā
pro fastu babeo, atq; homines ipsos derideo. At ut cui
tam hunc intelligas, non bonos modo uiros, sed ipsos
etiam deos decere, atq; cū deinde, si libet, irrideas, deo
rum statuas considera, utri uideantur nobis ne, an mibi
similiores, neq; Grecorum solum sed barbarorum eti
am tempia circumspicias, utru ipsi dij, ut ego, comati
barbati

barbatiq; sunt, an quemadmodum nos, rafsi finguntur atq; pinguntur. Quim plurimos etiam sine tunicis conspicies, ut me nunc esse uides. Quo pacto igitur exdeas postbac hunc habitum nitio dare, quem deos etiam decere uideatur.

SOMENIPPVS SIVE NECKOMANTIA LVCIANI

Thoma Moro interprete.

MENIPPVS PHILONIDES

ALVE atrii, domusq; nestibulum
me: Vt te lubens afficio luci reddi-
cus. PHIL. Nam nā bic Menippus
est canis ille? Nō bercole aliis, nisi ego
forte ad Menippos omnis balanci-
or. At quid sibi nult habitus bries insolentia? clara,
lyra, leonis exuvie? Adcundus tamen est. Salut Me-
nippe. Vnde nobis aduenisti? dix est quod in urbe non
uidimus. M E N I P .

Adsum reuersus mortuorum ē latibus,

Poribusq; tristium tenebrarum nigris:

Manes ubi inferi manent superis procul.

PHIL. O Hercules clam nobis Menippus vita fuit
Eius est, renixitq; denko? M E N I P .

Non, sed me adhuc uiuum recepit tartarus.

PHIL. Quenam causa tibi fuit noke bries atq; ins-
credibilis

credibilis uia? M E N.

Inuenta me incitauit, atq; audacia,

Q^uām pro iuventa baud paululum impotenter.
 P H I L . Siste ó beate Tragica, & ab iambis descendēs
 sic potius simpliciter eloquere , quenā hec uestis, que
 cūsa tibi itineris inferni fuit, quum alioqui neq; iucun-
 da neq; delectabilis sit uia? M E N.

Res dilecte grauis me infernas egit ad umbras,
 Consulerem manes ut uatis Tiresiai.

P H I L . Atqui delirat, alioqui non hoc pacto caneres
 apud amicos consarcinatis uersibus. M E N . Ne mire-
 ris amice, nuper enim cum Euripide atq; Homero uer-
 satus noscio quo pacto uersibus sic impletus sum, ut nu-
 meri mibi in os sua sponte confluant . Verum dic mibi
 quo pacto res humanae hic se habet in terris ? & quid
 nam in urbe agitur ? P H I L . Nihil noui. Sed quemad
 modum prius actitabant, rapiunt, peierant, sacerdātūr,
 usuras colligunt. M E N . O miseri atq; infelices. Nefci-
 unt enim , qualia de nostris rebus nuper apud inferos
 decreta sunt , qualesq; sorte iacti sunt in diuites istos
 calculi, quos per Cerberū nullo pacto poterūt effuge-
 re. P H I L . Quid ais ? Noui ne aliquid apud inferos
 nostris de rebus decretū est ? M E N . Per Iouē, & quā
 dem multa, verum prodere non licet neq; arcana que
 sunt reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamanthus
 īpietatis accuset. P H I L . Nequaquam Menippe per
 Iouē, ne amico sermonem bunc iniudeas. Nam apud
 homines

hominem tacendi gnarum, & initiatum preterea sae-
 cris edisces. M E N . Dura prosector iubes, & neutius
 quam tutus, uerum tui gratia tamen audendum est. De-
 cretum est ergo, dixites istos ac peccuniosos aurum tan-
 quam Danaen scruentes abstrusum. P H I L . Ne pri-
 us ó beate que sunt decreta dixeris, quām ea perci-
 ras omnia que abs te audire libentissime uelim : Qae
 uidelicet descensus causa fuerit, quis itineris dux, deinceps
 de ex ordine, & quae illuc uideris, & que audiendis omnia.
 Verisimile est enim te, quum res pulcbras uidendi
 curiosus sis, eorum que uisu aut auditu digna uidebas
 tur nibil omnino pretermisso. N E N . Parendum eti-
 am in his tibi est. Nam quid facias, urgente amico ? Ac
 primum sanè tibi expediam, que res animum meum
 ad hunc descensum impulerit. Ego igitur quum adhuc
 puer essem, audirem q; Homerum atque Hesiodum,
 seditiones ac bella cantantes, non semideorum modo,
 sed ipsorum etiam deorum, adulteria quoque, violen-
 tias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fra-
 trum & sororum nuptias : hec me Hercle omnia bo-
 na pulchra q; putabam, & studiose erga ea afficie-
 bar. Postquam uero in uirilem iam etatem perueni-
 rem, bic leges rursus iubentes audio poetis apprime
 contraria, neque uidelicet adulteria committere, ne-
 que seditiones mouere, neque rapinas exercere . Hic
 igitur basitabundus consti, incertus omnino quo me
 pacto gererem. Neque enim deos unquam putau-
 moechatu-

machaturos, aut seditiones iniucem fuisse moturos, ni
 si de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Neq; rur-
 sus legumlatores his aduersa iussuros, nisi id conduce-
 se existimarent. Quoniā igitur in dubio eram, uisum
 est mihi philosophos istos adire, atque his me in manus
 dedere, rogareq; uti me utcunq; liberet uterentur, ui-
 teq; uiam aliquam simplicem ac certam ostenderent.
 Hec igitur mecum reputans ad eos uenio, imprudens
 profecto, quod me ex sumo (ut aiunt) in flammarum con-
 uicerem. Apud enim hos maxime diligenter obseruans
 summam repperi ignorantiam, omniaq; magis incer-
 ta, adeo ut prae his ilico mihi uel idiotarū uita iam au-
 rea uideretur. Alius etenim soli meiusit uoluptatis
 ducere, atq; ad eum scopum uniuersam uitæ cursum diri-
 gere. In eo ipsam sitam esse felicitatem. Alius rursus om-
 nino laborare, corpusq; siti, uigilijs, ac squalore subige-
 re, misere semper affectum, contumelijsq; obnoxium.
 Afidue, Hefiodi sedulo inculcans celebria illa de uirtu-
 te carmina, et sudorem uidelicet, et accluem in uer-
 ticem montis ascensum. Alius contemnere iubet pecu-
 nias, carumq; possessionem indifferentem putare. Ali-
 us contra bonas ipfas etiam diuitias esse pronunciato.
 De mundo uero quid dicam? de quo ideas, incorpores
 et substantias, atomos, et inane, ac talem quandam pu-
 gnantium iniucem nominum turbā in diem audiebam,
 et quod absurdorum omnium maxime fuit absurdum,
 de contrarijs unusquisq; quum diceret, invincibiles ade-
 modum

modum rationes ac persuasibiles adferebat, ut nec ei qui calidum, nec ei qui frigidum idem prorsus esse contendent, contra quicquam hiscere potuerim, atq; id, quū tamen manisce cognoscere fieri nunquā posse, ut eadem res calida simul frigidaq; sit. Prorsum igitur tale quiddam mibi accidebat, quale solet dormitantis bus, ut interdum capite annuciem, interdū contra abnucem. Præterea quod multo erat istis absurdius, nisi tam corum diligenter obseruans, compéri eam cum iporum uerbis preceptisq; summopere pugnare. Eos enim qui spernendam cunctebant pecuniam, audiſſime cōſpexi colligendis diuitijs inbiare, de ſcenore litigantes, pro mercede docentes: omnia deniq; nummorum gratia tolerantes. Ii uero qui gloriam uerbis affreuantur, omnem uitæ ſue rationem in gloriam referebant. Voluptatem rursus omnes fermè palam inceſſabant: clanculum uero ad eam ſolam libenter confluerunt. Ergo bac quoq; ſpē fruſtratus magis adhuc ægre moleſteq; tuli. Aliquantulum tamen inde memet conſolabar, quod una cum multis & ſapientibus & celeberrimis uiris ipſe inſipiensq; eſsem, atq; uere adhuc ignarus oberrarem. Peruigilanti mihi tandem, atque hifce de rebus mecum cogitanti, uenit in mentē, ut Babylonem profectus magorum aliquem ex Zoroaſtri diſcipulis ac ſuccessoribus conuenirem. Audieram ſi quidem eos inferni portas carminibus quibusdam ac myſterijs aperire, & quē libuerit illuc tutò deducere,

ac rursus inde reducere. Optime ergo me facturū pustavi, si cum horum quopiam de descensu paciscens Tisrēiam Bacotium consularem, ab eoq; perdiscerem (quippe qui uates fuerit & sapiens) quæ uita sit optima, quamq; sapientissimus quisq; potissimum elegerit. Ac statim quidem exiliens quām poteram celerimē Babylonem uersus rectā contendī. Quòd quām uenio, diversor apud Chaldeorum quendam bominem certe sapientem, atq; arte mirabilē, coma quidē canam, admodumq; promissa barba uenrabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes: orans igitur obsecransq; uix exorauī, ut quāvis mercede uellet, in illam me uiam deduceret. At tandem homo me suscipiens, primum quidem dics nouē ac uiginti cum luna simul incipiens abiuit ad Euphratēm, mane solem orientem uersus perducens, ac sermonem quempiā longum mutans, quē non admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones inerti solent) nolubile quiddam atq; incertū proferebat, nisi quod quosdam uisus est inuocare demones. Post illam igitur incantationē ter mibi in multum spuens deducit rursus, oculos nusquam in obnium quenquam deflectens. Et cibis quidem nobis glandes erant, potus autem lac atq; mulsum & Choaspīlymphā lectus uero in herba sub dio fuit. At postquam iam præparati satis hac diæta sumus, medio noctis silentio ad Tigridem me fluuium ducens, purgauit simul atq; abstesit, faceq; lustrauit ac squilla, tum pluribus itidem

dem alijs, & magicum simul illud carmen submersa,
rans, deinde totum me iam incantans, ac ne à spectris
læderet circumiens, reducit domum, ita ut eram recis
procantem: ac reliqua noctis parte navigationi nos
preparauimus. Ipse igitur magicam quandam uestem
induit, Medorum uesti ut plurimum simile: ac me quis-
dem bis quæ uides ornauit, clava uidelicet, ac leonis
exuuijs, atq; insuper lyra. Iusit præterea ut nomen si
quis me roget, Menippum quidem ne diccerem, sed Her-
culem, Vlyssem, aut Orpheum. P H I L . Quid ita ó
Menippe? neq; enim causam aut habitus, aut nominis
intelligo. M E N . Atqui perspicuum id quidem est,
ac ne cuiquam arcandum. Nam hi qui ante nos ad infer-
ros olim uiui descenderant, putauit si me his assimilar-
ret, fore ut facilius Aeaci custodiam fallerem, atq; mal-
lo probidente transirem, utpote notior tragicò ad
modum illo cultu emissus. Iam igitur dies apparuit,
quum nos ad flumen ingressi in recessum incumbimus.
Parata siquidem ab illo fuerant, cymba, sacrificia,
mulsa, & in id mysterium denique quibuscumq; opus
erat. Hec postquam ergo quæ prompta erant impo-
suimus, tum nos quoq;

Ingredimur tristes lachrymisq; implemuri obortis.
Atq; aliquantis per quidem in fluvio ferimur: deinde in
sylvā delati sumus, ac lacum quendā in quem Euphras-
tes conditur. Tum hoc quoq; transmesso, in regionem
quandam peruenimus solam, syluosam atq; opacam,

in quam descendētes (praebat enim Mitbrobarzanes) et puteum effodimus, et oves iugulamus, et fucam sanguine consergimus. At magus interim accensans facē tenens, haud amplius iam summisso murmure, sed uoce quam poterat maxima clamitās, demones simul omnes cōuocat, Pœnas, Erimnes, Hecaten nocturnam, excelsamq; Proscrpinā, simulq; polysyllaba quedam nomina barbara atq; ignota commiscet. Statim ergo tremere omnia, et rimas ex carmine solum ducere, ac porrò Cerberi latratus audiri, et iam res planè tristis ac moesta fuit.

Vmbrarum at timuit rex imis scđibus Orcus.
Ac protinus quidem inferorum patebat pleraq; Iacus pyriphlegeton, ac Plutonis regia. Tum per illum descendedentes hiatum, Rhadamanthum propemodum metu reperimus extinctum. Ac Cerberus primū quidem latrabat commouitq; se. At quum ego lyram celeriterime correptam pulsasse, cantu statim sopitus obdormit: deinde posteaquam ad lacum uenimus, transire ferē nō licuit. Iam enim onustum erat nauigium, et ciulatu certe plenum. Vulnerati quippe in eo nauigabant omnes, hic femur, ille caput, alius alio quoque membro luxatus, usq; adeo, ut mihi certe ex bello quopiam adesse uiderentur. At optimus Charon quū leonis uideret exuias, esse me ratus Herculem recepit, transq; uexit libens, tum ex euntibus quoq; nobis monstrauit semitam. Sed quoniam iam eramus in tenebris, procedit

præcedit quidem Mitbrobarzanes, ego autem à tergo
 continuus illi comes abbereo, quo ad in pratum quod/
 dam uenimus maximum, a phodelo consitum, ubi cit/
 cum fūse undiq; mortuorū stridulae nos sequuntur um/
 bra. Tum paulo procedentes longius ad ipsum Mino/
 is tribunal accessimus. Erat ipse quidem in folio forte
 quodam sublimi sedens. Astabant autē illi Pœne, Tor/
 tores, mali Genij, Furiæ. Ex altera parte plurimi qui/
 dam adducti sunt ex ordine longa fune uincti. Diceban
 tur autem adulteri, lenones, machi, homicidae, adulato/
 res, sycophante, ac talis hominum turba quidam in xi/
 ta patrantium. Scorsum autem diuites ac fænatores
 prodibant pallidi, ventricosi, ac podagrici, quorū quis/
 que trabe uinctus erat, ferri pondere duorum talentor/
 rum imposito. Nos igitur astantes, et quæ fuit omnia
 conspicimus, et quæ dicuntur auscultamus. Accusant
 autem noni quidā atq; admirabiles rhetores. PHIL.
 Quidam ergo bi per louem sunt, ac ne isthuc quidē te
 pīgeat dicere. M E N. Vmbrásne unquam istas nosti,
 quæ opposita soli reddūt corpora? PHIL. Quid ni?
 M E N. Ha nos igitur quum primū functi uita sumus
 accusant, testantur, atq; redarguunt, quicquid in uita
 peccauimus, et sanè quedam ex his dignæ admodum
 fide uidentur, utpote nobiscū ueritatæ semper, nostrisq;
 nusquam digressæ corporibus. Minos igitur curiose
 quemlibet examinans, impiorum relegabat in cætum,
 penas ibi sceleribus suis dignas luiturum. In bos pre-

cipue tamen incenditur, quos opes dum uiueret, ac dignitates inflaurant, quiq; adorari se fere expectabat, nimirum breui periturat eorum superbiam fastumq; detestatus: quippe qui non meminissent mortales ipsi quum sint, sese bona quoq; mortalia consequitos. At nunc splendida illa exuti omnia, diuitias inquam, genus, munia, nudi ac uultu demisso steterunt tanquam somnium quoddam humanam hanc felicitatem recognitives, adeo ut bae dum confidicarer nimis quam delectatus fuerim. Et si quem eoru forte agnoueram accessi, atque in aurem silenter admonui, qualis in uita fuerat, quanto pereq; fuerat inflatus: tum quum plurimi mane fortes cim obsidentes pulsi interims exclusiq; à famulis illius expectabat egreßum. At ipse uix tandem illis exticens puniceus, aureus aut uersicolor, felices ac beatos se facturū salutates putabat, si pectus deextrāmuc portigens, permittaret osculandā. Illi uero audientes ista moleste ferebāt. At Minos quiddā etiā iudicauit in gratiam. Quippe Dionysiu Siciliæ tyrānū multis & atro cibus criminibus & à Dione accusatū, & graui Stoico rum testimonio coniictū, Cyrenaeus Aristippus interueniēs (Nam illū ualde suspiciūt inferi, ciusq; plurimū ibi ualeat autoritas) fermè iam Chimere alligatū absoltūt à pena, afferens illū cruditorū nōnullos olim iuuiscēs pecunia. Tum nos à tribunali discedētes, ad supplicij locū peruenimus. Vbi ó amice & multa, & miseranda audire simul, ac spectare licuit. Nā simul et flagrorū so-

nus auditur, et ciulatus hominum in igne flagratiū, tum rotæ et tormenta, catene, Cerberus lacerat, et Chimera dilaniat, crucianturq; pariter omnes, captiui, reges, prefecti, pauperes, medici, diuites, et iam sacerdorum omnes paenitebat. Et quosdā quidem eorū, dum intueretur, agnouimus, uidelicet qui nuper è vita discesserant. At hi se pudentes tum occulebant, nostroq; substrabebat affectui, aut si nos aliquando respiciebāt, id seruiliter admodū abieccq; faciebant, atq; hi quidē quām olim putas onerosi fastosiq; in vita? At pauperibus malorum dimidiū remittebatur, et quū interquiescissent, denuo repetebantur ad paenam. Sed illa quoq; quæ fabulis feruntur affexi, Ixionem, Sisyphum, Phrygiumq; graniter affectum Tantalum, genitumq; terra Tityum, Dij boni, quantum! Integrū stratus agrū occupabat. Hoc tandem pretereuntes, in campum uenimus Acherusium, ubi semīdeos, heroidasq; reperimus, atq; aliam simul mortuorū turbam in gentes, tribusq; dispositam, alios quidem uetulos quosdā ac marcidos, atque (ut Homerus ait) euuertos, alios uero iuuueniles et integros, et bos potissimū ob illā cōdiēdi efficaciā Aegyptios. Verū dignoscere quēlibet haud proclue fuit, adeo nudatis ossibus omnes erāt inuicē simillimi, nisi q; uix tandem eos diu intendētes agnouimus. Quippe cōferti cōsidebāt obscuri atq; ignobiles, nullūq; seruantes amplius pristine forme uestigiū. Cū igitur multi simul ossei consisterent, inuicem omnino similes, qui

terrificum quiddam per canos oculorum orbes transpiccerent, dentesq; nudos ostenderet, basitabam certe mecum, quoniam signo Tberfitem à Nirco illo formosso discernerem, aut mendicum Iruus à Pbæcum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone. Quippe qui bus iam nihil veteris permansit indicij, sed ossa fuerunt inter se similia, incognibilia, nullis inscripta titulis, nullicq; unquam dinoscenda. Hæc igitur spectanti mibi, persimilis hominum vita pompe cipiā longe uidebatur, cui præsit ac disponat queq; fortuna, ex his qui pompa agunt, diuersos uariosq; cuiq; habitus accommodans. Alium siquidē fortuna diligens, regijs ornat insignibus, et tiaram imponens, et satellites addens, et caput diademate coronans. Alium serui rufus ornatum induit, bunc formosum effigiat bunc deformē atq; deridiculum fngit: nam omni genum, ut opinor, debet esse spectaculum. Quin habitus quorundam plerung; in media quoq; pompa demutat, necq; perpetuo eodens finit ordine, cultuq; progredi quo prodierant. Sed ornatu commutato Cræsum quidem coegit serui captiuiq; uestes induere. Meandrium autem olim inter seruos incidentem, Polycratis uicissim ornat tyrannide. Et aliquantis per quidem eo cultu permittit uti, uerum ubi iam pompe tempus preteriit, apparatum quisque restituens, et cum corpore simul exutus amictu, qualis ante fuit efficitur, nihilo à uicino differens. Quidam tamen ob infitiam quam suos fortuna cultus cxigit, aegrefet

egrefrunt atq; indignantur, tanq; proprijs quibusdane
bonis priuati, ac non potius alienis, quibus paulisper
utebantur, exuti. Quin in scena quoq; uidisse te plerum
que puto histiones istos tragicos, qui (ut fabule ratio
poscit) modo Creontes, modo Priami fuit, aut Agamē
nones. Idcmq; (si sors tulerit) paulo ante tam graniter
Cecropis aut Erechtbei formam imitatus, paulo post
seruus, poeta iubente, progre ditur. At quū fabule iam
finis affuerit, quisq; auratas illas uestes exutus, perso
nam deponens, & ab altis illis crepidis descendēs, pa
per atq; bumilis obambulat, haud amplius Agamem
non ille Atreco prognatus, aut Creon Menocci filius,
sed Polus filius Chariclei Suniensis, aut Satyrus filius
Tbeogitonis Marathonius. Sic se mortalium res ha
bent, quemadmodum mihi tum spectanti videbatur.

P H I L . Dic mihi Menippe, isti qui magnificos altosq;
tumulos babent super terram, & columnas, imagines,
titulos, nibilōne sunt apud inferos plebeis quibuslibet
umbris honoratiores? M E N . Nugaris tu quidē, nam
si uidisses Mausolum, Carem illum dico Pyramide ce
lebrem, sat scio, nunquam ridere desisses, ita in antrum
quoddam abstrusum respectim abiectus est, in reliqua
mortuorum turba delitescens. Hoc tantū commodi mē
bi uidetur ex monumento referre, quod imposito tanto
pondere, laborat magis & premitur. Nam quam Acc
cus ô amicē, locum cuiq; metitur, dat autem cui pluris
mum haud amplius pedem, necesse est eo iacere contem

tum, sc̄eque; ad loci modum contrabere. At uebementius
 multo ris̄ses, opinor, si reges bosce nostros, satrapasq;
 uidisses apud eos mendicantes, & aut falsamenta uen-
 dentes, aut primas ipsas literas urgente inopia pro-
 tentes, & quemadmodū contumelijs à quois afficiantur,
 atq; in facie cedantur perinde atq; uilissima mani-
 cipia. Itaq; Philippum Macedonem conspicatus, conti-
 nere me certe non potui: ostensus est mihi in angulo
 quodam detritos calceos mercede resarcieſ. Quin ali-
 os preterea multos erat uidere mendicantes in triujs,
 Xerxes uidelicet, Darios, ac Polycrates. P H I L . Ad-
 miranda narrat ista de regibus, peneque incredibilia. So-
 crates autem quid facit, ac Diogenes? & si quis est sapi-
 entum alius? M E N . Socrates profecto etiā ibi obuer-
 satur, omnesque redarguit: uersantur autem cum illo Pa-
 lamedes, Vlysses, & Nestor, & quisquis est alius inter
 defunctos: garrulus. Inflantur autē illi etiamnū, atq; in-
 tumescunt exhausto ueneno crura. At optimus Dioge-
 nes Sardanapalo uicinus Assyrio Midæque Phrygio, at
 que alijs item pluribus ex istorum sumptuosorū nume-
 ro manet, quos quū ciulantes audit, ueteris fortune ma-
 gntudinem recogitantes, & ridet & delectatur, ac su-
 pinus cubans, ut plurimum cantat, aspera nimis atq; in-
 iucunda uoce illorū ciulatus obscurās, adeo ut id agre-
 ferentes, nec Diogenē ferre ualentes, de mutanda se de-
 deliberent. P H I L . De bis iam satis quidem: cæterum
 quodnam illud decretum est, quod initio dixerat aduer-
 sus

Jus diuites esse sancitum? M E N . Bene admones: nescio
 enim quo pacto quum hac de re dicere proposuissim,
 ab instituto sermone procul aberraui . Dam igitur ibi
 uersabar, magistratus concionem aduocauerunt, his uti
 delicit de rebus, que in commune conducerent. Conspi-
 ciens ergo multos cōcurrere, me quoq; cum illis simul
 immiscens, unus de numero eorum qui in concione ade-
 rant, efficior. Agitata sunt igitur et alia multa: postres-
 mo uero de diuitibus negotiū, in quos posteaquam plus
 rima fuissent obiecta, uiolentia, superbia, fastus, iniuria,
 assurgens tandem ex populo primas quidā, buiusmodi
 decretum legit: Quoniam, inquit, multa diuites perpe-
 trant in uita, rapientes ac uim inferentes, inopesq; omni
 modo despectui habentes, Curiae populoq; uisum est,
 ut quum functi uita fuerint, corpora quidem eorū pa-
 nos cum alijs sceleratorum corporibus luant: anime ne-
 ro sursum remissa in uitam, in asinos demigrent, donec
 in tali rerum statu quinquies ac uicies decem annorum
 milia transegerint, asini semper ex asinis renati, omnēra
 ferentes, atq; à pauperibus agitati. Dein ut liceat illis ē
 uita excedere. Hanc sententiam dixit Caluarius, patre
 Aridello, patria Manicensis, tribu Stygiana . Hac igi-
 tur legē recitata, approbauerūt principes, sciuit plebs,
 adfremuit Proserpina, allatruuit Cerberus: sic enim ra-
 ta que inferi statuunt, autenticaq; fiunt. Que igitur in
 cōcione agebantur, erant buiusmodi. Tum ego statim,
 cuius gratia uenerā, Tiresiā adeo, atq; illi re, uti erat,
 ordine

ordine narrata supplicati, ut mibi diceret, quodnam
optimū nescie genus putaret. Hic uero subridens (est au-
tem seniculus quispiam cecus, pallidus, uoce gracili) ô
fili, inquit, causam tue perplexitatis scio à sapientibus
istis profectam, baudquam idem inuicem iisdem de
rebus sentientibus, uerum bant fūs est id tibi proloqui:
siquidem quod Rhamantius interdixit. Nequaquam,
inquit, ô patercula, sed dic amabo, neq; me contemnas,
qui in vita te etiam ipso cecior oberro. Abducens er-
go me, procul ab alijs auferens, ad aures mibi inclinas:
Optima est, inquit, idiotarū priuatorumq; uita, ac pri-
udentissima. Quidam obrem ab hac uanissima sublimium
consideratione desistens, mitte principia semper ac fu-
mes inquirere, & uafros bosce syllogismos despiciens, at
que id genus omnia nugae estimans, hoc solum in tota
uita persequere, ut presentibus bene compositis mini-
usc curiosus, nulla re sollicitus, quam plurimū potes bi-
laris uitam ridensq; traducas. Hæc quā dixisset rursum
Asphodelorū in pratū se se corripuit. Ego igitur (nam
& nunc uesper erat) age, inquam, ô Mitbrobarzane
quid cunctamur? ac non binc rursum abimus in uitam?
Ad bac ille: confide, inquit, ô Menippe, breuem quip-
pe facilemq; tibi monstrabo semitam: & me protinus
abducens in regionem quandam magis priore tenebri-
cosam, manu procul ostendens subobscurū temuēq;, ac
nclus per rimam influens lumen illud, inquit, Tropbo-
ni templum est, atq; illac ad inferos è Barotia descendit

ter, bac ascendas, atq; illico fueris in Grecia. Ego igitur
turbos sermone gauisus, salutato Mago difficile admo-
dum per angustas antri fauces subrepens, nescio que
pacto, mlebadiam perire.

LVCIANI PHILOPSEVS

D E S S I V E IN C R E D U L V S,

Thoma Moro interprete.

T Y C H I A D E S AC PHILOCLES

O T E S mibi Philocles dicere, quidnam
id tandem sit, quod multos in mentiendi
cupiditate adducit, ut pariter gaudent,
quam & ipse nibil sani loquantur, & his qui talia nar-
rant, maxime animum intendant? P H I L . Multa Ty-
chiade sunt, que nonnullos mortales mentiri compel-
lunt, quia in rebus vident conducere. T Y C H . Nibil ad
rem habet, ut aiunt. neq; enim de his rogabant, qui quā
usus postulat mentiuntur: uenia nimis ubi, immo laude
pleriq; eorum digni sunt, quicunq; uel hostes se fellerūt,
uel ad salutē tali quoipiam pharmaco usi sunt in necessi-
tatisibus. Cuiusmodi multa Ulysses etiam fecit, ut & uē-
tam suam, & sociorum redditum redimaret: sed de illis
vir optimè dico, qui nulla necessitate mendacium ipsius
veritati longe anteponunt, ipsa re uidelicet delectati,
atque in casu ulla idonea occasione uersati. Isti ergo
scire cupio, cuius cōmodi gratia istud agunt. P H I L .

AN

*An alicubi tales aliquos iam deprehēdisti, quibus hec
insita sit mentiendi libido?* T Y C H. *Et quidem admo-
dum multi sunt huiusmodi.* P H I L. *Quid aliud ergo
in causa sit, quod mentiuntur nisi dementia?* si quidem
rem pessimam, optime loco praecoptant. T Y C H. *Hoc
nihil est, nam ego tibi multos ostēderim ad cetera pru-
dentes, ac sapientia mirabili: nescio tamen quo pacto
captos hoc malo, mendacijs studiosos, adeo ut ego cer-
te moleste feram, quod uiri tales, omnibus ceteris in re-
bus optimi, gaudent tamen & se, & eos in quos incide-
rint, fallere. Nā ueteres illi, id quod tibi notius est quām
mihi, Herodotus, Ctesiasq; Cnidius, atq; his superiores:
deniq; Homerus ipse, uiri celebres, mendacijs etiā scri-
ptis uitebantur, ut non solum eos fallerent, à quibus tūc
audiebantur, uerum usq; ad nos etiam mendacium per
manus traditū perueniret, in pulcherrimis ueribus me-
trisq; feruatum. Me ergo sepe illorum ueruum nomine
subiit pudor, si quando cœli sectionē, ac Promethei uin-
cula recensent, gigantumq; rebellionem, atq; omnem il-
lam de inferis tragœdiā. Et quo pacto ob amorem Iu-
piter in taurum & cygnum uersus sit: & quemadmo-
dum ex muliere quispiam in auiculam ursamūe muta-
tus sit. Pegasos preterea, Chimeraq; & Gorgonam, ac
Cyclopas, atq; id genus omnia, admodū absurdas moni-
strosasq; fabulas, & que mentes afficere puerorū quer-
ant, qui laruam adhuc lamiamq; metuunt: quanquaque
poetica sint fortasse tolerabilia. At urbes iam gentesq;
totas*

totas una uoce ac publicitus mentiri, an non hoc ridicu-
 lum. Veluti quum Cretenses sepulchrum Iouis ostende-
 re nō pudet: Athenienses Erichthoniū editum ē terrā
 ferunt, primosq; illos homines in Attica olcrū more ex-
 terra emersisse. Hi tamen multo ueracundiores quāns
 Thebani, qui ex serpentis dentibus satiuos quosdā pro-
 germinasse narrant: quod si quis hæc, quum sint ridicu-
 la, uera cīsc non credat, sed ea prudenter examinans,
 Corœbi cuiuspiam, aut Margite existimet esse: si quis
 aut Tripolēmū credat in alatis draconibus per aērē
 ueltū esse, aut Pana quendam ex Arcadia in Marathō-
 nem uenisse auxilio, uel Orithyia à Borea raptam cī-
 se, impius nimirū bic atq; insanus uideatur eis: quippe
 qui tam manifesta ueraq; nō credat, usque adeo obtinet
 mendaciū. P H I L . At poetis Tycbiade, urbibusq; fuc-
 rit fortassis ignoscendum: nam illi delectationem illans
 que ex fabula proficiscitur, ut quæ maxima sit illeces-
 bra, poematibus suis immiscent, qua potissimū erga au-
 ditores opus habent. Athenienses uero Thebaniq;, et
 si qui sunt alij, patriæ suæ plus maiestatis ex huiusmodi
 figmentis cōciliant: quod si quis fabulas auferat ē Gra-
 cia, nihil obsterit quo minus earum narratores fame
 intereant, quando iam nemo futurus sit hospitū, qui ue-
 rum uel gratis audire uelit. At si qui nulla tali causa
 gaudent tamē mendacio, bi omnino ridiculi merito ui-
 deantur. T Y C H . Recte dicas, nam ego protinus ab
 Eucrate illo celebri uenio, ubi multa incredibilia ac
 fabulosa

fabulosa quū audīscem, imō uero medio in sermone dis-
cessi, non ferens narrationem tam supra fidem, sed mo-
uelut furie quedam abegerunt, dum monstrofa multa
atq; absurdā referrent. PHIL. Atqui Tychiade, uir
gravis Eucrates est, & nemo certe crediderit illū tam
promissa barba uirum sexagenarium: & qui præterea
sit plurimum in philosophia uersatus, sustinuisse ut aliis
quenquam audiret se presente mentientem, nedum ut
ipse tale quicquam audeat. TYCH. At nescis amice
qualia referebat: tū ea quām constanter asserebat: præ-
terea quam sancte in plerisque iurabat, admotis etiam
filijs, adeo ut ego quum eum respicerem, uaria mecum
cogitarem, interdum quidē illum insanire, neq; animo
constare: interdū uero ita cogitabam, fugisse me, quod
impostor esset, ac tantum temporis sub iconis pelle ridi-
culam quandā simiam circumulisset: adeo absurdā nar-
rabat. PHIL. Qūenam illa (per lares) sunt Tychiadē?
nam cupio cognoscere quamnam prestigiaturam
sub tam longa barba occuluerit. TYCH. Solebā qui-
dem etiam alias Philocles aliquoties cum interuisere,
si quando uidelicet multo ocio abundarem. Hodie uer-
o quum opus esset mihi conuento Leontbico (est autē,
ut scis, amicus mihi) edoctus à pucro, eum se ad Eucra-
tem mane contulisse, ut cum morbi inspiciendi causa ui-
seret, amborū nomine, nempe ut & Leonthicum con-
uenirem, & Eucratem uiderem, ignoraueram autem
quod agrotaret, ad cum peruenio. At Leonthicum ibi
iam

iam nō inuenio: nam paulo ante ut dicebant exinxerat,
 alios uero confertos reperio, in quibus erat & Cleode-
 mus Peripateticus, & Diomachus Stoicus, & Ion, no-
 sti virū? Illum dico, qui ex Platonica doctrina magnam
 sui admirationem expectat, ut qui solus mente uiri de-
 prebenderit, quiq; eum oracula alijs quoq; posset enari
 rare. uides quos tibi uitios nomino, nimitem omni sapi-
 entia atq; omni uirtute praeditos, ut pote ipsum ex qua-
 que sc̄ita caput, reverendos bercele omnes, atq; aspectus
 propemodum terribiles. Aderat præterea medicus An-
 tigonus, ut usui in morbo esset aduocatus opinor: et me
 lius iam habere se uidebatur Eucrates: ac morbus qui-
 dam ex familiaribus erat: humor enim rursus in pedes
 ei descenderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta
 se iufit uoce languidule remissa paululum, quū me con-
 spiceret: quanquam interim dum ingrederer, uociferan-
 tem cum ac uocem intendentem audieram: tamen ego
 admodum curiose cauens ne pedes eius tangerem, ubi
 me vulgaribus istis uerbis purgaueram, quod cū agro
 tare nesciucrim: quod ubi refisi, curriculo uenerim,
 ad sedi prope. & illis quidē sermo iam de morbo erat,
 & quedam iam ante dixerant, quedam uero etiam
 tunc narrabant: præterea medicamenta quedam qui-
 que proferebat. Cleodemus igitur: Si quis ergo (in
 quit) sinistra manu tollens humo mustellæ dentem, sic
 imperfecte, ut ante dixi, in leonis pellē alligauerit, nu-
 p̄t excoriati, ac deinde circum crura posuerit, illi co-

L V C. I sedatur

sedatur dolor. Non in leonis pellam (inquit Diomedes) ut ego audiri, sed in cerue potius fæmelle virginiis adhuc, et nondum initæ, et res quidem magis est hoc pacto credibilis: uelox enim cerus est, maximèque ualeat pedibus: et leo quidem fortis est, pinguedoque eius ac manus dextra, piliq; qui recti e barba prominent, magnam uim obtinent, si quis uti nouerit, cum proprio cuiq; carmine, at pedum curam minime pollicetur. Et ipse quoq; inquit Cleodemus, olim sic putabam ceruina pelle utendū, propterea quod cerua uelox esset. At nuper uir quidam Libycus, peritus profecto in rebus buiusmodi contra me docuit, ceruis ostendens uelociores esse leones: quippe qui eis, inquit, etiam persequendo capiunt. Laudabant qui aderant, tanquam recte dixisset Libycus ille: Tum ego: Putatis, inquam, incantamentis quibusdam sedari talia: aut foris admotis appendiculis, quum intus malum grassetur? Riserunt bunc sermonem meum: et palam in me magnam damnabant amentiam, qui apertissimas res ignorarem, et quibus nemo qui sapiat, contradicat, quin sic se haberent. At medicus certe Antigonus delectari mihi uisus est bac rogatione mea. Iam dudum autem neglectui habitus fuerat, opinor, quum opem Eucratis ferre ex arte uellet, denuncians uidelicet uino ut abstinet: atque scribus uesceretur, et uigorem animo omnino minueret. Cleodemus ergo subridens interim: Quid ait, inquit, Tychiade? incredibile tibi uidetur esse, ut ex rebus buiusmodi

biusmodi parentur quedam aduersus morbos reme-
dia: Mibi certe uidetur, inquam ego: nisi naribus ad co-
mucosis sim, ut credam ea quae furis applicatur, nibilq;
cum his quae morbos excitant, intus communicant: per
uerbula tamē, ut dicitis, ac præstigiatur am operari: Et
quā appenduntur sanitates immittere. id profecto nun
quam fieri posse, nec si quis uel in Nemei leonis pelle
sedecim mustelas integras inserviat. Ego profecto leonē
ipsum è doloribus saepè claudicantem uidi in uniuersa
suipius pelle. Nimium idiota es, inquit Dinomachus,
neq; unquam tibi curæ fuit, ut disceres quonam modo
res istiusmodi aduersus morbos, quā adhibentur confe-
runt. ac mihi uideris ne notissima quidem ista receptu-
rus: febrium uidelicetistarum profligations, que cœr-
to quodam ambitu recurrent, tum serpentū demulsiō-
nes, ac bubenum sanationes, &cetera: quæcunq; anus
etiam iam faciūt: quod si illa fuit omnia, quur tandem
nō putabis hac etiam similibus rebus fieri? Infinita con-
geris, inquam, Dinomache, clauumq; ut diunt, clavo ex-
trudis. Neq; enim constat ea quæ cōmemoras, eiusmodi
mi fieri. Quamobrem nisi reddita ratione persuaseris
primum natura fieri posse, ut febris tumorq; uereatur,
aut nomen aliquod diuinū, aut dictionem aliquam bar-
baricam: ob idq; ex inguine fugiat: aniles adhuc fabule
sunt quæcunq; retulisti. Tu mihi uideris, inquit Dino-
machus, quum ista dicas, ne deos quidem esse credere.
Si quidem putas fieri non posse, ut per sacra nominia

remedia morbis adferantur. Hoc, inquam ego, uir optime ne dixeris, nihil enim prohibet quo minus, etiam si maxime disfint, ista tamē sint uana. Ego uero ex deos colo, & medelas eorum video, & leuamenta que laborentibus conferūt, pharmacis uidelicet, atq; arte medica restituentes. Itaq; Aesculapius ipse eiusq; posteris fabularia pharmaca adjuuentes medebantur agrotis: non leones, aut musteci circunligantes. Mitte bunc, inquit ion. At ego uobis mirabile quiddam narrabo. Erat adhuc adolescentulus, annos natus fermè quatuor decim, quū quidam ad patrem meū uenit nuncians ei, Midam uitis cultorem serum, etiam alijs in rebus robustum atq; industrium, circa plenum iam forum à uiperam mortuum iacere iam putrefacto crure. Etenim dū ligaret palmites, ac uallis circumPLICARET, adrepente bestiolam maximum ei pedis momordisse digitum. Tam illam quidem illico aufugisse, et se se rursus in latebrem cōdidisse. Illam uero ciulare perditū ē doloribus. Hec ergo quū nunc iarentur, iam Midam ipsum videbamus lectica domum à conseruis adportari, inflatum totum, liuidum, ac superficie tabefactum, uix iam spirantem. Pater ergo quum id moleste ferret, amicorum quispiam, qui tum forte aderat: Bono animo es, inquit. Ego enim uirum quendam Babylonium ex Chaldeis, quos vocant, protinus huc adducam, qui sanabit hominē: & ne diem narrando conteram, uenit Babylonius, ac Midam restituit: effugato ex corpore ueneno, quadam incantatione

cantatione, et ad pedē eius appenso virginis de funere
lapillo, quem ē columnā excederat. Atq; istud quidem
bactenus forsan mediocre fuerit. Tum Midas iam ipse
sublato, in quo allatus erat scabello, discēdit in agrum:
tantum potuit incantatio, et columnaris ille lapis. At
idem iste Babylonius alia preterea diuina plane fecit.
Nempe in agrū profectus mane, quū pronunciaisset sa-
cra quedam ex uertusto codice, septem nomina, sulphur
re ac face lustrato loco in orbem ter obambulans, ser-
pentes omnis in uitos exciuit: quicunq; intra eam re-
gionem erant. Veniebat ergo tanquā ad incantationē
tracti serpentes multi, atq; aspides, et uiperae, et cera-
ste, et iaculi, pbryniōz, ac physali: relinquebatur autē
unus draco, annosus, prorepere (ut opinor) ob senectā
nō ualens, qui non fuerat audiens dicto. At magus: Nō
adūnt omnes inquit. Tum unum quendam ex serpenti-
bus cum uidelicet qui natu minimus erat, selectū lega-
tum mittebat ad draconē: ac paulo post uenit etiam il-
le. At postquam iam collecti constitissent, Babylonius
in eos insibilavit. Atq; illi repente admodum omnes ab
eius flatu incensi sunt, nobis interim admirantibus. Tū
ego, dic mibi inquam Ion: Serpens ille legatus, iuxenē
illum dico, utrum manu deduxit draconem, qui iam (ut
aī) senuerat, an ille baculum gestans innitebatur? Lu-
disti quidem, inquit Cleodemus. At ego, qui et ipse
quaq; oīm minus talia credebam, quām nunc tu, puta/
ben enim nulla ratione fieri posse, ut ea credere: tamē

quum volantem primū conspicerem, peregrinam illū
barbarū (erat autem ut ferebant ex Hyperboreis) cre-
didi, ac uictus sum: quum tamen multū diuq; repugnas-
sem. nam quid facerem quū cum cernetem in aere no-
lantem, atq; id interdiu, ac super aquam ingredientē,
atq; per mediū ignem incidentē, idq; lente ac sensim?
Tu ne, inquam ego ista videbas, uirum Hyperboreum
uolantem, aut super aquas ambulantē. Et maxime, in-
quit ille, carbatinas inautum, quo calcamenti genere
illi potissimum utuntur. Nam minutula ista, quid atti-
net referre, quæcunq; fecit, quo patto amores immis-
rit, ac demones exegerit, mortuosq; marcidos in uitā.
reuoauerit, atq; Necaten ipsam palam confectibus
exhibuerit, lunamq; è cælo detraxerit? Quia ego uo-
bis referam, que ab eo fieri confexi in Glaucia Ale-
xidis filio. Glaucia hic quū patris nuper defuncti sub-
stantiam suscepisset, Chrysidem amebat Democriti fili-
am, ac me quidē preceptor in disciplina utebatur: ac
nisi amor ille à studio deduxisset eum, uniuersam Peri-
pateticorū doctrinam perdidicisset: ut qui octo et de-
cem quum esset annorum, iam absoluerauat analyticā: tū
physicam auscultationem in finem usque percurrerat.
Amore tamen uictui, mibi rem omnem significat. Ego
uero quemadmodum par erat, quippe qui preceptor
eram, Hyperboreum illum magum ad eum duco: con-
ductum quatuor ilico minis in manum datis, oportebat
enim preparari quiddā ad sacrificia, tum sedecim pre-
terea

terea, si Chryside potiretur. Ille uero crescentem obser-
uans lunam (Nam tunc ut plurimum huiusmodi sacra
peraguntur) fossam quum effodisset in aperto quodam
loco domus, sub dio circa medium noctem, euocauit no-
bis primum quidem Anaxiclem Glaucie patrem, ante
septem menses uita defunctum. Succensbat autem ob-
amorem senex, atq; indignabatur. Tandem tamen ei per-
misit: ut amaret. Postea uero Hecaten quoq; eduxit, ad
ferentem unā Cerberum: tam lunam detraxit multis for-
me quoddā spectaculū, & quod alias aliud apparebat.
Primū quidem muliebrē formam referebat: deinde in
uaccana formosam uertebatur: Postremo uero catula uī
debatur. Hyperboreus ille tandem, quū finxisset quene-
dam ē luto Cupidinem: Abi, inquit, atq; buc perducas
Chrysidē: ac lutū quidē protinus euolabat: paulo post
autē effuit illa pulsans ostium. Tum ingressa Glauciam
complectitur, cum quam insanissime deperiens, & cū
couersata est, quoad gallos canentes audiuimus. Tum
uero luna subuolabat in cœlum, atq; Hecate subiit ter-
ram, ceteraq; spectra disperuerunt: & Chrysidem tan-
dem emisimus circa ipsum fermē diluculum. Hec Ty-
chiades si confexisses, haud quaquam amplius dubi-
tasse, esse multa in carminibus istis commoda. Bene di-
eis, inquā, ego credidisse equidē, si uidissem eā: nunc
uero ignoscendum mihi puto, si qualia uos uidetis, acu-
te perspicere non possum: ueruntamen Chrysidem
illam quam dicas, noui, mulierem planē mēretricem

ac facilem: nec video sanè cuius gratia ad illam equeri
tis luceo illo legato magoq; ex Hyperborcis usq;, atq;
ipsa insuper luna. Quippe quā viginti drachmis duce,
re in Hyperboreos usq; potuisses. Mirifice enim se se of-
fert ad hanc incantationē mulier. Et cōtrariū quiddam
spectris istis babet. Nam ea quidem crīs ferrīc sonū si
audierint fugiūt (nam id uos predicatis) illa uero si ar-
gentum uffiam sonuerit, accurrit ad tinnitū. Preterea
ipsum etiam magum admiror: quod cum dīstīmas me-
liores in autorem sui posset elīcere, atq; ab eis solida te-
lenta suscipere, is tamē ob quatuor minas admodū tan-
tilli lucelli audire Glauçiam amoris cōpotem fecerit.
Ridicule facit, inquit Ion, qui nibil credis. Egote liben-
ter ergo roga ueris quid de his respondeas, qui demor-
niacos liberant erroribus, adeo manifeste spectra illa
carminibus ejicientes? Atque hoc me dicere non opus
est, uerum omnes nouerunt, Syrus ille ex Palestina, qui
barum rerum artifex est, quāmmultos mortales susci-
piat, qui ad lunam concidant, oculosq; distorquant,
spumaq; os oppalent: quos tamen erigit ac sanos remit-
tit, magna accepta mercede, diris eos malis liberans.
Etenim quum iacentibus infet, roga ueritq;, unde sint
in corpus ingressi, egrotui quidem ipse tacet: at dei-
mon uero respondet (aut lingua Graeca loquens, aut
barbaricam, aut undecunque fuerit ipse) Et quomo-
do et unde intravit in hominem. Ille uero admirans
eum, ac si paruerit mimitans etiam, expellit abigitq;
demonem

demonem. Quin ego quoq; demonem quendam exci-
untem vidi nigrum certe & colore fumidum. Non ma-
gnum erat, inquam ego, talia te Ion cernere: cui ipse
etiam appareret Idee, quas uestre familie parens often-
dit Plato: rem uidelicet spectatu tenuē, atq; evanidam,
quantum ad nos homines lusciosos. Itā ne solus Ion, in-
quit Eucrates, istiusmodi uidit: ac non alij etiam multi
inciderunt in demones: alij noctu, alij etiam interdiu.
Ego profecto non semel, sed nullies iam talia cōspecti.
ac primum quidem turbabar ad ea: iam vero ob con-
suetudinem nibil nouum, aut prodigiosum mihi videre
videor, maximeq; nunc ex quo anulum mihi Arabus de-
dit ex ferro de cruce quapiam sumpto, factū carmenq;
docuit nominibus multis plenū, nisi forte ne mihi qui-
dem fidem sis habiturus Tycbiade. At qui fieri posset
inquam, ut Eucrati non credam Dinonis filio: viro in
primis sapienti ac libere, que sibi uidetur, domi in pri-
mato suo cum autoritate narrati? Illud ergo de statua,
inquit Eucrates, quæ omnibus qui in domo sunt fingui-
lis noctibus apparet, tum pueris, tum adolescentibus,
tum scribus: hoc inquam, non à me duntaxat audieris,
necum etiam à nostris omnibus. De qua statua, inquā
ego? Non vidiisti (inquit) quem ingredereris statuam
quandam in atrio collocatam, sanè quādū pulchram,
opus Demetrij: qui statuas humana specie fingere con-
fuerit? Nōnne illam dicas, inquā, que discum iacit: quæ
inclinata est ad emissuri gestum, reflexa in eam quæ

I 5 discum

discum fert, altero pede modice inflexo, queq; se cre
atur uidetur una cum iactu? Non inquit: nam unū est
ex Myronis operibus ille disci iactator, quē dicas. Sed
nec eam que est ei proxima: cum loquor cui tenijs car
put uimētū est, formosam illam. Nam id Polycleti opus
est: uerum eas que à dextra sunt egredientibus omis
te, inter quas & tyrannicide illi stant: Critiae Nesiota
plasmata: tu uero an non ad aquam illam que influit,
quam piam uidisti uentre prominulo, calvam, seminu
datam, uulsic quibusdam barbe pilis, insignibus uenis
uero homini simillimam? Pelibus dux Corintbius esse
uidetur. Per Iouem, inquam uidi quandā à dextra Sar
tori, que tenias coronaq; arida habebat, pectoreq;
folia quedam manuata. Ego, inquit Eucrates, ea manu
ravi, quum me sanasset triduo, febre pereuntem. Erat
ne igitur etiam medicus, inquam ego, optimus iste Per
lichus? Est, neq; ride, inquit Eucrates: alioqui homo te
baud multo post inuadet. Non i ego certe quantum ual
eat hec quam tu rides statua. An non eiusdem putas
esse manittere febres in quos uoluerit, quandoquidem
potis est ei cōcere? Propitia, inquā, placitaq; sit hec sta
tua mibi, que tantum ualeat. Quidnam ergo aliud fa
cientem eam uiderūt omnes qui in domo sunt? Quum
primum nox est, inquit, hec ē base descendens in qua
steterat, in orbem totam domū circuit: omnes occur
runt ei interdū etiam canenti: nec quisquam est quem
anquam laſerit, diuertere tantū oportet. Illa uero præ
terit

terit, nihil intuentes infestans, quum & lauat sepe, &
sota nocte ludit, ut ex ipso aquæ strepitu licet audire.
Vide ergo inquam ego, ne forte non Pelichus haec star-
ta sit, sed Talus potius Cretensis, qui apud Minocem
fuisse dicitur, Nam & ille æreus quidam Cretæ custos
erat: quod si non ex ære, non autem ex ligno facta esset,
nihil cam probiberet, quim non opus Demetrij, sed una
potius ex Dædali machinis esse videatur. E base namq;
(ut ais) etiam ista fugit. Vide, inquit, o Tychiade, ne te
post bac scommatis huius pœnitentia! Non i quidem ego,
quid illi euenerit, qui obolos surripuit, quos ei quoque
non ilunio suspendimus. Prorsus atrocia, inquit Ion,
oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quomo-
do ergo illum ultus est o Eucrates? Nam audire cupio,
etiam si q; maxime Tychiades iste diffisurus est. Multi,
inquit ille, ad pedes eius oboli iacebant, aliq; item nu-
mismata, quedam argentea ad crus eius affixa cera,
ac lamine quoque argentea: nota cuiusque, aut mer-
ces ob sanationem eius, qui ab eo liberatus esset, quum
febre detineretur. At erat nobis seruus quidam Libycus
sceleratus, eorum curator. Hic noctu aggressus
est ea auferre omnia, abstulitq; digressam iam quum
obseruasset statuam. At quum primus reuersus in-
tellexit sacrilegio se compilatum Pelichus, vide quo
pacto sc̄e ultus est, atque furti prodidit Libycom. To-
ta nocte atrium obambulabat in orbem miser, exis-
tre non valens, tanquam in Labyrintum incidisset,

quoad

q̄os LVCIANI PHILOPSEVDES

quoad orta die iam deprehensus est, et tenens que furto abstulerat: ac tum quidem comprehensus, plaga nō paucarū recepit, nec temporis muleum superstes malus male perit: uapulās, ut dicebat, singulis noctibus: adco ut nibices postridie apparerent in corpore. I nunc ḡ post ista quoq; Tychiades Pelichum ride, ac me tanquam coetancum Minoi iam delirare puta. At ḡ Eu-
crates, inquam ego, quām diu es erit es, operisq; pla-
stis Demetrius Alopecensis fuerit: qui non deos, sed bo-
vinos fingere consuevit: Pelicbi nunquam statuam uer-
rebor: quippe qui nec ipsum etiam uiuentē, si mibi mi-
naretur, admodum timuissim. Ad h̄ec medicus Antir-
gonus. Et mibi ḡ Eucrates, inquit, Hippocrates arcus
est magnitudine fermè cubitali: qui tunc dūtaxat quā
lucerna extincta sit, totam in orbem domū ambit, per-
strepens ac pyxides curtens, pharmacaq; cōmīscens,
etq; ostia circumuertens: maximeq; si quando sacrifici-
cia pretermittimus, quibus in singulos annos ei sacrific-
ficamus. Postulat ergo, inquam ego, etiam Hippocra-
tes medicus iam ut sibi sacrificetur: indignaturq; nisi
in tempore iustorum sacrificiorum epulis accipiatur:
quem nimirum decebat boni consulere, si quis ei liba-
uerit, aut mulsum insperferit, aut caput coronauerit.
Audi ergo, inquit Eucrates: itud certe etiam testibus
probavero, quod ante annos quinque uidi. Erat fermè
uindemicie tempus. Ego uero in agrum circa meridiem
uindemicie dimisissis operarijs, in syluam solus abibam:
cogitans

cogitans interim quiddam atq; considerans. At postq
 in solum perueni: canum primo latratus insonuit. Ego
 vero Mnesona filium meum, cum equalibus uenientē,
 uidere uenariq; (quemadmodum solebat) cōūcibam.
 At res baudquaquam sic se habebat: uerum paulo post
 factio terrae motu, sonoq; uelut ē tonitu, mulierē adue
 nientem uideo terribilem: proceritate fermè semistar
 diali: habebat autem in sinistra facem: in dextra uero
 gladium uiginti circiter cubitorū. Et inferne quidens
 predibus erat serpentinis, superne uero Gorgonem re
 servens uultu uidelicet, atq; aspectus horrore: pro coma
 quidem draconibus, tanquam cæsarie circūcincta: alijs
 collum amplectentibus, alijs etiam per bumeros spars
 sis. Videte, inquit, amici quo pacto etiam inter narran
 dum exhorru: & simul hec dicens Eucrates, ostendit
 omnibus brachij sui setas erectas metu. Ion ergo ac Di
 nomachus, & Cleodemus uchementer inhiantes ans
 scultabant cum uiri senes, tanquam naribus traberent
 tur, adorantes apud se tam incredibilem Colossum:
 mulicrem semistadialem, Giganteum quoddam Mor
 malycium. Ego uero considerabam interim, cuiusmodi
 erant hi qui cum iuuenibus sapientiae nomine uersen
 tur, uulgoq; in admiratione habebantur: quum sola ni
 mirum canicie barbaq; ab ipsis differat infantibus: Cæ
 terum etiā illis ipsis facilis ductiles ad credenda men
 dacia. Dinomachus ergo, dic mihi, inquit, Eucrates illi
 canes dce, quanta magnitudine erant? Elephantis, in
 quis

quit ille, proceriores Indicis, nigri & ipfi bistratiq; sordido squalidoq; uillo. Ego igitur quem uidarem, testi, iufero protinus in interiorem digiti partem (quod Arabi mihi dederat) sigillo. Hecate ergo percusso draconis illis pedibus solo, blatum effecit maximum: & qui immanni magnitudine penitus & quaret tartarum. Deinde paulo post abiit in cum desiliens. Ego uero praesente animo porrecta ceruice inclinatus, inspexi apprehensa arbore quapiam, que uicina stabat, ne obortis mei tenebris ac uertigine, in caput preceps incideret: deinde confexi ea que in inferno sunt omnia: pyris plegetontem, lacum, Cerberum, manes: adeo ut quodam etiam eorum agnoscerem. Patrem ergo meū manifeste cernebam adhuc his ipsis amictam, quibus comsepeliusimus. Quid agebant (inquit Ion) Eucrates amime? Quid aliud, inquit ille, quam per tribus familiis cum amicis cognatisq; uersantur: in Asphodelo colloccati! Contradicant ergo etiam nunc (inquit Ion) Epicurei sacro Platoni, eiusq; de anima rationibus. At tu nonne Socrate etiam ipsum Platonemq; uidebas inter manus? Socrate (inquit) uidi: neq; illū tamen euidenter, nisi quod inde cōieci, quoniam calum, ac uentricosus erat. Platonē uero nō cognoui: nam apud amicos nimis ruruera fateri oportet. Simul ergo atque ego omnia confexi, & hiatus coiit, & ex famulis meis quidam querentes me, atq; in his Pyrrhias hic superuenere bis in nondū plenē abducto: dic Pyrrhias, an nō uera nō
ro? Pco

ro? Per louem (inquit Pyrrhus) & latratū audiri per
 biatum: & ignis quidem à face mibi suffulgere videba-
 tur. Tum risi ego prosector, teste latratum ignemq; in-
 cumulum addente. Tum Cleodemus: bauit quaquā nos-
 ma ista, inquit, neq; alijs iniusa uidisti. Nā & ipse bauit
 ita pridem quum egrotarem tale quiddam confexi.
 Prospiciebat mibi curabatq; Antigonus hic, ac septie-
 ma dies erat: febrisq; ó qualis! incendio certe uebemen-
 tior. Omnes ergo me relinquentes solum, clausis foris-
 bus foris manebant. Sic enim iussas Antigone: si quo-
 pacto possem obdormiscere. Tunc igitur astitit mibi
 iuuenis quidam uigilanti: pulcher admodum, ueste cir-
 cumamictus candida. Ac me quum excitasset, per bias-
 tum quendā ducit ad inferos: sicuti illico cognoui: Tan-
 talum quum uiderem ac Tityum Sisyphumq;. At cete-
 ra nobis quid commorem? Postquam uero ad tribu-
 nal perueni (aderat autē & Aeacus, & Charon, Par-
 ceq; atq; Erinnes) quidam uelut rex (Pluto certe mibi
 videbatur) assedit singulorum nomina percensens, quā
 morituri erant, quos diem iam uite prescriptū preter-
 ruisse cōtigerat. Iuuenis ergo me, adducēs illi exhibue.
 At Pluto tunc incanduit, & ad cū qui me ducebat, non
 dum illi cōpletū est stamen, inquit. Abeat ergo. Tu uer-
 ra fabrū Demylū adduc: iam siquidē ultra colū uiuit.
 Tum ego latu recurrens, ipse quidem iam febre liber-
 eram: denūciabam uero omnibus, quod Demylus esset
 moriturus. Manebat autem nobis in uicinia egrotans
 etiam

stiam ipse non nihil ut renunciatum est. Ac paulo post
audimus ciuitatum eorum qui lugebant cum. Quid mor-
ti est, inquit Antigonus? Ego etenim quendam noui
post nigesimum diem quam sepultus est, resurrexiſſe.
Nam hominem et antequam morceretur, et postquam
resurrexit, ipſe curavi. Et quo pacto (inquam ego) in
diebus uiginti, neq; tabuit corpus, neq; preterea famc
corruptum est, nisi fortassis Epimenidem quicquiam
tu curasti? Hec quoniam diceremus, protinus ingredieban-
tur Eucratidis filij ex palestra redeentes. Alter quidem
iam ex ephebis excesserat, alter uero annos natus erat
circiter quindecim. Tum salutatis nobis iuxta patrem
adfidebant in lecto, ac mibi quidem sella illata est. Tum
Eucrates tanquam ex conspectu filiorum admonitus: sic
bis frui mibi contingat, inquit, simulque manum eius inic-
cit, ut apud te Tychiades uera narrabo. Felicis memo-
rie uxorem meam borum matrem nouerunt omnes, quo
pacto dilexerim: Nam declarauit bis rebus quas in eam
feci, non modo dum uiueret, uerum etiam postquam uita
functa est. Quippe qui mundum eius uniuersum ue-
stemque qua dum uiueret, oblectabatur, in rogam illius
iniecerim. Septima uero post mortem die, ego quidem
hic in eundem lectum incumbebam: quemadmodum nunc,
luctum cum mihi committigans, quem de illa conceper-
tam. Legebam enim tacitus Platonis illum de anima
libellum. Ingreditur interim Demenete ea ipsa, atque
adsidet iuxta: quemadmodum nanc Eucratides hic,
minorem

minorem designans filium. Hic uero illico tremuit admodum pueriliter, ac dudum ad narrationē pallebat. Ego uero (inquit Euclates) ut cōspexi, amplexus eam singultim lachrymabam. Illa uero me vociferari non patiebatur, uerum incusabat me, quod quum ei fuisset in reliquis gratificatus omnibus, ē sandalijs aureis alterum non cremauerā superesse autē id dicebat, quod sub arca ceciderat: atq; ob id nos quū nō inueniremus, alterum tantum cremaueramus. Nobis autem adhuc differentibus sc̄eleſtissimus quidam caniculus, qui mihi in delicijs erat, in lecto cubans allatrabat, ea uero ad latratum euauit. At sandalium sub arca repertū est: posteaq; à nobis incensum. An hæc etiam Tychiades recusabile credere, quum tam sint evidētia, quotidieq; obſeruētur? Per Iouem, inquam ego, digni fuerint, qui bns auro sandalio nates puerorum more feriantur, si qui ista nō credant, atq; usq; adeo impudenter uero resistant. Interca Pythagoricus intrabat Arignotus comatus ille, ab aspectu uenerabilis. Nostri illum doctrinæ nomine celebrem: qui cognominatur sacer. Atque ego quidē, ut cum confexi, respirauī: hoc ipsum, quod proverbio dici solet, aduenisse mihi ratus: nempe securius quampiam aduersus mendacia: Occludet, inquam, eis ora uir sapiens, adeo monstrosa narrantibus: atq; prorsus, iuxta vulgatum illud adagium, repente deum immisum esse mihi hūc à fortuna putabā. Hic uero postquam adscedit, assurgente ei ac cedente Cleodemo, pri-

num de morbo percōtatus est, sc̄q; audisse dicebat, Eu-
cratem iam se melius habere. At quidnā inquit, inter
nos philosophamini? Nam interim dum ingrediebar
subfuscatai, ac mihi certe uidemini in re quapiā pul-
chra conuersari. Quid aliud, inquit Eucrates, quām ut
biūc adamantino persuadeamus (me demonstrans) ut
dæmones credit aliquos esse, phantasmataq; ac mortu-
orum animas super terrā obambulare, & se se quibus
libitum fuerit ostendere? Ego igitur erubui, uultumq;
deieci reueritus Arignotum. At ille, uide (inquit) Eu-
cates num hoc dicat Tychiades. Eorum tantum qui
uolenter interierint, animas errare, ueluti si quis suffo-
catus, aut capite truncatus, cruciue suffixus fuerit, aut
alio quopiam istiusmodi modo ē uita discesserit: eas uer-
ro quæ fatali morte naturali q; discesserint, haudquaq;
amplius oberrare. Nam si hoc dicat, non usq; adeo ab-
surda dixerit. Per Iouem inquit Dinomachus, ne esse
quidē istiusmodi, nec præsentia cerni putat. Quid ait,
inquit Arignotus in me torue aspiciens, nibil horū tis-
bi uidetur fieri: præscriptim quum omnes (ut ita dicam)
uideant? Ignoscet, inquam ego, mibi, si non credo, nam
solus omnium nō uideo. Quod si uidisse, profecto &
crediisse, que madmodum & uos. At qui, inquit ille,
si quando Corinthū ueneris, roga ubi sit Eubatide dor-
mus. Atq; ubi tibi fuerit indicata, nempe circa Crane-
um, in eam ingressus, dic ianitori Tibio, uelle te uidere.
unde dæmonē Pythagoricus Arignotus quū adduxiſſ,
set, abe,

set, abgerit, ac deinceps habitabilem domū reddiderit. Quidnam hoc erat Arignote? rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit ille, diu propter terricula, quod si quis inhabitasset, expauefactus illico fugiebat exactus à quodā horrendo ac terribili spetetro. Decidebat ergo iam, tectumq; rumpcbatur, neq; quisquā erat omnino qui in eam ingredi fuerit ausus. Ego uero ubi bēc audīui, libellos sumens (Sunt autem Aegyptij mībi de talibus rebus admodum multi) ueni in domū circa primam uigiliam, debortante hospite, ac fermè destinente, postquam didicerat quo iturus esset, in certū, ut putabat exitium. At ego sumpta lucerna solus ingressior, atq; in uastissimo atrio collocato lumine, busi sedens tacite legebā. Adebat uero dēmon ille, cū quo piam è uulgo se cōgressurū ratus, ac me quoq; quēadmodū alios perterriturū squallidus, hirsutus, ac tenebris nigror. Atq; hic quū adstaret, undiq; me adsultim petens tentauit, si qua posset expugnare, ac modo in carnem, modo in taurū, modo in leonē uertebatur. At ego correpto in manū q̄ maxime horreō carmine, simulq; uocem imitatus Aegyptiā, et incantans cum in domī silij tenebroſi angulū quendā cōpuli. At quū animaduertissem, ubi se in terram condidit, tum destiti. Mane autem desperantibus uniuersis, ac me quemadmodum alios mortuum seſe reperturos putantibus, prēter omnium spem progrediens, Eubatidem adeo feliciter ille ednuncians, quod puram sibi ac spēctris liberam

316 LVC. PHILOPSEVDES

domum iam liceret incolere. Atq; illum assumens ali
osq; multos (sequiebantur autē bnius inopinata rei gra
tia) quū ad locū duxisse, ubi condentem sc̄ demonas
conficeram, iūsi ut sumptis ligonibus matulisq; sus/
foderent. Atq; ubi id fecerant, inueniū est ferē ad pa/
sum defossum cadaver quoddam marcidū, ossibus ten/
tum humana specie coherentibus: Illud igitur effossum
sepeliimus, domus uero postea turbari prodigijs de/
sijt. Hec ubi narrauit Arignotus, uir prodigiosa sapi/
entia, ac reuerēdus omnibus, nemo erat ex his qui ade/
rant, qui non multam mibi imputaret insaniam, qui ta/
lia non credam, narrante presertim Arignoto. Ego ta/
men nihil ueritus neq; comam, neq; illam quam de co/
babebant opinionem. Quid hoc inquā Arignote? Eti/
am tu talis eras, in quo mibi sola spes fuit, sumo plenus
ac simulacris? Illud ergo nobis in te quod dici solet,
euicit ut thcfaurum quū sperauerimus, carbones offen/
derimus. At tu, inquit Arignotus, si neq; mibi credis
narranti, neq; Dinomacho, aut huic Cleodemo, neque
ipſi Eucrati, dic age quēnam digniorē, cui bis de re/
bus fides babeatur, existimas: qui nobis dicat contraria?
Per Iouem, inquam ego, uirū apprime mirabilem
Abdera oriundum illum Democritum, cui tam firmis/
ter erat persuasum ciuſmodi nihil esse in rerum natura
posse, ut quam se in monimēto extra portas clausisset,
ibiq; degret dics noctesq; scribens atq; cōponens, iu/
uenesq; cum quidam illudere cupientes ac perterrefas-

zere

cere, migra ueste in modum cadaveris ornati, ac personis in capita adfictis circumfistentes, illum circumfiliunt, crebro subsilientes: bic neq; corum cōmenta per timuit, neq; eos omnino respexerit, sed interscribendum: desistite, inquit, ineptire. Adeo firmiter credidit anima nibil esse postquam ē corporibus exierint. Hoc cīne aīs, inquit Eucrates, dementem quempiam uirum esse Democritum? siquidem sic existimauit. Ego uero nobis etiam aliud referam, quod mihi ipsi contigit, non quod ab alio acceperim, fortassis etiam tu Tychiades quem audieris, compellcris accedere, ipsa narrationis ueritate coactus. Quām in Aegypto uersarē adhuc adoleſcens, à patre uidelicet doctrine gratia transmisſus, cupiebam nauigio profectus in Coptum illinc adiens Memnonem, miraculū illud audire, cum uidelicet sonum reddentem ad orientem solem. Illum igitur audiui non hoc uulgarī modo, quo audiūt alijs sonū quempiam inanem, sed mibi oracula etiam edidit Memnon ipse aperto ore septem uersibus: quod nisi esset superuacaneum, ipfos nobis uersus recenserem. Inter nauigandum uero incidit in nos undā nauigans uir Memphis quidam, ex sacris illis scribis, mirabili sapientia, & qui uniuersam Aegyptiorum doctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac uiginti annos in adysis subterraneis mansisse, Magiam interea doctus ab Iside. Pancratem dicas (inquit Arignotus) preceptorrem mecum, uirum sacrum, rasum, lineis induitum, do-

etum, puręq; lingua Greca loquētem, procerū, similiū
labijs promissis, cruribusq; gracilibus. Illum ipsum ini-
quit ille, Pancratem, ac primum quidē quis eſſet ignor-
rabam. At postquam uidi eum, si quando in portū ap-
pulissimus, cum alia multa miracula faciente, tum cro-
codilis incidentem agitasse, & cum feris aeraſante, illas
uero reverentes eum, caudisq; adulantes, agnoui ſacrū
quempiam uirum eſſe, paulatimq; comitate mea in
eius amicitiam ac familiaritatē inſinuauī, adeo ut om̄
nia arcana cōmunicaret. Actandem mibi persuadet,
ut famulis omnibus in Memphis relictis, ſe ſolus con-
ſequeret, neq; enim defuturos nobis ministros, Atq; ex
eo tempore ſic uitam duximus. Quā in diuerſorium
quodpiā ueniremus, homo accepto piftillo, ſcobiñāue,
aut pefſulo, neftib⁹ implicans, quū in id carmen quod
dam dixifſet, effecit ut ambularet, utq; alijs omnib⁹ bo-
mo uideretur, illud ergo abiens, & aquam hauriebat;
& coenam parabat, instruebatq; atq; in omnibus com-
mode ſubſerviebat ministrabatq; nobis. Deinde poſt
quam iam ſatis huius ministerij fuit, ſcobiñam rurſus
ſcobiñam, ac pefſulum pefſulum aliud recitans car-
men reddiebat. Hoc ego uchementer conatus non re-
periebam, quo pacto ab illo expiſcarer. Nam id mibi
inuidiebat, quanquam in alijs eſſet facillimus. At quar-
dam die in angulo quodam tenebricoſo clam illo de-
litescens ſubaſcultui propius incantationem illam.
Erat autē trifylla. Tum ille quum piftillo mandau-
ſet quo

set que curanda erant, abiit in forū. At ego postridic illo apud forum occupato, acceptum pistillum quum ornassim syllabas illas simili modo pronuncians, aquā iussi ut hauriret. Tum impletam amphoram quam tuisset, desiste inquam, neq; aquam amplius haurito, sed rursus esto pistillum. At illud mibi haud amplius iam obtemperare uolebat, sed aquam hauriebat continua, quoad hauriendo totam domū nobis impleret. At ego quia resistere huic rei non ualerem, cimebam autem ne Pancrates reuersus (id quod etiam cuenit) irascere tur, correpta secure pistillum in duas partes dissecō. At utraq; pars amphoram sumens hauriebat aquam, iamq; unius loco duo mibi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates superuenit, ac re intellecta illas quidem in ligna rursus, quemadmodū ante carmen erant, mutauit. At ipse me clanculum relicto, nescio quo clanculum se subducens abiit. At posbis istud etiam nunc inquit Dinomachus. hominem ex pistillo faceres? Per Iohannem inquit ille, dimidia ex parte scio, nā in priorē foram nunq; à me restitui potest, postq; semel aquarius esse cœperit. Sed deserēda nobis domus esset aquæ iam impleta. Non desistitis inquā ego, buiusmodi monstrosa narrare uiri senes? Alioqui horū saltem adolescentiū gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terroribus ac prodigis fabulamentis impletatur. Parcere ergo eis oportet, ne talia confuscant audire, que eos per totam uitam

comitata perturbabūt, atq; ad om̄ē st̄repitū meticulo-
sos reddent, posteaq; eos om̄igena superstitione impli-
uerint. Recte admonuisti me, inquit Euclates, quū su-
perstitionem dixisti. Nam quid tibi Tychiade de rebus
buiusmodi uidetur: de oraculis loquor ac uaticinij, et
quecumq; quidā numine afflati proclamant, queāc ex
adyris audiūtur? aut que virgo numeris cloquēs futur-
ra p̄dicit? an midelicet nec talia credis? At ego quod
anulū quendā sacrum habeo, Pythij Apollinis imagi-
nem exprimente sigillo, quodq; bic Apollo mecum lo-
quitur, nō dico, ne tibi uidear ad gloriā mā res incre-
dibiles narrare. Ceterū que apud Amphiliobū audi-
ui in Mallo, heroe meū diu differente, demq; meis de
rebus cōsulente, tum que ipse uidi, nolo uobis narrare.
Deinde ex ordine et que uidi in Pergamo, et que au-
diui in Pataris. Itaq; quū ex Aegypto redirem domū,
audirem q; illud in Mallo uaticinū apertissimū simul
ac uerissimū esse, tamen sic oracula dare, ut ad rem re-
spondeat his, queācūq; propeta quippiā inschedulam
inscripta tradiderit, recte me facturū putavi, si dū pre-
ter nauigarem, exp̄criber oraculū, decumq; de futuris
quippiā cōsulerem. Hęc adhuc Euclate dicente, quum
uiderem q; longe res esset processura, quodq; nō brevē
incepisset de oraculo Tragœdiā, ratue non expedire,
uti solus cōtradiccrem omnibus, relinquens cū ex Aes-
gypto adhuc in Mallū nauigantē: Nam et intelligebā
molestā illis esse presentiā meam, ut pote qui dissenti-
rem

rem refelleremq; eorum mendacia: At qui ego abeo, non
quam, quæ siturus Lconticum, nam opus habeo cum co-
cōgrēdi. At nos quandoquidē parū sufficere uobis res
humanae putatis, ipsos etiam deos deniq; in fabularum
uobis partem uocate. Atq; hec simul ac dixi, discessi.
Illi uero alacres iam libertatem nacti, ut est uerissimum,
mutuò sese epulis accipiebant, ac mendacijs ingurgita-
bant. Talibus ò Pbilocles apud Eucratē auditis, uenio
per Iouem inflato uentre, nō aliter quam hī qui musto
poti sunt, opus babens uomitu. Tum libenter alicunde
magno cemerim pharmacū aliquod, quod mibi obliuio/
nem induceret eorū, quæ audiui, ne me nonnihil carum
terū ledat inherēs memoria: nempe mōstra, demones,
atque Hecatas mihi uidere videor. P H I L . Quin mihi
quoq; ò Tychiade, tale quiddā hic sermo tuus attulit:
aiant etenim nō solam in rabiem uerti, atq; aquam for-
midare, quoscunq; rabidi canes mordeāt, uerum tamen
si quem mordicus bono morsus momorderit, illum mor-
sum quoq; nō minus canino ualiturum, atq; cum etiam
eodem modo formidaturum. Quin tu ergo uaderis, quā
sis ipse apud Eucratem à multis mendacijs morsu, mie-
bi quoq; morsum illum communicasse, adeo mibi men-
tem demonibus impleuisti. T Y C H . At bono animo si
misi amice, quum magnum aduersus huiusmodi res res
medium habemus, ueritatem rectamq; omnibus in res-
bus rationem: quo si utamur, nullis huiusmodi uanis
futilisq; mendacijs turbabimur.

LVCIANI DECLAMAT

TIO PRO TYRANNICIDA,

Thoma More interprete.

ARGUMENTVM DECLARATIONIS.

A scendit quidam in arcam, ut tyrannum occideret, at ipsum quidem non invenit, filium autem eius quem permisit, gladium reliquit in corpore. Tyrannus ingressus, ac filium iam conspicatus mortuum, eodem gladio se transfixit. is qui ascenderat, ac tyranri filium intercesserat, tanquam tyrannicida premium petit.

DECLAMATIO.

V V M duos tyrannos iudices uno die peremcim, alterū quidem iam etate defectum, alterum uero florentem, coq; ad scelerum successionem idoneum, adsum tamen unicum obstruq; premium petitorus: idq; quam solus omnium qui unquam facere tyranicide sceleratos duos uno ictu sustulerim atq; mactauerim: filium quidem gladio, partem ueronim illo quo in filium ferebatur, affectu. Tyrannus igitur ob ea que gerit, satis nobis supplicij dedit, quippe qui Cruiuens filium spectauit occisum, Cr tandem (quod maxime prater omnem spem fuit) ipse sui coactus est tyrannicida fieri. Pilius igitur à me peremptus

emptus est, inserviuit autem mihi, etiam mortuus, ad aliam mortem: nam qui uiuens iniurias, una cum patre fecit, mortuus patrem ut potuit interfecit, **Qui** tyrannis dem ergo sustuli, ego sum: ensisq; qui peregit omnia, meus est, ordinem tantum immutavi cedium, ac perimendi sceleratos nouavi modum: illum qui fortior erat, **C** qui alii cisci poterat, amolitus ipse: senem uero soli relinquens gladio. Ego igitur ob ista etiam amplius aliquid à uobis expectabam, sperabamq; me præmia pro peremptorum numero suscepturnū, ut qui uos nō præsentibus tantum malis cripuerim, sed futurorum quoq; metu libera uerim, ac certe uobis libertatē præstiterim, nullo bere de scelerū relitto. At interim tot rebus à me præclare editis, in periculum uenio, ne à uobis nullo præmio donatus abeam, solusq; mercede frauder, quā leges à me seruatae statuerunt. Hic itaq; meus aduersarius, nullo Reip. studio, sicut ait, istud agere uidetur, sed corū cœde cōmotus, ut in eum qui mortis eis causa fuit ulciscatur. Sed uos iudices auscultate paulisper, dum tyrannidis mala (quanquam ipsi probe sciatis) expono: nam et hoc pacto melius beneficij magnitudinem cognoueritis, **C** magis item gaudebitis, reputantes quibus estis malis liberati. Neq; enim quemadmodum alijs plerisque iam sepe accidit, ita nos quoq; simplicem tyrannide et unicam seruitutem sustinuimus: neque unius domini lis bidinem pertulimus, sed soli omnium quos unquā similis prebit infelicitas, duos unius loco tyrannos habuimus,

C

34 LVC. PRO TYRANNICIDA

et in duplices miseri iniuriae distracti sumus. At modis
 ratiō admodum senex erat, et in ira mitior, et ad sup-
 plicia segnior, et ad libidines tardior: ut pote etate iam
 impetus eius uebementiam cobibente, et voluptatum
 appetitiones refrenante. Et ad causas quidem facinorū
 iniuitus a filio dicebatur impelli, quum ipse non admo-
 dum tyrannicus esset, nisi quod illi parebat: nam in filium
 (ut iam ostendit) propensus supra modum fuit. Omnia
 illi filium erat, illi obtemperabat: et iniuste fecit quic-
 quid ille inbebatur, et puniebat quos ille solebat: in om-
 nibus illi morem gerebat, ac deniq; sub illius tyrannie
 uiuebat, et ultroneus filij cupiditatum satelles erat. At
 iuuenis aero bonore etatis gratia patri cessit, et solo
 Imperij nomine abstinuit: ceterum re ipsa tyrannide
 caput ipse fuit. Firmitas quoq; ac tutamentū principa-
 tis ab illo pendebat, quoniam et quod ex iniurijs pro-
 meruit solus ipse fruēbatur. Ille erat qui satellites duce-
 bat, qui custodias regebat, qui subditos feriebat, qui inse-
 fidiatores terrebat. Ille erat qui ephebos rapuit, qui nu-
 gias temeravit, cui uirgines adducte sunt: et si que ca-
 des erant, si qua exilia, pecuniarum expilationes, tor-
 menta, cōtumelie, nec omnia iuuenis fiebant audacia:
 nam senex ipse obsequebatur, et comes in malis erat,
 et tantū filij scelera comprobabat. Et res quidem no-
 bis intolerabilis facta est: nam quam animi libidines ab
 Imperio sumunt licentiam, nullum iniuriarum finem fa-
 ciunt. At illud tamen nos urebat maxime, diuturnam,

imo

imò eternam potius futuram banc servitutem sciebas
 mihi, et tradendam per successionem Rempub. popu-
 lumq; alij post alium domino ac scelerato hereditatem
 cessuram. Alijs profecto non paruam spem bac res fu-
 cit, quod perpendere possunt, ac secū dicere: at iam co-
 bibebitur, at iam morietur, ac paulo post erimus liberi.
 De illis uero nibil tale sperabatur, sed iam nunc paratus
 imperij cernebamus heredem. quam obrem nec suscipe-
 re negotium audebat fortium quisquam, qui tamē cas-
 dem mecum cupiebat: sed desperabatur omnino liber-
 tui, et inexpugnabilis uidebatur tyrannis, cum necesse
 esset tam multos aggredi. At me nihil ista deterruerūt,
 neq; per pensa negotij difficultate detractauit, neq; per
 culum expauit. Solus quidem solus aduersus tam fortē
 ac multiplicem tyrannidem, imò uero nos solus, sed cū
 gladio auxiliari concendi, cōforte etiam tyrannicij,
 mortem præ oculis habens, sed propriam tamen cedē-
 communi libertate compensans. Cum in primam ergo
 custodiam incidisse, ac satellites haud facile amouis-
 sem, obuiū quenq; perimens, et quicquid obfisteret cō-
 ficiens, in ipsum negotij caput ferrebar, in ipsum unicū
 tyrānidis robur, in ipsam nostrarū calamitatū materi-
 am: et in summa arcis custodia sistens, quum illum con-
 spexisset se generose defendantem atq; resistentem,
 uulneribus multis tamen interfeci: ac iam quidem sui
 blata tyrannis erat, facinus confitum erat, atq; exinde
 protinus omnes liberi. Senex relitus est ille solus, incer-
 mis

§26. LVC. PRO TYRANNICIDA

mis, custodibus exutus, magno illo satellite suo adem/ pto destitutus, nec amplius ulla generosa manu dign⁹. Ibi ego mecum iudices talia cogitabam: totū negotiis. meum bene se habet: omnia peracta sunt, omnia stren/ nac perfecta sunt. Quónam ergo iste qui supereft ple/ stetur modo? Me siquidē ac dextera mea indignus est: præcipue uero facinore tam splendido ac iuuenili & generoso confecto, cuius gloriā addita bac tam inerte cœde minuerem. Dignum autem querere carnificem quempiam oportet, uerum post crumnam, cum ne & bāc lucifaciat uideat, puniatur, appositū tantū ensem babeat: huic ergo reliqua committo. Hæc ubi statuis/ sem, illinc amolior. Ille uero sicut ego ante diuinaverā fecit, ac tyrannum interfecit, fabuleq; mea supremum actum addidit. Adsum ergo popularē uobis gubernationem adferens, & omnibus securitatem denuncians, ac libertatem feliciter annuncians. Nunc igitur factis meis fruimini. Sceleratis enim(uti uidetis) arx uacat, imperat aut nemo, sed & honores tribuere licet, & iudicare, & ex legibus contradicere: atq; hæc uobis ex me, atq; hoc facinore meo profecta sunt: atque ex illa una cœde, post quā pater haud amplius uiuere potuit. Dignum igitur ob ista censeo, debitū à uobis mibi præmium dari: non quod studiosus lucrisim, aut qui parua magnipendam: necq; quod ob mercedē de patria bene/ mereri in animum induxerim, sed quod mea officia cu/ piā uestro preōio esse comprobata, ne despctus sit,

nēue

nēue inglorius fiat meus conatus, tanquā à uobis manus,
 & prēmio iudicetur indignus. At iste cōtradicit,
 & me p̄t̄er & quum ait facere, qui honorari uelim, ac
 prēmium referre: non enim esse me tyrannicidam, ne
 que factum à me quiequam secundum legem esse, sed fa-
 sto meo quiddam ad prēmium petendum deesse. Rogo
 igitur eum, quid reliquum à me desideras? non uoluis
 non ascendi? non peremis? non liberaui? num imperat
 quisquam? num iubet quisquam? nū dominus minatur
 quisquam? num me maleficorum effugit quisquam? nō
 dixcris. Sed omnia pacis plena, & leges omnes reddis-
 te, & manifesta libertas, & popularis gubernatio fir-
 ma, & coniugia inviolata, & pueri extra periculū, &
 uirgines tutæ, & festas agens fricas ob cōmunem felici-
 tam ciuitas. Quis est igitur horū omnīū causa? quis
 illa sustulit, ista pr̄ebuit? Etenim si me quisquā est hoc
 bonore dignior, illi hac mercede cedo, ac prēmio istoec
 abstineo. Sin uero solus ego cuncta peregi, audens, peri-
 citans, adoriens, interimens, puniens, alterū in altero
 ulciscens: quid mea calumniaris officia? quid ingratum
 erga me populū facis? At ipsum non occidisti tyrrān-
 lex autem tyrranicidæ prēmium statuit. Interest ergo
 quicquā, dic mibi, an ipsum perimas, an mortis ei can-
 sem pr̄bebas? Ego certe nihil puto, nempe hoc solū le-
 gislator spectauit, libertatem & popularē statū, ac
 sceleratorū abolitionē, istud honorauit, istud gratia di-
 gnus censuit, quod factū à me nō esse nō quas dicere.

Si

Sic enim illum occidi, quo occiso iste non potuit uiuere,
ipse nimis mactauit. Cedes mea, manus illius erat. Ne
nimis ergo curiose de mortis modo disputes, neq; ex a-
mines quomodo interiit: sed an amplius non sit, an per
me est, quod amplius ille non est. Quandoquidem hoc
quog; mibi uideris excusurus, & sycophantam in be-
neficentes acturus, si quis nō enſe, sed lapide lignoue,
aut alio quopiam modo peremisset. Quid uero si tyran-
num famc obſeſsum, ad mortis neceſſitatem adegitſem:
etiamne tum requireres meamet manu peractam ce-
dem? alioqui deciffe abhuc aliquid mibi ad legem in-
plendam diceres? atq; id grauiore suppicio interfecto
malefico? Vnu ſolum examina, iſtud interrogā, in hoc
curiosus inquire, quis facinorosorū ſupererit? quis iniur-
ia metus imminet? que uestigia calamitatum? Sin uer-
to purgata ſunt ac pacata omnia: sycophante eſt, non
dum rerum calumniantem, uelle præmio iſpis factis de-
bito fraudare. Ego ſi quidē hoc quoq; in legibus declar-
atum memini (niſi forſan ob longam feruitutem ſim
que in illis dicuntur oblitus) cauſas mortis duas eſſe: ſu-
ſe quis ipſe occiderit: ſcu ſi quis ipſe quidem non occi-
derit, neq; manu rem gafferit, coegerit tamen, atq; occa-
ſionem necis dedit: equaliter hunc etiam lex plecten-
dam censet, atq; admodū quidem iuste: nam præbitans
interitus cauſam nibilo iudicauit ipſo facto minorem,
ac reliqua iam de modo necis queſtio ſuperuacua eſt.
Illum ergo qui ſic occiderit, puniendum tanquam bo-
micidam

micidam equum censem, absoluimus; nullo pacto uelis: qui uero eadem quo ille modo ciuitati beneficerit, indignum benemeriti præmio duces? Neque enim istud possis dicere, me uidelicet id fecisse tantum: bonum autem exi-
tum quendam temere non me id destinante, consequus-
tum. Quid ergo pertinuisse amplius, eo qui fortior
erat interempto? Quid in uulnere gladium reliquis-
sem, nisi id ipsum omnino quod erat futurum prædiui-
nasse? Nisi hoc fortasse dixeris, quod qui peremptus
est, et tyrannus non erat, neque hoc nomen obtinebat, neque
multa uos ob id libenter si necaretur, præmia dedisse-
tur: sed hoc nunquam dices. Ergo interempto tyranno,
illi qui causam prebuit non redde præmium: ô curiosi-
tatem, quomodo necatus est curas, quum libertate frua-
ris, aut ab eo qui democratiæ restituit, amplius aliquid
postulas. At qui lex (ut dicas) ipsum rerum caput exami-
nat, media autem omnia ualere finit, neque ultra curios-
fus inquirit. Quid enim, qui in exilium tyrannum com-
pulisset, non honorem iam tyrannicide tulisset? Imo ac
uale quidem iuste, nam et illæ libertatem pro seruitu-
te præstítit. At quod à me factum est, non exilium, nec re-
dintegrandæ rebellionis metus, sed omnino perfecta su-
blatio est, et generis illius uniuersi internicio, ac totius
mali radicibus excisio. Ac nunc per deos omnia mihi ab
initio in finem usque (si uidetur) excutite, an prætermis-
sum quicquam ad implendam legem fuerit, et an quic-
quam mihi defuit, quod adesse tyrannicide debuit. Ante

LVC. L omnia

omnia igitur animū adesse generosum decet, atq; Reip studiosum, paratumq; pericula pro cōmuni commodo subire, ac propria morte multorum salutem redimere: ergo ad id mihi quicq; defuit? An animo fractus sum? an pericula prospiciens, per quæ mihi uadendum erat detractavi? non id dixeris. Mane ergo in hoc solo, ac me finge ex eo solo quod uolui, atq; isto consilio fui, etiam si nibil inde boni prouenisset, tamen ob mentem ipsam assurgentem præmiū tanquam bencmerentem pectore, quum tamē ego non potuerim, sed alius me sequitus tyrannum occiderit, absorum (dic mihi) aut absurdum esset tribuere: maximeq; si dicerem, ô uiri, uolui, cupivi, aggressus sum, atq; animi mei signa dedi: solus honor dignus sum. Quid tum responsurus essem? Nunc vero non id dico, sed et ascendit et periclitatus sum, atque innumerabilia priusquam adolescentem pectorem feci. Neq; enim rem usque adeo facilem esse suspicimini, custodiā superare, ac satellites opprimere, nūmque tot uiros auertere. Sed fermè maximum in tyrannicidio, atq; ipsum rei caput istud est. Nam ipse quidem tyrannus, non magnum opus est, neq; magno negocio conficiendum, neque expugnatur difficile, sed ea potius que muniunt ac tuentur tyrannidem, que qui uicerit, omnia peregerit: nam reliquum quidem parum est. Siquidem istud ad tyrannum usque penetrare, neque quam licuisset mihi, nisi custodū qui eos cingunt, ac satellitum omnium uictori, ac nisi eos omnes prius demissi

cissim : Nihil amplius, adiicio , sed ijs rursus immotor .
 Custodias superauis, satellites inquam, tyrannum incus-
 stoditum, inermem, nudum reddidi. Ob haec ne honore
 tibi dignus videor? an adbuc à me cædem postulas? At
 qui si cædem etiam queris, nec istud quidem deest. Ne-
 que enim incruentus sum , sed perpetraui magnam ac
 nobilem necem iuuenis florentis atq; omnibus metue-
 di , per quem etiam ille tutus ab infidyls erat, quo solo
 confidebat, qui multorum loco satellitū, sufficit. Quid
 tum ergo, num præmio dignus sum? num tantarum re-
 rum bonore fraudabor? Quid enim si satellitem, unum
 si ministrū quempiam tyranni peremissim? quid si ser-
 um honoraciorem? an non magnum etiam hoc tibi ui-
 deretur ascenderc, atq; in media arce, in medijs armis
 aliquem ex amicis tyranni conficere? Nunc autē etiam
 illum qui peremptus est considera: filius erat tyranni,
 inō tyrannus grauior, ac dominus inclém̄tior, actor-
 tor crudelior, extortor uiolētior . Tum quod maximū
 fuit, heres omnium atq; successor: postremo, qui in lon-
 gum poterat nostras calamitates extēdere. Vis ne hoc
 me solum fecisse, tyrannū autē ipsum adbuc creptū fur-
 ga uiuere? Munus ob ista peto, quid dicitis? nō dabitis?
 Nō illum quoq; suspexisisti? nō dominus? nō grauis? nō
 intollerandus erat? Nunc uero etiam caput ipsum intel-
 ligite . Quod enim iste à me flagitat, id q̄ optime fieri
 potuit, peregi, ac tyrannū alterius necc necaui, nō uul-
 gariter, neq; uno ictu, q̄ illi post tot scelerā maxime fuit

L 2 optandum

optandum. Sed dolore multo prius exagitans, et in oculis ostendens misere prostrata, que illi fuerant charissima, filium quanquam malum, tamen etate florente, ac patri similem, sanguine ac tabo plenum. Hoc sunt patrum vulnera, bi legitimorum tyrannicidarum gladij. Hac tyrannis crudelibus digna mors, hoc supplicium sceleribus tantis debitum. Nam illico mori, illico nescire, nullum tam spectaculum cernere, nihil habet tyrannica poena dignum. Non enim ignorabam (te appello non inquam ignorabam, immo nec aliis quisquam quantum ille erga filium gerebat affectum, et quod post illum uiuere ne pavilorem quidem dignaretur). Atque omnes fortasse patres sunt in filios eiusmodi. At hic certe aliquid supra ceteros habebat, idque merito, quippe qui illum solum videbat ducem scrutatoremque tyrannidis, solumque pericula patris preoccupantem, ac firmitatem imperio praestantem. Unde etiam quanquam non ob amorem, at ob desperationem saltem statim illum sciebam moriturum, quem cogitaret inutilem sibi uitam futuram, securitatem quam illi filius prebebat ablate. Omnibus igitur illum simul circumsensi, natura, dolore, desperatione, terrore, ac item porum etiam futurorum metu. His in illum comilitibus usus sum, et ad ultimum illud consilium coegi. Intervit nobis orbus, afflictus, dolens, lacrymans, iustum lugens, breuem quidem, sed qui patri sufficiat, et quod grauissimum est, ipse a scipso, quod mortis genus omnium est miserrimum, multoque acerbius quam si infra-

tur ab alio. Vbi mihi gladius est? num quis illum agnoscat alius? num cuiusquam alterius tulum est? Quis illum in arcem duxit? ante tyrannū quis usus est? quis illum tyranno misit? O enīs mecum communicans, rerum à me bene gestarū successor, post tot discrimina, post tot mortes despiciuntur, et indigni præmio uidemur. Si enim ob istud solam bunc à nobis honorem peterem, si dicerem: ô uiri, tyranno mortem cupienti, ac tum incertimi forte deprehenso, meus iste subscruiuit gladius, atq; operam suam ad consequendam libertatem cōmodauit omnibus, honore ac præmio indignum putassetis? domini tam popularis rei nō retaliassetis? nō inter benefactores inscripsissetis? non inter sacra gladiū ipsum reposuissetis? nō secundū deum illum coluissestis? Nunc mecum cogitate, qualis tyrannum ipsum ante mortem et fecisse, et dixisse sit uerisimile, quum filium perirem, ac vulneribus multis in parte corporis conspicua perfoderem, quo uidelicet genitor uretur, atq; afferet ut primo stupesceret, miserabiliter exclamauit atque inclamauit patrem, non ut auxiliator esset aut commilito, quippe qui iam senex erat atq; inuaidus, sed domesticorum malorum spectator. Ego illinc digredior, totius quidem tragœdie autor. Reliqui uero histrioni carauer, et scenam, et ensem, ac cetera qua fabule supererant. At ille quum adesset, ac uideret filium quem habebat unicum, uix respirantem, lacerum ac morte plenum, vulnera quoq; illa densa ac multa et letalia ge-

rentem, sic exclamauit: O nate, sublati sumus, interempti sumus, tyranni cæsi sumus: ubi iste interfector est? ad quid mibi parcit? cui me referuat malo per te iam filii præmortuum? nisi me forte utpote senem cõtemnit, & lente me perimere decreuit: ac mortem mibi producit, ut necem mihi faciat longiorem. Et simul ista dicens, ensem querebat: ipse autem erat inermis, ut qui omnem in filio spem reposuerat. At ne is quidem defuit, iamdudum enim à me ante præparatus erat, atq; ad scinclus futurum relictus. Ergo ex corpore euellens, et ex vulnere gladium eximens, iamdudū me occidisti, pereveristi, nunc uero mihi finem facito: O ensis, inquit, patri lugenti consolator ueni, atq; infelicem senis manum ad iuuia, iugula tyrannum, perime, ac luctu solue. Utinam in te prior incidisse, utinam ordinē cædis incepisset, ecclidisse quidem, at ut tyrannus tantum, at ultorem sperans, nūc uero ut orbus, nūc uero ut etiam carnifice egens. Et hæc simul dicens, uulnus intulit tremulus, impotens, cupiens quidem, inuaidus tamen ad facinoris ministerium. Quot sunt ista supplicia? quot vulnera? quot mortes? quot tyrranicidia? quot premia? Et tandem uidistis omnes iacentē iuuenem, opus neq; patruū, neq; facile, senem uero illi concunfusum, cruorem utrius usq; inherentem, atq; illam libertatis & uictorie parentem Libitinam, & nostri ensis operam: ensem uero ipsum inter utrung; monstrauū, declarantem quām nō indignus domino sit, testantemq; quod mibi sit fideliter.
 obsequutus

obsequatus. Hoc si ego fecisset, obscurius fuisset, nunc vero redditur ipsa nouitate splendidius. Qui tyrannidē ergo omnem sustuli, ego sum: opus autem in multos distributum est, quemadmodum in fabula. Atq; egipri
mas quidem partes ego, secundus uero filius, tertius ty-
rannus ipse, enīs autem subscruiuit omnibus.

DECLAMATIO THO- MAE MORI LVCIANICAE RESPONDENS.

ON putaueram iudices, ei, qui (id quod
ego nūc facio) publicam causam suscepis-
set agendā, opus fore, ut quir id facere ini-
stituerit, rationem reddat: Neq; enim ullum fore pericu-
lum, ne id malicia potius aggressus, quam pietate ui-
dcatur, quum hoc certissimū prebeat magna integris
tatis argumentum, quod aliorum omnium cōmodis cle-
gerit suo priuato labore consulere. Quod quanquam
omnes istiusmodi causarū patronos merito posse existē-
mē ab omni calumniae suspitione defendere, me ta-
men omnium meritissime, qui ut omnibus profim, non
solum hunc mibi laborem desumpsi, sed inimicitias eti-
am cum eo uiro contraxi, qui se tyrannos quoque ias-
Etat occidisse. Sed quoniam nihil tam recte cæptum es-
se video, quod non improborum uellicet ac depravet
iniquitas, & quosdam iam nūc misitantes audio,

336 DECLAMATIO THOMAE MORI

qui istius oratione persuasi, hoc meum officium in peccatum partem rapiunt: statui iudices nobis huius actionis meae causas exponere, ne quis industria mea malignus interpres eam dolori, odio, uel inuidiae concetur a scribere. Ac primū, quid est quod tyranni mortem dolere puter? nam id iste mibi nuper obiecit, probationē uero nullam attulit, dixisse tantū contentus, et credi si bī sine argumento, sine teste postulat: immo, inquit, nisi doleres, nisi tyranni mortem uicisci cuperes, mecum non contenderes. Ergo eo solo lugere me tyranni mortem probas, quod tibi ob eius necem, premū iniuste petenti, ego me iuste opposui? Vis videre quam nihil dicas? Si te tyrannū occidisse probes, ego tecum litigare, nec si uelim possem, nec si possem uelim. Nāc uero quid aliud contra te dicturus sum, quam quod illū nō occidisti? Si tu interfecisses, nihil quererer, immo laudarer, admirarer, ac premū primus decernerē: nāc uero ideo tibi contradico, ideo tibi honorē denego, ideo aduersor, ideo queror, quia tyrannū nō occidisti. Num igitur occisum protinus dolere videor? Ostendisse potius iudices debuit, me tyranno fuisse uel sanguine coniunctū, uel affinitate propinquū, uel beneficijs deuinctum, uel scelerum cōmunione fœderatum. At istorum quicquam negare quidem potuit: ergo si neque cognatus illi, neque affinis fui, si mea opera nunquam in cuiusquam iniuriam usus est, si ab illo beneficij nihil in me collatum est, si me acerba seruitute cum ceteris simul opprefxit, si me illius interitus

interitus libertati uobiscum una restituit, quid cause est ut illius mortem meae salutis ac libertatis auspiciū doleam? At odij certe tantundē cause est. Nam quid cedit quod odium in illum prouocaret mecum? Primo tyran ni filium interfecit: postea uero tyranno sibi manus inferente, iste præmium tanquā tyrannicida petiit: quorum alterum, puta quod iuuenem peremit, quanquam idipsum parum consulte, parumq; ex communi com modo fecerat, nisi dij nobis fuissent propitijs, fecit ille tamen animo (quantū ego certe suspicor) non malo. Alterum uero, nempe quod præmium postulat quum non meruerit, ut nunc sunt hominum ingenia, non miror, & ignosco certe, modo posse auferre. Neutrū istorum odium in illum mecum concitat. Extra hæc nihil unquā fecit, quod ad me ullo modo pertineat: ergo tam inquis sim, ut hominem uix tandem satis aut de facie, aut fama notum, qui me nec re offenderat, nec uerbo leserat, gratis odio persequerer? Restat inuidie diluenda suspicio, que talis est, ut nullo malo carere uelim libentius. Nam quum omnia uitia sint suapte natura pernicioſa, nullum tamen est liuore pestilentius: quodq; peccatus, cui semel infederit grauioribus tormentis exagit. Nempe alterius fortunam, suum infortunium duce re secundis aliorū rebus astuare, alienis laudibus urari, aliena felicitate torqueri, an non summa miseria, non extrema dementia est? Itaq; si à quoquā alio ultio iur dices absūm, ab hoc certe longissime absūm. Cuius un-

quam fortuna impetum? Cuius res bene gestas cleuauit?
 Cuius laudibus unquam detraxi? Cuius famam labore re
 pueri? Certe ab huius miti suspicione si me mediocris
 iusta fortuna mea non afferit, quae non tam inops est, ut
 aliorum opibus ac premiis inuidem, si me anteacta ui
 ta non vindicat: quae non usq; adeo est rerum bene ge
 storum indiga, ut aliena debeat laude tabescere, At
 ipsa me hercle causa prorsus absolvit: quae talis est, ut
 potius omnium ueniam, quam cuiusquam mereatur in
 uidiam. Quæso iudices, quod tandem odij signum, quod
 inuidie documentum pre me fero? Non prouoco, non
 irascor, non accuso, urbem tantum in ius vocatam ab
 illo defendeo. Sed quin sedentibus ergo ceteris, ac tar
 centibus uniuersis, atq; in his multis et clarissimis uir
 ris, et autoritate præstantibus, et multo ad dicendum
 instructioribus, ego potissimum surgo, et petenti pre
 mia contradico: Illi ipsi profecto quin mecum sentiant
 non dubito: et quin ex his plerique sint, qui hoc ipsum
 officium, nisi ego iam suscepisse, libenter fuerint obi
 turi: neque tamen ideo culpandus sum, quod me pro pa
 tria primus obtulerim. Quicquid est, alieni silentij cau
 sae non debeo: me certe ad dicendum cum Republicæ
 causa, tum deorum immortalium respectus incitabat:
 nempe quum uiderem satis tenues ararij nostri pro
 tentus, et presentem pecuniam nimis exiguum, tum
 instare multas necessarij sumptus occasiones, non se
 rebam uti ciuitas hoc insuper non necessario sumpta
 multaretur

multaretur. Tyrannicidij premium quantum sit non
 ignoratis, ac merito quidem: quod enim precium satis
 grande fit, quo agri, foci, fortuna, liberi, coninges, fa-
 lis, ac libertas omnium, postremo ipse deorum are atq;
 templa redimuntur? Quod quo maius atq; urbi onero
 sis est, eo magis à nobis proficiendum est ne temere
 collocetur. Satis iudices, satis impensa ac sumptus im-
 minet, satis effundendum est, ut ærarium nostrum tam
 profunde, non iste etiam cui nihil debemus, exbauriat.
 Præterea quam hoc tyrannicidium sola deorum cle-
 mentia prouenerit, quo toties inclamati calamitatum
 tandem nostrarum miserti, crudelissimi nos iugo tyran-
 ni solaere, ac libertati reddere uoluerunt, non ferendū
 putari ut ciuitas honorem gratiamq; diis merentibus
 ablatam, homini non merenti tribueret. Totum autem
 hoc negotij fortune deorumq; benignitati deberi, huic
 nihil gratie, apertissimis argumētis docebo: quod dum
 facio, quæso iudices diligenter attendite. Tria sunt quo-
 rum iste quodlibet sufficere sibi ad hunc honorem con-
 sequendum putat, uel quod tyranni peremit filium, uel
 quod tyrannam tentauit occidere, uel quod pater filij
 nece cōmotus, enīc quē iste reliquerat mortē fibi con-
 sciuit. Ergo illius adolescentis cedes tyrannicidū nis-
 detur? Quid mi: nempe et ille (inquit) tyrannus erat.
 Quis id credat iudices, urbē unam duobus sufficisse ty-
 rannis? duos tyrannos inuicem concordes eadem in-
 coluisse moenia: unius urbis ambitu potuisse contineri,
 quorum

quorum alterutri uix uel orbis uniuersus sufficerit?
Quisquis id credendum duxerit, is mibi parum uideretur tyrannicam considerare naturam: nam legitime quoq; potestates, ac non solū legibus gubernantes, sed etiam legibus obtemperantes, ac tyrannide tanto interuerso mitiores, ambitione tamen ita uincuntur, ut nec uel intimum amicorum uitæ parcant, potiusquam eos habeant imperij sui confortes. **Q**uis tyrannum credit natura frum ac violentum imperij sui, cuius ardore hominum leges protrahit, ac orum contempserit, uitam neglexerit, socium quenquam admittere? **Q**uin brutorum quoq; pleraq; ferme que (quod tyrannorū proprium est) rapto uiuit, quibus solius pebuli cura imprestit aliqua tyrannice naturæ uestigia, in proprios factus sequunt, potiusquam socios illos uenationis accipiunt. Et hominem tyrannum putamus, quem fastus inflat, ambicio stimulat, cupiditas urget, gloria sollicitat, suam cum quoquam posse communicare tyranuidem? At iste non solum duos tyrannos facit, uerum etiam adolescentem plusquam tyrannum uult uideri: nam ciuibus atroces (inquit) iniurias fecit, cede, rapina, scupro, omnibus deniq; scelerū formis insignis. Non sine quidem abstinuit, ceterum re ipsa tyrannidis caput erat, ac parente plus potuit, cum ut uolebat rexire. At longe contra se res habet iudices: nimirum impotens semper ac formidolosa res tyrannis est. Neq; filius profecto patrem tulisset si posset, neq; filio tantum permis

permisisset pater ut posset. Nemo tyrannis est herede suspectior, qui eo maiorem parenti metum incutit, quo magis ferocem eius indolem ac tyrannicos mores expresserit. Continebat ergo filij sui cupiditates, atque adolescenti stringebat potius quam laxabat habendas, ne viribus nimium inualescēs iuuenis, imperij audax, atq; opibus insolens, nec sibi iam imperans, tandem ne parenti quidem parceret, quin iam Saturno superiorem præferrent. Nam si iniurias interdum fecit, quid aliud quam se parenti satellitem præbuit? ex quibus quotusquisq; est, qui non grassetur: nuptias violet, domos compilat, phanae dispoliet, obuios cedat, atq; optimum quenq; trucidet? Sed quoniam unus est, cuius potentia atq; umbra fricti, tam scelerata grassantur audacia, paenae alioqui facinorum suorum uel illi, uel publicis legibus daturi, ipsi quidem latrones, homicidae, fur res, adulteri: solus autem unus ille scelerum princeps, sub cuius nomine omnes impune delitescunt, tyrannus est. At ille adolescentis si quando patrabat aliquid atrociss, patrē semper sic imperasse dicebat, neq; ego quin imperavit dubito. Nam filius quamquam ea indole fuit, ut parentem aliquando uideretur (si ad tantam peruerisset etatem) agitijs ac sceleribus æquatus, tamen in hac adolescentia præ illius crudelitate ac sauitia quibus iam à puero semper assuetus insenuerat, rudis adhuc milis, ac uix tyro fuit, neq; ferè magnum quicquā, nisi à patre iussus atq; edoctus agebat. Sed siue nō nisi
iussus

iussus illa faciebat , sive ipse etiam iniussus audebat , tem
men quum tanquam iussus egerit , quum neq; tyranni
nomen usurparit , neq; se pro tyranno gesserit , sed pa
tri se parere significarit , & ausorum suorum causas in
illum retulerit , quum alium se potentiorum esse con
fessus sit , cuius uiribus fideret , à quo omnis eius pender
ret impunitas : furem si uelis , aut sacrilegū , uel si quod
aliud nomen manis , appelles : at is profecto non est , in
quo fieri tyrannicidium potest . Quod si illum omnia
solum potuisse , ac re ipsa tyrannum fuisse cōtendas , &
(quod paulo ante iastabas) illico eius morte liberam
fuisse rempublicam , fingamus obsecro adhuc parentē
uixere , sed non fugatum tamen , quod nescio quur ipse
finxisti , quippe quem nec ipse fugaueras , nec quur ei
fugiendum esset effeceras . Filio enim tantum per insidi
as adempto , reliquis uiribus integris , non video quur
patri magis desperandum , aut fugiendum fuerit , quāne
si aut filius ei natus nō fuisset , aut peste correptus ob
iisset . Patrem ergo fingamus (ut dixi) uiuentem , ac fi
lio quidem unico orbatum , sed satellitum tamen caterv
ua cinctum , cædem filij lachrymantē : sed interfectori
minantem , atq; omnia suppliciorum genera destinan
tem , in forum uultu tristi quidem , sed tamen truci pro
currere , & prolato quē tu reliquisti gladio , ingentia
polliceri præmia , si quis eius ensis dominum prodider
it : bic tu foro iam ab illo , atq; cius satellitibus occupa
to , & in caput tuū questione iam haberi coepit , in pu
blicum

blicum fortis Tyrannicida procurre, et in medios glo-
bos irruens Tyrannum te occidisse proclamata, liber-
tatem omnibus denuncia, ac Tyrannicidij premiu[m] po-
stula. Quid fugis? Quid latebra queris? Quid Tyran-
nicida metuis? An non libera est Respublica? An non
Tyrannus occisus est? Neq[ue] ergo is quē p[ro]creasti Ty-
rannus erat, sed quidam potius Tyranni satelles: neq[ue]
cuius morte ciuitas libertati restituta est, quod solū pan-
lo ante dicebas huius legis spectasse latorem. At heredem
(ingt)occidi. Quid mihi heredes nominat? Quid
in Tyrānide leges memorat? Legum ista nomina sunt.
Iuris est ista successio. An Piratē filium si demortui
patris locum impluerit, heredem quisquam dixerit?
Intestatus semper Tyrannus moritur, quippe legibus
ab illo captiuis, que sole ratum facere testamentum
possunt. Proinde qui defuncti locum Tyranni subit, her-
edes non est, sed nouus Tyrānus. Non enim succedit, sed
invadit. At illi nunc parvissimus. Istud qui cōstat? Ego
contra Tyranno mortuo populum illico liberum esse
dico. Alioqui frustra lex Tyrannicidæ præmium star-
tuit, si alterius morte in alterius potestatem recidimus.
Sed longe secus iudices, defuncto enim quolibet casu
Tyranno, populus iam tum liber dum amici luctu oc-
cupantur, dum stupent eius morte satellites, illico se se
in libertate asseruisset, neq[ue] plus filius aduersus populi
uires tum ualuerisset, quam nunc potest quisquam, uel
ex amicis Tyranni potentissimus, aut genere quisquis
ei fuit

ei fuit post filium proximus, ad quem, si successionis non
men atq; hereditatis audiendum est, tam nunc tyranni
pertinet, quam ad filium pertinuisse. Qui satelli,
sem igitur, qui amicum, qui cognatum, qui filium Tyr-
ranni peremerit, frustra Tyrannicidū iactauerit. Tyr-
rannus ipse solus est, cuius necem tanto premio Resp.
mercatur. Sed uolui (inquit) pertentavi, periclitatus
sum, quod negari ne posset, filio tyranni perempto, spe
futurae tyrannidis extinta, praeclarum animi mei do-
cumentum reliqui, uel hoc solum sufficere mibi ad hūc
bonorem puto. Hic uide obsecro quam nihil maleuole.
quam simpliciter agam tecum omnia, quam ex re tua
totum hoc negotium minime suspiciosus interpreter.
Nam si alius banc ageret causam, nec tamen ex inimi-
cis tuis, sed ex acrioribus istis actoribus quispiam qui
locos omnes excutient, & suspicionibus urgent, ac mo-
leste nimium premunt, sic Hercules hunc tractaret lo-
cum, ut te nec id tentasse unquam nec destinasse con-
tenderet. Quid si tu uociferareris mirari te quenquā
tam insigni esse impudentia, ut talia dicere occiso in
ipso conatu tyranni filio audeat, hic ille protinus qua-
si fieri non potuerit (inquit) ut non patriam liberatus
rus, quod non prestitisti, non Tyrannum occisurus,
quem non attigisti: sed ipsum potius iuuenē quem tru-
cidasti perempturus, ascenderis: illatam tibi priuatim
aliquam ulturus ac retaliaturus iniuriam. Hic si insta-
ret, urgeret, premeret, ac certas aliquas probationes
illius

illius animi tui ac propositi flagitaret, uides (ut opis
nor) in quantas trahceris angustias. Sed ego tecum
hoc pacto non agam, quippe qui in rebus (cuiusmodi
ista est) uebementer obscuris, assueci semper in melior/
rem partem esse proclivior. Permitto itaq; tibi, ut ista
scissse animo in Remp. propenso uidearis. Voluisti er/
go, ac tentasti prorsus auferre Tyrannidem. Hoccine
tibi uidetur isto præmio compensandum? Primū quod
voluisti, quis non uidet quām sit exiguum? Nam hac
ratione omnes tyrannicidij præmiū peteremus. Quis
enim tam frigido in Remp. animo fuerit, ut Tyrannū
crudelissimum non libenter auferre uoluerit? Tentan/
do uero quid aliud declarasti, quām quod esse Tyrann/
icida voluisti? Quod te præterea periculis exposui/
sti, an id præmium meruerit ullum, postea uidebimus:
quod autē istud non meruerit, s̄pero uobis iudices esse
uel sola legis recitatione perspicuum. Que quum præ/
mium nisi Tyrannicide non statuat, qui uero Tyrann/
um non ceciderit, esse Tyrannicida non poscit: quan/
tumlibet quispiam tentauerit, quantiscunq; sc̄ se pericu/
lis exposuerit, frustra Tyrannicidij præmium, nisi cæ/
so Tyranno, petierit. Nam ei qui dum conatur occidi/
re, in exiliū compulerit, præmiū quidem: sed neq; tan/
tum, neq; tanq; Tyrannicide decernām. Etenim si mor/
bo quopiam laborans denunciem: quicunq; me sanauer/
sit, si recuperata ualitudine, tria me talenta daturum,

ueriat aliquis spe mercedis inductus, qui mei curam sa-
scipiat: deinde medicamentis qui busdam adhibitis, ubi
frustra se conari senserit: arte suam morbo suictam con-
fessus, me iam deploratum relinquat: aliqua tamen mo-
lestie parte leuatum, sanitatis illi mercedem, quia non
sanauit, non debeo: rursus quia profuit, inancem prorsus
a me dimittere baud equeum est. At si post mille pbar-
maca, nihilo tamen melius habentem destituat: præmij
nihil meretur, qui nihil iuuit: gratiae vero tantundem
ferè, qui quod mederi tentauit, sui gratia, non mei fecit.
Quod si insigniter Medicæ artis ignarus, rem tamen
aggreedi fuerit ausus, atq; aliquantis per misere uenenis
adfectum postea dimittat: quū iam nō modo nihil opis
tulit, sed plurimum doloris addidit: etiam si sese gratis
obtulerit: utrum amore dignus est, quod me suo labore
tam diu nulla præmij spe tam officiose uexauit: an sum
mo potius odio, quod temere sese meo periculo ei nego-
cio, cuius erat imperitus, immiscuit: Huic rei Indices
baud multum mihi uidetur praesens causa dissimilis,
Lex enim Tyrannicidam conducere uehementer alii
cunde studet, eiq; præmium certum, Tyranno cœso,
pollicetur. Sed Tyrannicidam quum dicit Iudices, ho-
minem querit artificem: non manu tantum fortem, sed
peccatore quoq; multo magis ualentem, consilio potius
quam uiribus præstantem: qui insidias tendere, laqueos
abscondere, occasiones captare nouerit. Ergo banc
proxima

prouinciam si quis huiusmodi suscepit, qui Tyrannum ipsum arte & insidijs adoratur, adorsum opprimat, oppressum interimat: nec re copta semel, nisi perfecta desistat: hic Tyrannicidij præmium audacter postulet. Sin id quidem non potuerit, quod autem proximum est ex confine, fecerit: Tyrannum uidelicet uel in exilium abegerit, uel ad ditionem condonata uita coegerit, uel ad deponendam Tyrannidem certa conditione compulerit: hunc ego præmio dignum, neque nullo quidem, neque tamen Tyrannicida iudico. At si quis manu potens, mentis inops, illarum penitus ignorans artium, quibus instructum esse Tyrannicidæ oportet: qui rem viribus egere tantum, ac non consilio pertet, qui denique Aiaci multo sit, quam Vlyssi simillior. Sed Aiaci tamen iam abiudicatis armis insanienti, arcuata bominum loco trucidanti. Si huiusmodi, inquam, quispiam rem tantam conficiendam sibi desumpserit: tum nec insidias collocans, nec tempus eligens, nec occasionem expectans: impetu quodam proruat, nec ab ipso tamen Tyranno incipiat, sed in satellites eius infiliat, dato interim illi sibi cauendi loco. Tum subducto Tyranno: re temere copta, stulte gesta, per ignauiam relicta, ac penitus infecta: sola sibi fuga, abiectione etiam gladio, consulat. Postea uero uel defuncto, uel interfecto Tyranno, in publicū prodat: præmiū tanquam Tyrannicida postulet, atque huiusmodi utatur oratione.

Volui Iudices, ausus sum, tētavi, periclitatus sum. Vtrū
 Iudices illi Tyrannicidij premium decernetis, quia
 Tyrannum tentauit occidere? an malam potius gratia
 am baberetis, ac dignum etiam suppicio ducretis,
 quod suā temeritate non se solum frustra periculis ob/
 ieccerat, sed urbem etiam uniuersam in summum discris/
 men unā p̄cipitauerat: ut pote qui Tyrannum stulte
 irritando fecerit, & ciuibus infestiorē, & aduersus
 insidiās cautiōrem? Videtis ergo Iudices quemadmo/
 dum id quod iste uel solum satis esse confidebat, usque
 adeo nibil adiuuat, ut etiam nonnibil officiat. Quām/
 obrem si neq; is, quem peremit, Tyrannus fuit: nec sa/
 tis Tyranni filium occidisse fuit: tentasse uero temere,
 plus quam frustra fuit, reliquum est, ut ultimum illud,
 Tyranni uidelicet ipsius mortem, exutiamus: quām
 iste sibi nos debere disputat. Hoc totius negotij caput
 est, hoc si uobis iste persuaserit, causæ nihil est quin ui/
 cerit. Contraq; si ego hanc partē euicero, atq; sacram
 banc, quod aiunt, anchoram illi p̄cidero, nonne illico
 necesse est fluctuet, ac naufragio pereat? Idcirco Iudi/
 ces hic etiam atq; etiam obsecro: ut q̄ maxime sitis at/
 tenti, dum Tyranni cædē doceo, ex qua tota ista pendet
 cōtroucrisia, nihil ad istū quicq; pertinere. Totum ergo
 hunc locū Iudices sic ab isto tractatū esse meministis,
 ut qui uobis persuadere cuperet, uti crederetis cum
 iam tam quum filium perimeret, parentem quod po/
 stea

Ita fecit, præcisso facturum. Sciebam, inquit, satis esse filium occidere, sciebam patrem illico se se post mortem filij peremptum. Imo sciebas certe, quū sic banc causam ageres, opus esse tibi ut illa præcisso uidereris. Alioqui frustrate præmium Tyrannicidij petiturum: si neq; ipse Tyrannum permisses, neq; id saltē fecisset, unde illi scires exitium imminere. Eam ob rem Iudices exitum eius facti tam certum uideri uoluit, ut uobis etiam audientibus dixerit, ob id ipsum se se à Tyranno manum abstinuisse, cumq; sibi ipsi pariter & istius gladio reliquise: quem alioqui, ut ait, facile potuisset occidere, fecissetq; nisi de exitu securus scilicet, tūc de industria pepercisset, ut paulo post miserius interiret. Hic igitur quid faciam? quò me potissimum uertam? unde argumenta conquiram, quibus hūc probem non esse rerum futurarum præcium? Quin illum percontemur potius, ac rationes aliquas exigamus, quibus ille nobis fidem rei tam longe supra fidem faciat, unde hac tam mirabilē diuinādi peritiā nactus sit, utrumque homine quopiā docēte didicerit, an numine potius inspirante conceperit. Dic igitur nobis Tiresia, quonam probamento facies, uti constet comprehensam esse tibi rerū futurarū scientiā? de foēsum alicubi thesaurū effode, cogitationes nostras euoluē, abstrusum aliquid atq; occultatum erue, quod miremur omnes: nempe ciudem artis esse puto, & que præsentia latent edicere,

M 3 & que

Et quae sunt futura praedicere. Aut si tu futuris duntar
xat uales, aliqua nunc edisse aliquot post hoc annis:
aut si libet, seculis potius euentura: que quum ex tuo
prescripto ceciderint omnia, tum demum redito, Et fu
tura te prescisse dicito. Interim profecto egre, quan
tum suspicor, obtinebis: ut quod te nesciente fiebat, id
prescisse credaris antequam fieret. Quod si tam, quum
filium interimeres, ignorabas patrem sepe, quod postea
fecit, occisuram: quia tu nunc eius cedis premium po
stulas, quam nisi acclis impudenter esse mendax, fuc
re necesse est, et ignorantem, atque ad eo ne cogitante qui
dem, perpetratam esse? Sed ideo se fortasse putat hu
ius etiam necis autorem: quoniam illa cedes quam fec
it, istius quoque, tametsi prater spem, causa tamen ali
quo modo fuit. Quia in re uos loge alia indices opinor
esse sententia. Neque enim si Tyrannum casu quisquam
aut mente captus occidisset, ei Tyrannicij premium
decerneretis. Quid ita? Nempe quod inscius uterque at
que imprudens occidisset, quanquam istius causa est ali
quanto, ut mihi uidetur, inferior. Nam si alteruter illo
rum premium peteret, tametsi peteret qui permissit
ignarus: atque ideo frustra peteret, peteret tamquam qui per
missit: nunc uero Et isto nesciente, Et non ab ipso per
emptus est. At nihil ego, inquit, neque casu, neque impru
dens feci: sed filium consulto trucidaui, atque ita patri no
lens ac prudens mortis causam prebui: qui, ni ego filium
occisi.

occidisse, adhuc tyrannus uiueret. Age accedā etiam propius. Si tu tyrannū aggressus ut perimeres: deinde uictus ab eo, projecto etiā gladio, fugeres, atq; is e quo te persequutus, e quo collapso, præceps in gladiū tuum tam opportune caderet, ut eodē transfigretur: an non hic posset eadem omnia dicere, uoluisse te uidelicet, ac uolentem aggressum esse: uolentē igitur prudentemq; causas ei mortis attulisse: nam nisi tu illum fuisse adoratus, ille non fuisset occisus. Sed nōnne uides, ut cadē ope rauel magis fuga tua gloriari liceat, & ignavia tue p̄mium petere? Nam nisi tu fugisses, ille non occidis se: nisi tu gladium turpiter abiesses: nec transfixus ille fuisset. Postremo hac ratione ignauos etiā Tyrannicidas esse licet. Quemadmodum licet uolens adoratus essemus ut interimeres: tamen postquam re infecta fuisse, quod postea factum esset, tuum non iudicaretur, licet id factum non fuisset, nisi tu aliquid ante fecisses: Ita etiam si Tyrannum perempturus ascendisti, filius amiq; dom patrem queris, occidisti: tamen cum pergeret ac perficere quod inceperas, uel timore non ausus sis, uel negligentia nolueris, uel casu non potueris: sed re prorsus infecta redieris, quicquid inde postea te incio atque inferante prouenerit, id à te profectum esse ne dixeris. Siquidem quicquid tuum dici potest, ubi desistit, ubi tu destitisti. At nec istud fortassis ei quod ipse fecit simile esse concedet. Sed mibi hoc pacto

rurus opponet. Is quē tu proponis, non ea mente Tyrannum aggressus est, ut se postea uicto ac fugiente, ille uictor dum persequeretur, occumberet. Ideoq; quod non proposuit, merito suum uocare non potest. At ego eo proposito peremi filium: ut pater se se dolore commotus occideret: atq; id facturum anima mea percepi. Videlicet iudices, ut nobis illa diuinatione sua rurus occurrit: Quæremus igitur ab eo, quoniam pacto prescrivit: presciuerit ne ē an conicerit? Si se presciuisse respondeat, neminem credo ei crediturum: si non conicisse, interim nescisse se factetur: sed opinatum esse tantū, hoc est, dubitasse, incertū fuisse: postremo quid aliud quam ignorasse? Sed uideamus tamen quibus signis, q; perspicere cuius argumentis, rem tam inopinabilem ita collegerit euenturā, ut quod alius nemo sperare potuisset, id ille sibi tanquam certum atq; inopinabile proposuerit. No ueram inquit, quam misere deperibat filium. Itanc id tandem adeo te certum ac securum reddidit: ut necem cius non tanquam forte secuturam, sed necessario futuram destinares? Scio iudices, haud mediocres illos affectus esse, quos erga liberos parentum peccatoribus insevit natura, neq; tamen aut tantos, aut cuiq; tam exploratos crediderim: ut promittere sibi ac spōdere auderat, id quod iste se fecisse narrat, interempto filio patrē ultroncum ei comitē futurū. Nam quotusquisq; ex his, quorū filij et unici, et charissimi quotidie uel morbo cadunt

cadunt, uel dolo pereunt, uel bello occumbunt, uel casu intereunt, usque adeo mærore consernatur, ut sibi mortem sua sponte consiscat? Sed amori, inquit, etiam desperatio non minor occasio desiderandæ mortis accessit. Quamobrem obsecro, an tu quum filium perimes res, reliquos unà satellites omnes occidisti? non dices, opinor, stragē te tantam fecisse. Ceteros igitur adhuc retinebat: opum satis, uirium satis habebat. Quapropter uno adempto, quū tot adhuc essent incolumes, quorum omnium intererat maxime hunc incolument esse, quare iusque adeo desperandum fuit, ut nō ab urbe, sed ex orbe festinandum fuerit. An usquam gentiū uincere quenquam bodic sufficemur, qui id fecisset, quod Tyrannus iste fecit. Quid de alijs querimus? quin te potius interrogemus, quem uerisimile est de te cōiecturam banc fecisse, & Tyrannum ex animo tuo spectasse. Si tibi ergo filius perimeretur, atq; insuper imminere uideretur nonnullum ex fortuna simul & uite periculum: num potius eligeres te comitem filio dare, quam mortem illius ulcisci? An temet ipse ne ab alijs occidereris, occideres? Certe, ut pro te quoq; respondeamus, nō faceres. Quomodo ergo in mentem tibi uenire potuit: ut quod nec alij fecerunt, nec quisquam fecisset, nec tunc futurus essem, id Tyrannum cogitares facturum? At plenè, inquit, cogitabam: alioqui cur ibi gladium meum reliquissim. Recte nimirum ignavia tua nos admones.

M S Nam

Nam cum hoc dicit iudices: nonne id uobis uidetur dicere, praesensi certe: alioqui cur inde fugissem? quid enim aliud est: alioqui cur gladiū ibi reliquissim, quam alio/ q̄ cur inde abiecto gladio turpiter me in pedes dedissem. Nam quid opus fuit gladiū Tyranno relinqueret? Ne decasset ei scilicet, quo periret? Itane qui omnium gla- dios timet, ipse gladio caret? Qui quicquid habet, gla- dio peperit, gladio possidet, gladio tuetur, ei gladius unquam absuerit. Nonum prodigium iudices, Tyrannus sine gladio. Neq; illi gladius defuit, nec iste gladiū ei reliquit, sed abiicit: nec futurum quod cuenit, uel le- uissima coniectura prauidit. Sed posteaquam in arcem temere (nescio quomodo) perrepisset, atq; ibi adoles- centem (ut est iuuentas semper incautior) solum, securum, ac nihil minus expectantem, de improviso ador- tus oppresisset: ac potuisset fortasse progressus ulterius eadē opera Tyrannū sustulisse: illico hominem tir- mor invaserit, metuentem ne uoce uel gemitu morientis audito, iam tum proditus concurrentibus Tyranni fa- cillibus, caperetur. Iam ante oculos ciuius obuersabantur uincula, carcer, tormenta, ac mortes mille, mille sup- plicia: quoru imaginacione uana perterritus, iam stre- pitus omnē, omnē sonitu, ac postremo suā ipsius um- bram expauscens: tam nūc repēte timidus, q̄ ante te- merarius, ex arce se proripuit: nec secum gladiū saltē tollere ausus est: seu ne esset fuga tardior, seu ne cum en- se deprehensus, infidatus fuisse Tyranno diceretur.

quo

quo nunc perempto recurrit insolens, et tanquam ipse occiderit, Tyrannicidij premium postulat. Age ergo Tyrannum ipsum non quero an peremteris: hoc tantum quero, an permissus potueris. Si non potueris: ergo occasio non expectasti, locum idoneum non elegisti, tempus opportunum non captasti: sed temere, sine consilio, sine ratione, preceps incepisti, quod perficere non valuisti. Nec illum ergo te iactes occidisse, quem te feceris nec potuisse. Sin potueris: magna profecto uel incertie, uel ignauiae fuit, quod non feceris. Imò, inquit, potui: sed de industria supersedi. Satis iam feceram, filium occideram: patrem dolori suo, et gladio meo reliqui, quo cum sepe peremptum praevidi. O inexcundū, si ista mentiris. O insanum, si non mentiris. Si tam incredibilia finxisti, miramur impudentiam: si tam absurdā cogitasti, miramur amentiam. Túne adeo eras insanus, ut quā uno iictu potueris, et uitā tuam, et Reip. salutē in custo collocare, malueris omnia dubijs fortunae casibus exponere, et tibi futurū promittere, quod sanus auderet nemo sperare! Quid si Tyrannus id uoluisset, quod tu te haud dubie fecisses, et quod illum quoq; futurū longe uerisimilius quam quod fecit fuit: conclamasset satellites, coegisset sicarios, armasset carnifex, ac prolate filij cedauere, et natura crudelis, et tam atroci spectaculo irritatus, iram ac furorem illū effudisset: primū in te, per quem filius occisus, deinde in urbem uniuersam,

propter

336 DECLAMATIO THOMAE MORI

propter quam occisus est: que si contigissent (ut tua de
mentia propemodum contigerant) neq; tu miser bodic
sueres, qui hoc premium peteres, neq; nos Remp. ult
lare à qua peti posset haberemus. Sed Dij immortales,
Iudices, nota precesq; nostras recordati sunt: Dij servi
tutis nostre mala misericordi sunt: Dij nobis in summis et
que extremis periculis auxiliati sunt. Qui quū semper
hunc urbi succurrere statuissent, id potissimum tempus
elegerunt, quo maxime nobis beneficium suum cōmen
dere possent. Nam Tyrannus quanquam semper erat
molestus uiuente filio, tamen eo nomine minus grauis
incumbebat ciuibus, ne miseram penitus atque exbau
stam urbem filio relinqueret. At eo trucidato propter
quem ante pepercerauit, cui dubiū esse potest, quin fun
ditus omnia direpturus fuerit? Postquam ergo Resp.
ēstius primū cōmeritate, deinde ignavia in extremū il
lad periculum corruiisset superi tempus iam uenisse ra
ti, quo perpetuam nobis insculperent fauoris sui memo
riam, omnia mala que tā prope cervicibus nostris im
minebant, subito in ipsum Tyranni caput auertserunt,
idq; tam celeriter, ut citius nos periculo liberatos esse,
quam in periculo fuisse cognouerimus, nē nos interim
saltē potuisse discriminis tanti metus urgere. Quis
Tyrānū putasset, Iudices, reperto filij sui cadavere, in
se pote quā in banc urbem gladiū fuisse uersurū,
misi nostri studio superi in propriam illum perniciem
immisic

sumis si Furijs, agitassen? Itaq; iam nūc uidere mībē
 videor micantes latronis oculos, obducta supercilias,
 cōtractam frontem, genas pallentes, dentes fridentes,
 labrātūmentia. Deniq; qualem Pentheum describunt
 Poctæ, toto ore, toto uultu, sua prodentem mentis ins-
 faniam. Qum primum ingressus filium reperiret occi-
 sionem, quid illum fecisse, quid clamaisse suspicemur? quid
 aliud quām ut impium atq; dementem spurcissimoris
 Etu insana in superos euomuisse conuicia? O Deorum
 iram, o numinum inuidiam. Video cœlites odij uestri si-
 gna: video liuoris atri uestigia. Nihil uobis uiuit iniqui-
 us, nihil ambitiosius, nihil inuidentius. Soli imperare,
 soli regnare uultis, nec satis propria felicitate cōtentis,
 semper aliena tabescitis. Quur nō mecum in certamen
 descēditis? Quur ignauū insidiatorē filio summisisti?
 Elle quisquis erat, cum Tyranno in certamen etiam in-
 gredi non ausus est: hoc certe saltē gaudeo, quod ne-
 mo se poterit Tyrannicidam dicere, nemo Tyrannici-
 dij præmium petere. Nemo enim Tyrannū occidet bo-
 die, nisi Tyrannus. Tyrannus ego hodie uel Dijs inuis-
 tis moriar. Huiusmodi ergo deliria quum blaterasset,
 in gladium tandem amens ac furiosus incubuit. Tyrannus
 igitur Iudices istius gladio, imò nec istius, quippe
 quem ante abiecerat, manu quidē suapte, sed sola Dros-
 rum opera perfossus iacet. At nūc iste sibi cuius ibi nul-
 le partes erāt, primas uendicat. Itaq; qui me sycopan-
 tam

338 DECLAMATIO THOMAE MORI

nam vocabas: vide obsecro, uter nostrum huic uitio pro-
pior est, ergo ne, qui tecum bodic pro Rep. superisq; di-
nuncans, premiu tamē nec uictor postulo: an tu potius,
qui desertor ac fugitiuus, cōtendis tamen alijs, atq; bis
quidem Dij svincentibus ipse triumphare: Define, de-
finc aliena uirtute partam tibi arrogare uictoriā. De-
sine Deorum in hac urbem tam clarum obscurare be-
neficium. Define deorum laudibus obſistere, et ab hac
temeraria petitione desiste. Quod si iste iudices mole-
stus eſſe perrexerit, nos tamen ipsam rem e quis lanci-
bus expendite: Nam iste quid aliud, quam Tyrannū ut
ſibi caueret admonuit? Dij ne cauere ſibi poſſet, ne inſi-
dij amplius opus eſſet, effecerunt. Iste quid aliud quam
gladio ſuo Tyrannum in nos omnes armauit? Dij gla-
diū illum à nobis in Tyranni iugulum retoſerūt. Iste
quid aliud deniq; quam uniuersam urbem in ſumum
periculum dementia ſua cōiecit? Dij corrigentes iſtius
iſfaniam, diſcrimen illud ſubito in proſperimam ſecu-
ritatem conuerterunt. Vos ergo iudices per deos im-
mortales obteſtor: per deos buius clarissimae libertatis,
huius inſperatae felicitatis autorcs, ne quod nobis deor-
um omnium consilio ac uirtute ſucceſſit, id uos unius
bominis amentiae referrifinatis acceptum: neque hanc
urbem unquam in deos liberatores tam ingratam eſſe:
neque patiamini ut ſalutem ſuam debere ſe pocius huma-
na temeritati quam deorum benignitati fateatur, quos

Ita demum sperare licet futuros semper huic urbi propitios, si nos eorum que contulere memores eos (ut equum est) beneficiorum suorum recognoscamus autores. Alioqui si nos (quod absit) ingratique ab illis profecti sunt, in alios referamus, gratiaque superis debet eam impeditamus hominibus: uicissim bercele inueniendum est: ne dij quoque suum erga nos fauorem imminuant: ac Reip. nostrae cura, ut indigne que ab illis curetur, abiulant. Quamobrem ut aliquando finem dicendi faciam: quandoquidem iste peccauit officio, et bono animo male fecit, dij uero eius peccatum in commoda nostra ueterunt: ac dij quidem coegerunt, sed se tamen Tyrensis interfecit: tum premium qui coegerent non petunt, pereire autem qui peremit non potest: uos sententijs uestris iudices et huic ueniam, et superis gratiam decernite: et urbem ab huius premij debito, quo eam liberam esse dij uoluerunt, absoluite. Dixi.

LVCIANI SAMOSA-

TENSIS SOPHISTAE ORA-

tio, latine redditio, à Philippo

Melanchthon.

Calumniae non esse temere credendum.

ERNICIOSA res Ignoratia est, et uarijs modis noxia mortalibus, non solum comuni hominum uite tenebras quaesdam offundere

fundere ac ueri cognitionem obliterate solita, sed pri
 matas quoq; singulorū rationes miscens ac perturbans.
Quo sit, ut perinde atq; qui in tenebris errāt, imò bāud
 aliter quām cæci, iam buc, iā illuc impingamus. **Quod**
 bāud procul nobis et ante pedes est situm, nō uidemus:
 formido est his capi, à quibus etiam quām longiss. abi
 sumus. Deniq; in rebus humanis nihil tam fauste felici
 terq; agitur, quod non error aliquis interpollet. Hinc
 sunt innumera illæ tragicæ clades, fata Labdacidarum
 ac Pelopidum, aliæ item aliorū calamitates. fere enim
 quidquid malorum sc̄enæ ac pulpita clamant, ab Igno
 rantia seu tragico deo compositum proficiscitur. Illæ
 vero cum alias potest plurimum, tum noxia est immo
 dice, si quando in calumnias familiares, & mutua inv
 terse amicorum crimina incidit. Quibus solent, & inv
 testinis disidijs res domesticæ, & odijs ciuilibus urbes
 funditus cuerti. In natos sœuire parentes, nati parentie
 bus insidiari, frater fratri, amans amanti, amicus item
 ab amico diuelli. Turbari demum omnia calumniæ ua
 fricia. Itaq; quo pacto caueri facile posſit, & qualis nā
 sit calumnia, undē originem trahat, quantum ferè effi
 ciat, hac oratione, uelut in tabella depingam. Porrò
 quam eius imaginem subijciam, Appelli Ephesio picto
 ri acceptam referto dicatam. **Quum** is apud Ptolemaū
 regem coniurationis, que in Tyro autore Thcodota,
 facta est, insimulatus esset, quaquam neq; Tyrum uide
 rat unquam, neq; Thcodotam nouerat, nisi quantum fu

ma accepit, cum Ptolemai præfatum Phœnicen admi-
nistrare. Verum Antiphilus quidam artis, gratiaq; Ap-
elleæ æmulus, illum apud regem cōiurationis Tyrie
reum fecit, cum Theodota principe factionis uisum fa-
miliariter congredi, conuiuari, secreto itē et in auricu-
lam inter conuiuandū colloqui. Paulo post eū defecisse
Tyrum, et Pelusium Apellis consilio occupatum esse.
Tum Ptolemaeus preter modum, cum et alias nō satis
animi compos esset, assentatione insuper tyrannica fra-
ctu, adeo excanduit, adeo admiratione calumniae per-
citus est, ut conjecturis quæ causæ fidem, aut facerent,
aut minuerent, neglectis, nō animaduerterit calumniatorem
Apelleæ artis æmulum esse, dein fortuna minori
Apellam, quam ut Pelusium prodere posset? bunc item
beneficijs regijs plus ceteris pictoribus auctum. Neq;
interim percontatus, num aliquando ille in Tyrios na-
vigasset. Quin statim plectendus uidebatur. Regiam tu-
multu insolito Rex perturbat, Apellen perfidū, ingra-
tum, reum uiolatæ maiestatis, insidiatorem, coniuratū,
clamat. Ac nisi quispiam è socijs coniurationis, qui cas-
pti tenebantur, et audax Antiphili seclus stomacha-
tus, et infelicitis Apellis misertus, nihil ei cōmune cū ser-
ditiosis fuisse probasset, dubio procul Tyriorum malo-
rum poenam capite multatus soluisset, etiam si nihil sibi
male conscius. Ptolemaeus igitur collecto animo senten-
tiam mutauit, Apellen donauit talentis centum, addito
in scriptum Antiphilo calumniatore. Apelles contra

L V C. N periculi

periculi memor tali est imagine calumniam ultius. Ad dextram cōsidet quifpiam auribus praelongis insignis, quales ferē illae Midæ feruntur. Manum porrigit procul accedenti calumniae. Circunstant eum mulierculæ duæ, ignorantia, ni fallor, ac Suspicio. Adit aliunde propria calumnia eximie compta, uultu ipso & gestu corporis efforam rabiem, & iram æstuanti conceptam pectori pre se ferens, sinistra facē tenens flammiuomam, dextra secum adolescentem capillis præhensum, manus ad superos tendentem, obtestantemq; immortalium Deorum fidem, rapit. Ante it uir pallidus, in speciem impurius, acic oculorum minime bebeti, cæterum planè ijs similis, qui fontico aliquo morbo contabuerunt. Hunc facile coniçim Lixorem esse. Quid & mulierculæ alioquot calumniam sequuntur comites, quarū est munus, dominam hortari, instructe, comere: interpres picture aiebat Insidias ac Pallaciam esse. A tergo, lugubribabitu, pullata laceraq; Pœnitentia subsequitur, que capite intergum deflexo, cū lachrymis ac pudore procul Vicientem ueritatē excipit. Hac Apelles tabula casus suos lufit. Iam & nos, si uidetur, Ephesij pictoris exemplo, recenseamus calumniae rationes. Principio nobis effigianda est, & explicanda finitione quadam, que uia iconis fuerit. Est enim calumnia, delatio ementita odio, clanculum reo calumniatori credita, delato ad respondendum ac refellendum non admissa. Quæ definitio personis, perinde atq; comicum argumentū, tribus confas

constat, delatore, delato, & auditore calumniae. Singularum partibus defungemur hanc acturi fabulam. omnium, si lubet, primum producamus in mediū, actus principem, & quasi praeſultorem, autorem calumniae. Is quidem quām minime bonus vir sit, ignorat nemo. Nec enim quisquam vir bonus amico damnū dare causatur. Nam boni viri est, bominum sibi animos conciliare studio bene merendi de amicis, neutquam inimicis criminandis. Vnde haud incōmode colliges, iniustum, sceleratum, impium, In summa, incredibilē rebus cōmunitibus calumniatorem esse. Nam quis est, cui non uidetur in uniuersum iusticiæ pensum equalitas, & quod aīt, N E Q V I D N I M I S ? Inequalitas item, & qd' nimium est, iniusticia. Qui uero clanculū absentem interficitur, equalitatis metas egreditur: quippe, auditorē sibi totum adserit, dures eius anteuerit, obstruit, et iniuste responsuro, calumnijs refertas, efficit. Easane extrema est iniuria uel optimorum legum latorū iudicio Solonis & Draconis, qui iurciurando Senatum Athenien. adstrinxere, ut pari benignitate gratiaq; tam rei quam actorem iudex audiat, dum alterius causam honestiorem intelligat. Scelestum & crudele iudicium es se, si quid statuatur antea quām cum accusatione comparata sit defensio. Ad bac, sibi male propicios deos reddunt iudices isti, qui cum accusanti aures libere insulferint, reo denegant, aut præstigijs capti delatorijs, missantes condemnant. Tantum à iusto, equo, bono,

N 2 legibus

legibus, & iurciurando, senatus bene constitute ciuitatis calumnia discrepat. Iam, si cui dubiae fidei legum conditores uidentur, quorum decreta concordant, iustitia, non studio partiū iudicare, is longe optimi poete impendio scitam sententiam immo uero legē sacro sanctam audiat.

Nec nisi librato dirimat sententia litem,

Parte quid ex utraq; queat, examine causa.

Nimirū, uates intelligebat, ex omnibus nullam esse nec que grauiorem neq; audaciorem iniuriam, quam indecet a causa quenquam mortalium damnare. Id uero ex omni parte calumniator molitur, uti cum furore ac ueracordia hominis coram quo res agitur, indefensum reū committat, defensurum parteis suas clancularia sectio ne arceat. Adeo enim hoc hominum genus obnoxius est formidini, adeo nibil audet palam, sed perinde atq; qui ex insidijs transuersi hostem inuadūt, ex abdito alicun de specu iacula tur, ut non sit qui contra uel mittere terrem, uel manu contendere possit, hostisq; ignarus aduersarij, fraudisq; inscius pereat. Quod profecto minime fallax indicium est, in calumnia nibil inesse uert, nibil sani prorsum. Nam qui accusaturus quicquam sibi conscius est ueri, procul dubio, & palam audet aduersariū incessere, corrigere, purgantē crimen segre. Ut in bello, qui iusta acie vincere hostem palam potest, turpe discit, astu ex insidijs certare. At hoc genus homines in aulis regijs spectare plurimos datur, optimatū favorē hisce artibus ambientes, ubi scilicet & inuidia crebra,

¶

Euarie suspitiones, **E**assentandi criminandiq; occasio multiplex in promptu est. Siquidem ibi quo pluribus plura spes ostentat, eo necesse est maiore inuidia, senioribus odijs, emulatione callidiore certari. Illic uideas licet, quam acres alter in alterum oculos desigat, qua cura obseruet, ueluti singulari certamine congresus si quid uispiam in alterius corpore forte fortuna nuscum, aut male munitum conficiat, quod ferire feliciter posse. Ita studio cuiq; est, cum ipse primus esse cupit, ut proximum deiciat, exturbet, conuelleret, proculset. Hic si quis est uer frugi, temere cuertitur, illuditur, deniq; ignominiose exterminatur. Cōtra qui adsentandi paulo peritior est, **E** babiliore ad mentiendum inge nio, probatur, superat. Sanè omnino iuxta Homericar euenientibus certaminis alca.

Vndiq; communi sequitur Marte, pariq;
Virtusq; uictorq; cadunt fato.

Aliam subinde aliis, alia via aggreditur, ut ferē fieri solet, sicuti de magnis agitur commodis, sed per calum miniter est ut compendiarium, ita minime securum. Principia inuidiae debent inter spemq; metumq; fluctuant. Exitus nihil nō miserabile, tragicū, calamitosum habet. Ceterum quadruplatoris ipsum quoq; studium nequaquam facile est, simplex, quanquam ita fortasse uideatur, sed arte multiplici, solertia peculiari, indecessa denique **E** acurata diligentia opus habet. Neque

enim noxia facit calumnia, nisi in specie similia uero
narret, neq; temere cunctarum alioqui rerū D O M I /
N A M V E R I T A T E M superauerit, nisi auditorē
argumentosa & probabili actione, in summa, mille mo-
dis fallat. Porro defertur is plerumq; qui bonore quo-
dam alios prestat, nempe ihs inuidosus, qui spe illius
frustrati sunt. Quo fit, ut omnium tristis affectetur ceu ob-
ex, qui uiam assequende dignitatis alijs intercluserit.
Seiq; primos tum singuli fore confidunt, si sublimē istū
loco demoliti sint, ab amicis abalienarint. Tale quid-
dam in gymnico cursu fieri cōsuevit, ubi si quis est cur-
sor ingenuus, statim ruptis carceribus primas affectās,
& animum ad stadij metas adjiciens, spe uictoria è ro-
bore suo concepta, neq; sequenti incommodat, neq; om-
nino laboris buiuse socijs quidquam struit remora.
Contra, qui malitiosas, imbellis, crueles contendit cur-
su cum alijs, desperatis viribus in fraudem intentus agi-
tur, atq; in uniuersum hoc unicum spectat qua currens
tem occupet, impedit, ac intercludat, & ni succedat
actus, nō est, ut ullo alio modo uincere possit. Haud ali-
ter in ambiendis magnatū amicitijs accidit, ubi si quis
feliciter anteuertit, in media continuo labitur insidias,
& incanus ab emulis captus discerpitur. Hi deinde
amari, coli, amici uideri incipiunt, uel ob id unum, quod
bonis incommodarint. Iam uti probabilem & dignam
fide calumniam faciant, non quod fortuito casus aste-
dit

dit, prehensant, sed in hoc toti sunt, ut accurato delectu
obseruent, ne quid absconum, aut alienū, à cause fide ins-
cidat. Adeo rationes eius quē criminantur uniuersitatis,
in-
peiorē partē trahunt suspectas reddunt, quo fidem
addant accusationi. Medicum insimulant beneficij. Ma-
gnificū ciuem affectate tyrannidis, tyrannū proditoris.
Interdum auditoris affectus sua calumnijs discrimi-
na suppeditat, cū quo si ueteratores isti et nuginendi
suae technas comparent, apte illuditur. Quod si audito-
rem zelotypū norint, annuit, inquiūt, ille uxori tue ins-
terepulit et defixis in eam oculis alto suspiria pector-
re duxit, uxor uicissim suave quiddā et amatoriū, alia
itē que ad suspicionē adulterij faciunt. Sin poetice stu-
diosus, et sibi arte preter modum placeat, Pbiloxeno,
ciunt, carmen tuū nō probatur biulcū, lege solutū cen-
setur. Ad religiosum, enī ille de pietate, deq; Dijs male
sentit, sacra detestatur, prouidentiā uniuersitatis gubernas-
tricem pernegat. Tunc auditor seu aëstro in auriculam
immissō, excandescit, ut pro re cōiucere licet, amicū ab
se impos animi re ipsa nondū cōtente cognita, misū fa-
cit. Talia ferè sunt, quae ab impuris istis cōfinguntur, si
delicet ad irritandos audientiū animos maxime accō-
moda. Tū, qua parte singuli præstant, eam potissimum ia-
culis suis obnoxia iū faciunt, ne qd' auditor subita inter-
turbatis ira, uero cognoscendo collocet ocium: deinde
se purgaturo non fiat hominis copia, quem criminis

admiratio speciesq; ucri occuparunt. Etenim dici pon potest, quām instruēta sit, quantumq; ualeat calumnia facies, si quando cum cupiditatibus auditoris conflictas tur. Quondam apud Ptolemaeum, cui Dionysio cognomen fuit, quispiam Demetrium Platonicū accusauerat, quod in Bacchanalibus aquam biberet, soluq; omnium muliebrib. nō uestiretur, de quo nisi accessitus ad regē manc palām uino libasset, & instita muliebri amictus, ad numeros Dithyrambicos, Cymbalorumq; modos sa lisset, plane actum erat quod & regium exemplū non esset imitatus, & aspernaretur Dionysiorū molliciem. Apud Alexandrū gravissimi criminis reus fībat, qui colere & adorare Hephestionā nollet: nam posteaquā is uiuis exēbit, amore uictus Alexander effuso animo ad reliquā funeris magnificentiam additū uoluit, ut mortuus inter deos Hephestion haberetur. Cōtinuo cī templo ciuitates plereq; dicarūt, delubra condiderūt, aras, sacra, ferias NOVODICO sanxerunt. Iuriurandum omnium religiosissimū Hephestionis nomine fuit. Capitale erat, si quis bac parte uel contaretur, uel negligenter coleret. Hic emiratus affectus, bac uesania, fuit assentatoribus occasione, accendendi, inflammandiq; regis. Narrabantur insomnia, uise Hephestionis umbre, predicabantur illius responsa. Denique arae & sacra dicata sunt FAMILIARI & malorum VIN DICCI deo. Proinde, cum bis Alexander initio mire oblectaretur

oblettaretur, tandem ita captus est, ut fidem quoq; ad
biberet, gloriareturq;, quod non modo Dijs genitus
esset, sed deos quoq; ipse faceret. Quo tempore, quan-
tum putamus amicorum Alexandri affixit Hephestio-
nis diuinitas. Si quibus non uideretur cōmune nūmen
uenerari, accusabātur, deportabātur, gratia regiae ex-
cidebāt. Tum Agathocles Samius, qui primos aliquam
diu ordines apud Alexandrū duxerat, magnis item ab
rege honoribus auctus, parū absuit, quin cum Leonis
bus committeretur, criminatus, quod illacrymaſſet
præteriens Hephestionis sepulchrū. Verū Perdica hor-
minem ſeruauit, deos omnis, ipſumq; Hephestiona iu-
ratus, cum ſibi inuenatione Augusta ſpecie, Deū clare
uifum, mandasse, ut Alejandro diceret, parcendū eſe
Agathocli, qui non hoc lacrymaſſet, quod aut uana
ſibi Hephestionis diuinitas uideretur, aut mortem mi-
ſeratus eſet cōmuncm, ſed pristine conſuetudinis, O-
mutui amoris memoria, permotū eſe. Sic igitur affer-
to Alejandro, locus ad ſentationi et calūnic aptiſſi-
mus fuit. Nam perinde atque oppugnatūr urbes, non,
qua probæ munitæ ſunt alto, precipiti, ac ſolido mœ-
nium opere, hōſtes inuadunt: ſed ubi ſentiūt q̄ minime
defendi, muniri, muros acceſu faciles, collapſos, bāc
omnibus uiribus, certatim cōtendūt, quā citra difficult-
atem irruere, ac potiri rebus queant: Ita qui criminan-
dis alijs defudant quod in auditoris animo languidum,

N 5 fragile

fragile, facile subacta uident, in eam partē traducunt
coguntq; machinas suas. Denū quando insultus hostis
lis nemo persentit, ne dum non obnitiuitur, expugnant.
Iam intra muros cuncta igni ferroq; denastant, exci-
dunt, populantur: qualia uero simile est capto, & ins-
eruitutem redicto animo fieri. Arma sunt istis aduersa-
sum absentē, fallacia, mendaciū, periuriū, supplicium,
impudentia. Deniq; innumeræ imposture ac maliciose
cautiones. Omniū maxime præsens, & longe efficacissi-
ma assentatio, Calumniae cognata, in modo soror. Qui p-
pe nemo hominū tam generoso est pectorc, etiam ad au-
mantino septus muro, qui cum calumnia cōcedat, non
idem assentatione uincatur. Hec foris recti iudicij cen-
fundamenta suffudit ac subruit. Intus cōiurati cum bo-
stibus prodicores, irruentes adiuuāt, manus porrigitūt,
portas aperiunt, & modis omnibus cōnituntur, ut au-
scultatorem calumnia sibi scrūū faciat. Sunt autē pro-
ditores, de quibus dico, Nonandi cupido, natura huma-
nis ingenijs cōfita, presentiū item fastidiū, sequax co-
rum animus quorū admiratione capit. Nescio enim
qui fiat, ut omnes amore sui immodico admiratio fur-
tim rapiat, & suspicionibus illectet. Quosdā equidem
cōperi studio calumnia adeo suauiter titillari auricu-
la, ut si pennis conflices. Proinde talibus adicti socijs,
calumniatorcs cum irruerint, cuncta pro viribus encr-
tunt: nec magno emitur uictoria, ubi nemo repugnat,
nemo

nemo um tormentorum sustinet, aut iacula iacula muerat; sed qui auscultat, ipse sese sponte sua in manus hostium dedit. Interim ignarus insidiarū est qui accusatur. Nam bāud aliter qui deferūtur, atq; qui captis urbibus percunt, dormientes trucidantur. Et quod est in primis mirabile, nescius se reum baberi, neq; cuiusquam sibi sceleris cōscius amico candide cōgreditur, familia riter compellat, facitq; pro more, iam ante undiq; circumventus insidijs miser. Tum ille, si domo ingenuus est, et liber, confidensq; frangit iram, et effundit animum, defensionē recipit, agnoscitq; se frustra aduersus amicū exacerbatū fuisse. Sin autē est indole servili, et male mascula, adit quidē, et summis arvidet labris, uerum odit, et clanculū dentibus frendit: ac, ut inquit Poeta: Extruit irae fundamenta. Quo ego bonine professo, nibil iniustius, nibil tetrius existimo, qui admorso labro bilam intus alit, odiumq; intra se cōceptū auget, aliud in pectore clausum, aliud in lingua expromptum habet, agitq; leta et comica facie, tragediā meram, et nibil non triste patientē. Id ille maxime patitur quā simili delator uecordia apud cū cui parat insidias, odiorū mussando disimulauit, effecitq;, ut amicus ei uideretur. Tum enim ne uox quidē delati, ne dum non defensio audiri solet. Tantū fidei calumniae facit, cōcepta de illorū amicitia opinio. Hic quanto satius erat pendere inter amicissimos non raro clam alijs graueis simultatū

simulatū causas intercedere. Sepenumero item, quo-
 rum sc̄e reum calumnior fieri metuit, socium insi-
 mulat: ut quim antea uerterit accusando, suspicione cul-
 pe ac criminē elabatur. Atque ideo frē fit, ut quibus
 nos putent amicos tantū, inimicos nunquā calumnia-
 tur. Nam actioni que ipsa sc̄e p̄c se ferens auctoris
 odiū, prodit, fidei nihil esse potest. Vcrum, quos vulgo
 amicos estimant, aggredimur, cū auscultatori speci-
 men fidei nostre daturi, ubi sua ipsius causa, cōmoda,
 salutemq; familiariū amicorū, neglexisse uidemur. Est
O genus aliorū, quibus tametsi cōperitur falso crimi-
 natum apud sc̄e amicū, tamen cum credidisse pudet, ne
 que aspicere illū, neq; in gratiā redire audent: perinde
 ac ipsi iniuria sunt affecti, quod alienā iniuriā non pro-
 spexeriat. Proinde, multa sunt humanae uite mala, ex
 eo quod promiscue ac sine discrimine calūnijs credi-
 tar. Quale est quod apud Poetam dit Antia, Bellero-
 phontem occide, aut Proete peribis. Qui sibi cona-
 tus presigne auferre pudoris Fœminici decus. Cum ip-
 sa prior adolescentē ad concubitū solicitasset, contem-
 pta in hoc periculū induxit, ut cum Chimera pugna-
 congresso, parū abscurit, quim uictrice bestia occumbe-
 ret. Tanta poena luenda fuit castitatis, pudorq; iuuenilis,
 quē hospiti coniunct adultera suspectū fecerat. Simile
 quiddā Pbædra priuignū calumniata, efficit ut filij ca-
 put pater Thesens execratum belluis marinis deuouer-
 ret

ret: quanquam ó superi, nū hil prorsum deliquisset. Ac inquiet quispiā, an non dignus est fide nonnunquā vir, ceterū bonis moribus & recto ciuiūq; iudicio praeditus, qui alterū accusat? non licet tali auscultemus, modo reliquis sibi malis artibus temperarit? Age inquā, est ne aliis Aristide iustior, ille tamen aduersatus Themistocli, cōtra eum populi animos exacuit, inuidia glorie popularis, ut aiunt, uellicatus. Aliás vir bonus Aristides, uerū homo erat, nec felle caruit, solebatq; amare alios, alios odiſſe. Iam si uerū est, q; de Palamede ferūt, sapientissimus quidā Achiuorū, ac ad res alias gerendas accōmodus, inuidia flagrās, insidias parasse fertur, cognato, amico, ad hæc eiusdem belli socio. Adeo natū re hominū familiare est, hoc errore labi. Porrò, quorsum attinebat & Socratē recensere, insimulatū apud populū Athenien, seditionis & impictatis? Quid Themistoclem aut Miltiadem tot partis uictorijs, sufficiōne prodītionis notatos? Sunt enim exempla innumerā, & uulgo iam pleraq; non ignota. Quid igitur faciet vir prudens in re ambigua? sanè opinor, quod Homerius in Sirenu fabula docet, pernicioſas talium sermonū delitias nauigio prætereat, obturet aures, nec paſſim aperiat affectui cuiuspiā obnoxij, sed ianitore ſedulo ac fido adhibito, ratione uidelicet ac iudicio animi, rectas dicentes reclusis forib. excipiat, inutiles nugas obdito pessulo arceat. Nempe ridiculū fuerit, datū edibus ianitorēs

nitorē officio suo defungi, cures mentemq; vulgo pate
 re. Postea q̄ ergo tale quiddā calumniatū audieris, tu/
 se apud animū tuū rem ipsam perpende, nihil attinet
 qualis sit qui accusat, nihil ad rem faciūt alieni mores,
 nihil accusationis acrimonia. Quid in eo maiore cura
 rem discute, quo instructior uenit delator: neque item
 credere cōuenit iudicio & existimationi alterius, nam
 accusantis odio, sed suū ueri examen apud nos accurau/
 te seruandū est, sive item calumniatoris inuidentie par/
 tes dande. Deniq; quod utrinq; argumenta sua scrint,
 statuendū. Tum uel odisse uel amare quem diligenter
 exploramus, licet: Priusq; id factū sit, calomniæ con/
 cedent in primo statim cōgressu, hercle nimis q̄ pueri/
 le est, ac indignū niro, longeq; à iustitia semotū. At no/
 ro borū omnium causa, una est ignorantia, tenebræq;
 illæ, quibus sue cuiusq; hominis rationes moresq; ob/
 uoluuntur. Iam si decorū quippiā uite nostra lumen offe/
 rat, futurū est, ut evanescat calumnia, fugiatq; in alti
 Barabru, nec usquā in humanis locū inueniat,
 reddit a nobis luce omnium uite stu/
 diorum, ueritatis beneficio.

BASILEAE, IN OFFICINA FROBE/
 niana per Hieronymum Frobenium,
 & Nicolaum Episcopium

M D XXXIII

E R R A T A

Pag.57. lege, Indus nitrō oblit. Pag.144. uerſe
à fine 3. lege, tandem uicit Alexander.

